М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ

Залъ V

Шкафъ 3 Полка 1

№ 21

1

Liber Duodecimus Sub litra M. N° 13

Regnante

Sermo Alexandro Rege

Cancellariatu

Vnblis Joannis de Lasko

Ab A° 1504 Vsqu ad 1506

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Ioannis de Lasko 1504

1a

Decreta Racz... 1504

Census 1504

Quaesivi Advocatiam Tyschovecen non inveni Wisniowski mp 1831

Zulin

quaesivit ...

Quaesivit ...

Sigismundus ...

Sobiesky

Quaesivit ... Bracti

S... Wisniowski

... Dei Gratia Rex Poloniae

Quaesivit ... comm...

... quaesivit

Andreas Slabyczky

quos ... non inv...

Mtdanowski quaesivit ...

Iuxta Regestrum ... Liber Litt. N. No 13.

Regestru

Sublra ...

quaesivi 1836 ...

Confirmacio arende dimidii partem pontis Thorunensis

Alexander dei gracia rex etc. Significamus etc. Quia constitutus personaliter co-
ram nobis Generosus Stanislaus Coszczyelecski Castellanus Juniwladislaviensis et Capita-
neus Nyeszowiensis Sincere nobis fidelis dilectus exhibuit literas infrascriptas continentes
in se concordiam quandam inter eundem Stanislaum ex una et famosos Proconsules
et Consules Civitatis Thorunensis partibus ab altera occasione traiecti et pontis ex
opposito opidi nostri Nyeszowa tenute ipsius Stanislai et dicte Civitatis Thorunensis
factam, petiit quod eas una nostra parte altera per nos expediri et ratificari
Quarum tenor sequitur. Universis et singulis quibus expedit presencia visuris lecturis quod
audituris, Magistratus Civitatis Thorunensis tenore presencium primum significamus Quia
Serenissimus dominus noster Joannes Albertus Rex Polonie etc. et sue Serenitatis Civi-
tatis Thorunensis. Ineuncte nobis Pontem super flumen Vislam inter Civitatem pre-
memoratam Thorunensem et opidum Nyeszowiense profluentem in loco apto edificare
et construere prout in literis sue Serenitatis desuper eius concessis continetur
graciose indulsit et permisit. Attendentes tamen ad Serenissimi domini Kazimi-
ri olim Regis Polonie inscripcionem de duabus partibus traiecti et navigii una
cum certis aliis bonis regalibus Generoso Stanislao de Coszczyelecz Juniwla-
dislaviensi Castellano et Nyeszowiensi Capitaneo et eius successoribus proprietate
Regiminis et dominio facta et inscripta Ne propter dictum pontem Edificandum pre-
fatus Generosus Stanislaus Nyeszowiensis Capitaneus de suis iuribus et inscripcio-
nibus iacturam aliquam pateretur et exinde discordia suboriri posset ad quam
devitandum nos prefato Generoso Stanislao de Koszczyelecz de eius iure in-
scripcione et proprietate que in ipso traiecto vigore Regie inscripcionis sibi com-
petebant et exinde in ponte sibi quolibet competere poterant contractum arenda-
cionis cum sua G. pro se suis quod heredibus tenutis et successoribus inivimus
atque firmavimus Videlicet ab ipso prefato G. Stanislao de Coszczyelecz Nyeszowiensi
Capitaneo omnes redditus proventus et emolimenta tam ex ipso traiecto et
navigio premorato de duabus partibus eundem sibi suis quod heredibus et suc-
cessoribus tenutis provenientes tam eciam ponte per nos consensu Regio constru-
cto ad eiusdem ante traiecti, aut pontis Regiminis inspeccionem atque administra-
cionem pro trecentis sexaginta marcis prutenicalibus levis pagamenti an-
nuatim pro festo Nativitatis Cristi Anno domini Millesimo quingentesimo
sexto incipiendo sibi Stanislao prefacto suis heredibus et tenutis successori-
bus solvendis et arendam accepimus ad tempus quo ipse dominus Stanislaus de
Koszczyelecz aut sui heredes vel tenutarii successores Castro Nyeszowiensi et e[illegible]
distenti presidebit et usque ad eius per Regiam Maiestatem aut cum sua S.
Regia ad exemendum indulserit exempcionem omni quod ius quod sibi G. dicto Sta-
nislao de Coszczyelecz suis heredibus et tenutis successoribus vigore inscripcionis
Regie ad traiectum ipsum aut proventus ad pontem competebat, aut competere
quomodolibet poterit nobis cessit et in ista tum firmam et literam Regalium
desuper datam omnium in nos devolvit eius quod omni iure pro se suis he-
redibus tenutis successoribus ad opus presentem prescriptum derogavit et penitus [illegible] in to-
to renunciando, vigore tamen sub presenti arendacionis contractum a sua G. nobis
datarum tenore dempto quod sue Generositatis propria iumenta cum aliis suis
rebus per pontem aut traiectum ducenda ab omni vectigali et solucione sint
exempta, Reliquum et in casu quod deus avertat si ipsum pontem in aliqua
parte per tempestates inundaciones aquarum ventorum aut glacierum tempore con-
tingat exire ad ipsius pontis restauracionem Prefatus Generosus dominus Sta-
nislaus de Coszczyelecz Nyeszowiensis Capitaneus [illegible]
[illegible] nil contribuere tenebitur nec quidquam infra [illegible]
nobis ipsis annuatim solucionem defalcabit sed nos et nostra Civitas dum tenebit [illegible]

Thorun[illegible] Co[illegible] facta

n

2

Iuncta Regie celsitudinis litteram desuper nobis graciose datam tenore dictos suos
reformetur eorum Opidani Nyeszewiensis in personis suis et quicquid per se por
tenuerint exempti liberi Cum aut Curribus et Mercibus suis propriis pertrans
ibunt aut in Mercibus solvunt Uti alii incole consimiles tenentur
incole villarum Radek et Staff que ab antiquo pro se et sua familia
eorundem pro personis dumtaxat duos scotos sive quinque solidos predictis eius
solvere consueverunt leticiam et non plus ab eisdem predicta accusacione deinde
in locum vectigalis exigatur pro mercibus aut et curribus eorundem uti
alii ut premissum et incole consimiles solvunt In cuius rei testimonium et datam
Cracovie die Mercurii penultima mensis decembris Anno domini Millesimo
quingentesimo primo Nos itaque peticionibus eorum in litteris predictis pre
insertis describtam annexis suprascriptas litteras in toto eorum tenore approbamus ratificamus
innovamus et confirmamus approbamus ratificamus et confirmamus presentibus decer
nentes illas valere et debite firmitatis robur obtinere ipsas ad exempcionem bonorum
nostrorum de incolis eius Stanislai aut successorum suorum secundum Salvis iuribus
nostris harum quibus etc. Datum Cracovie feria sexta in Vigilia festorum Petri
et Pauli Apostolorum Anno domini Millesimo quingentesimo secundo presentibus ut supra

Babi

Rsp Datus est consensus Nobili Nicolao advocato de Babij xv marcas pecuniarum
monete et iiii polonicalis obligandi Paulo Chrodzerz advocato in Dambro
vize in Iure terrestri vel castrensi in sorte advocatie in Babij Ita tamen
quod summa taxe non augeatur. Sub Sigillo impresso Lanncie
in Crastino Visitacionis Marie Anno domini 1 5 0 2

Tutoria Ossolinski

Alexander dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie Russie
Rsp Prussieque etc. dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit
universis. Quia Generosus Johannes Ossolynskij Civis Cracoviensis fidelis noster
dilectus ex animi sui deliberacione proficiscens ad Magnum ducatum
Lithwanie nobiscum attenta fragilitate humana et ne illum quod deus
avertat ex hac luce discedere cum se hostibus nostris contra quos bel
landum fore migravimus antiqui obiectare intendat volens bonorum
suorum post discessum suum bonam facere disposicionem Generosos Annam
Brzeschowska consortem suam Andream Brzeschowskij germanos Ni
colaum Szrelen de Dambrowiza vexilliferum Cracoviensem et Capitaneum Lublinensem
et Nicolaum Pleharowskij in puerorum suorum primum bonorum denique
mobilium ex immobilium in Regno nostro existencium consistencium veros et
indubitatos tutores assignavit et studiose deputavit dans et
concedens eis plenam potestatem et omnimodam plenariam tutoriam
habeant in bonis predictis post absessum eius utriusque dissolubilem

ipsos pueros nondum adultos et certa racione carentes, cum omnibus ut expressum est bonis regendum deffendendum providendum ac in bonos et utiles fructus deducendum. Quaquidem tutoria, sic ut premissum est coram nobis facta ratam habentes ~~decernimus~~ decernimus robur firmitatis obtinere harum quibus secretum nostrum sigillum est subappressum testimonio literarum. Datum in Lublyn feria quarta in die sancti Viti Anno domini millesimo quingentesimo sedecimo Regni nostri Anno decimo

Relatio venerabilis Johannis de Lasko supremi Regni nostri secretarii

Sigismundo Chwalkowski undecim mansi deserti in villa Breytenfelth in districtu Slochoviensi

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam. Regum principum quoque auctoritas quicquid perpetuo duraturum decernit, aut concedit decretum quoque et concessum innovat, seu confirmat literarum munimentis sigillorum quoque appensione et testium annotatione muniri consuevit. Proinde Nos Alexander dei gratia rex Poloniae etc. Significamus etc. Circa consideratam virtutem et strenuitatem Nobilis Sigismundi Chwalkowski, quibus nobis plurimum extitit commendatus, volentes quoque ad ampliora obsequia ipsum provocare, et efficere promptiorem ipsi de gratia nostra undecim Mansos desertos in villa nostra Breytenfelth in districtu Slochoviensi sitos dedimus donavimus et contulimus damusque donamus et conferimus donatione perpetua, et irrevocabili, decernentes per ipsum Sigismundum et suos legitimos successores dictos undecim Mansos cum hereditatibus et ortulanis in eis locatis et locandis agris pratis fluviis aquis piscinis piscaturis Molendinis, et eorum emolumentis Silvis borris Rubetis Censibus Redditibus proventibus ffructibus Obventionibus utilitatibus Commoditatibus, et generaliter omnibus attinentiis ad prefatos Mansos quovismodo ex antiquo spectantibus ita late longe et Circumferentialiter prout dicti Mansi in suis metis et limitibus sunt distincti et limitati per prefatum Sigismundum et suos successores Jure feodali tenendi habendi possidendi vendendi commutandi ac in usus suos beneplacitos, sicut sibi melius et utilius videbitur videbiturque expedire, de quibus undecim Mansis tenebitur nobis et successoribus nostris Regibus Poloniae pro expeditione Bellica et publica defensione servire iuxta morem Juris feodalis aliorum Nobilium et Terrigenarum Subditorum nostrorum in terris prussie consistentium In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappressum Actum in Marienburg die dominico post vincula Petri Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni vero nostri Anno tercio presentibus ibidem Reverendis in Christo patribus dominis Magnificis et Venerabilibus Reverendissimo Vilado Joanne Poznaniensi et Luca Warmiensi Ecclesiarum Episcopis Johanne de Tharnow Sandomiriensi Nicolao Bardzyna de Ludbrancz Calisiensi Ambrosio Pampowsky Siradiensi Johanne de Dambrowa Culmensi Mathia Raba Mariemburgensi, et Nicolao de Wolkow Pomeraniae palatinis Joanne de Lassko Gneznensi Ecclesiae, et Regni nostri Cancellario et Johanne de Tharnow Curie nostrae Marsalco Sandomiriensi, et Plocensi Capitaneo Consiliariis nostris Ceterisque quampluribus testibus fidedignis ad premissa Dum, et fideliter dilectis datum vero per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lassko Regni poloniae Cancellarii Sincere nobis dilecti

Datum est privilegium Nobili Sigismundo super Chwalkowsky super octo Mansos liberos in Oppido nostro ffredlanth in districtu Slochoviensi sitos Sub eodem tenore verborum datum loco et testibus ut supra inmediate in precedenti privilegio continetur

Privilegium super octo Mansos liberos in oppido Fredlandt

Alexander etc. Significamus etc. Quia nonnulle

Priuilegium doctoris Adam super domum in platea s. Anne in Cracouia

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cuius regalis dignitate xl
circumspecta benignitas imperatorum ex officio debito subditorum profectus
augere debeat, ad illorum tamen instauranda comoda quorum specialis stu-
dio tenetur intendere quos et seruicia et integre fidei constancia clarum testi-
monijs recommendant, quibus si predicto respectu aliquid digne in perpe-
tuum conceditur, id ut tutum stabilibus constituatur necesse est. Proinde
Nos Alexander dei gracia rex Polonie necnon terrarum Cracouie Sandomirie
Siradie Lancicie Cuyauie magnus dux Lithuanie Russie Prussie ac Culmen
et Elbingen Pomeranie que dominus et heres etc. Significamus tenore presencium
quibus expedit vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris.
Quia regie serenitati singularem experienciam peritiam arte medicine venera-
bilis Adam de Bochen phizicus noster fidelis dilectus, seruis que seruicia attendens
que corporis nostri curam habendo nobis fideliter ac diligenter impendere
consueuit horum et aliorum suorum beneméritorum intuitu consolatum
ac ad futura seruicia nostra obligaciorem efficere cupientes sibi et successo-
ribus suis legittimis domum et curiam aream in Ciuitate nostra Crac. et in pla-
tea sancte Anne in acie ex opposito Collegij maioris inter Zarogowski a
postico seu parte posteriori et Vrsa et Joannis vitriatoris domos partibus
ex altera sitam sed iure lege caduca per mortem olim Michaelis dicti
Czerlarz devoluta dandum et conferendum duximus ac de speciali gra-
cia munificencia que regijs nostris damus donamus ac conferimus tenore pre-
sencium mediante in perpetuum ac irreuocabiliter per ipsum Adam phizicum et
suos legittimos successores predictam curiam domum et eius aream ita late
longe et circumferencialiter prout ex antiquo consistit tenendum habendum
vtifruendum vendendum dandum donandum alienandum commutandum resignandum
et in suos vsus beneplacitos libere conuertendum prout ei sibi et successoribus suis
melius et vtilius videbitur expedire tenore presencium mediante in perpetuum.
In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum. Act. Cracouie fe-
ria quarta proxima ante festum sancti Laurencij presentibus ibidem Reverendo et Ven.
in Christo patribus dominis Andrea Roza archiepiscopo Gneznen et primate Reg-
ni, Joanne Crac. Erasmo Plocen. electo episcopis necnon Magnificis venerabi-
libus et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano, Petro Kmyta de Wyssnij
etc. palatino Crac. et regni nostri Marschalco, Joanne de Tarnow Sandomi-
rien., Petro Myszkowsky de Mirow Lancicien., Joanne de Tarnow Russie, Nicolao
de Chrozowanki Lublinen. et Stanislao Kmytha de Wyssnycze Belzen palatinis,
Nicolao de Camyeniecz Castellano Sandomirien. et Capitaneo Crac., Jacobo de
Szydlow Voynicen., Petro Zaffranyecz de Pyeskowaskala Vislicien., Joanne Jor- Castellanis
dan de Zaklyczin Biecen., Martino Slothnysky de Seguna Zauichosten., Joanne
de Lasko Cancellario, Jacobo de Schydlowiecz thezaurario et Mathia de
Drzewicza vicecancellario, Cristoforo de Schydlowiecz subdapifero, Joanne
de Bużaz subpincerna, Joanne de Tanczyn Marschalco Curie, Sandomiriens. ac plerisque
Capitaneo Regni nostri Petro Schydlowiczky Cracouien., Joanne Osslowsky

Lublinen. Succamerarijs et alijs quamplurimis Consiliarijs et Curien. nostris fide dignis Sinceris et fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Jo- annis de Lasko ecclesie Metropolitane Gnesnen. et Regni nostri Cancellarij Sinceris nobis dilecti.

Consensus Joannis Bonar

Lublini Advocatia

vj In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam acta Regum auctas ea que sub tempore pro firmitate fieri commode concedit perpetuo dura- tura Literarum apicibus et testium annotatione consueuit perhennari. Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quomodo famosi Stanislaus Morsthyn Consul Cracouien. et Advocatus hereditarius Lublinen. Joannes Bonar Petrus Morsthyn Consules Cracouien. tutores Georgij fratris sui in minore etate existentis coram nobis personaliter constituti exposuerunt Quomodo ipsis certis iustis respectibus pro utilitate et necessitate eorum Stanislai et Georgij fratrum Advocatiam Lublinen. hereditariam eorum prenominatis prouidis Consulibus et communitati Ciuitatis et Incolis Ciuitatis Lublinen. vendiderunt et in iure supremo Maydemburgen. Castri nostri Cracouien. perpetuo resignarunt sub certis modo et forma in literis venditionis et resignationis huiusmodi expressis accedens ad id ut dicitur consensu honesti Nicolai Selecti eiusdem olim Stanislai Morsthyn et dicti Georgij matris, que in casu mortis eiusdem Georgij sine sua successione ad sortem suam advocatie predicte questionem (?) habere videtur petentes etiam super eo nostrum Regium prebe- rimus consensum Nos itaque peticionibus eorum tam iustis nec sancte nostre fa- ctam Advocatie venditionem et subsecutam resignationem in omnibus punctis conditionibus clausulis et articulis ratam et gratam habentes eisque admittendam et de fauore gratia nostra admittimus desuper consensum nostrum prebemus et assensum tenore presencium mediante testimonio literarum etc. Datum Cracouie feria sexta in vigilia sancti Laurencij Anno domini m° d° iij° Regni nostri anno secundo presentibus testibus et supra proximum continetur etc.

Libertas opidi Rzeschow

vjph. Alexander etc. Significamus etc. Quia intelligentes opidum Rzeschow per immanissimos hostes communes Cruce Christi destructum et annichilatum esse Considerans etiam voluntatem Incolarum opidi predicti quam habent ad fortificandum et muniendum opidum predictum Ideo nos volentes ipsis gratiose subuenire ut ad priorem fortune conditionem meliorem redire valeat et pro munitione oppidi illius in quo tempore hostilitatis fideles sancti conseruarentur attentius intendentes ex de speciali gratia et vir- tute Regia nostris libertatem sex annorum instanter se sequencium dandam et concedendam decreuimus damusque et concedimus presentibus liberamus et eximimus opidanos et Incolas predictos eiusque prescriptos ab omnibus

et singulis exactionibus civilibus Czopowe et fertonum solucionibus quibuscumque institutis vel instituendis Quocirca universis et singulis dignitariis et officialibus nostris terre premisliensis et presertim exactoribus nunc et in futurum existentibus Mandamus quatenus prefatos oppidanos de Rzeschow damna passos contra presentem nostram libertatem censentes hinc ad sex annorum decursum ad nullas per eos interim exactiones compellere audeant aliter non facturi pro gratia nostra habere etc. Datum Cracovie feria secunda proxima post festum sancti Laurencii [illegible] Regni nostri anno tercio

Libertas Grodek

Similimodo sub eadem data oppidanis in Grodek libertas per sex annorum decursum ab omnibus censibus pensionibus dacijs contribucionibus exactionibus civilibus et Czopowe quibuscumque vocentur nominibus institutis et instituendis est data Et insuper ab expedicione eciam bellica [illegible] debendi absolvuntur in forma cancellarie etc. vsp k.

Libertas Belzicze

Anno quo supra feria secunda Cracovie Libertas per sex annorum decursum oppido Belzicze est data eorum quod oppidani damna passos ab omnibus et singulis exactionibus civilibus Czopowe et solucionibus quibuscumque institutis vel instituendis in forma cancellarie etc. vsp.

Dubyeczko

Alexander Significamus tenore presencium etc. Quomodo superiori tempore providis [illegible] Oppidi Dubieczko in terra Sanocen. sub [illegible] libertatis dedimus. [illegible] pro peticione illius pro parte eorum coram nobis porrecta moti [illegible] de Sigillo Secreto nostro in maius Sigillum transsumi dignaremur. Quarum tenor sequitur Alexander dei gracia Rex polonie Magnusdux lithuanie Russie prussie etc. dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit universis Quia intelligentes oppidum Dubyeczko superiori tempore a crudelissimis tartaris Crucis Christi et nostris hostibus communibus destructum et annichilatum sed eciam nuper ad extremum voragine ignis funditus consumptum et deletum fuisse Iccirco providere cupientes ut incole eius ad priorem fortunam eo decencius valeant redire meliorem. Ideo universis Oppidi predicti Dubyeczko incolis de speciali gracia et Auctoritate Regia nostra libertatem ad sex annos durature dari et concedi duximus. damus per presentes et concedimus presentibus liberamus et eximimus eos ab omnibus predictis exactionibus civilibus dacijs [illegible] solucionibus ac alijs quibuscumque pro nostra et Reipublice necessitate laudatis et in futurum laudandis Contribucionibus Quocirca vobis universis et singulis dignitariis officialibus [illegible] nostris et signanter exactoribus terre Sanocen. nunc et in futurum existentibus Mandamus hic volentes quatenus eosdem oppidanos de Dubyeczko circa presentem libertatem nostram hinc usque ad decursum sex annorum conservetis ad nullas per exactiones eos compellere interim audeatis aliter [illegible] facietis pro gratia nostra. Harum quibus Sigillum nostrum Annulare est appensum testimonio literarum Datum Vilne [illegible] post festum Sancti Egidii Anno domini Millesimoquingentesimo tercio Regni nostri Anno secundo Alexander dei gracia Rex [illegible] vh

Nos itaque annuentes peticionibus pro ipsis Oppidanis nobis porrectis, ipsas literas
libertatis predicte innovandas ac de sigillo Secreto in sigillum maius
Regni transsumendo decrevimus et tenore presencium innovamus Subditis
vero presentibus requirentes Mandamus Ut libertate premissa dictos Oppida-
nos de Dubiecko remissam teneant Usque ad beneplacitum Nostrum Datum in
Cracovia feria secunda proxima post festum Sancti Laurencii presentia
Anno domini Millesimo quingentesimo quarto

Resig. Lapidea Crac.

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Delentur omnes actus de-
fluunt et a memoria labuntur humana si non literarum munimento
perhennati fuerint Proinde Nos Alexander et Significamus tenore presencium re-
cognoscendo constitutus personaliter coram nobis Generosus Theodericus Ser
villa Capitaneus Beliben sponte et libere matura que deliberatione inter-
se prehabita recognovit Quia domum suam Lapideam in Civitate nostra
Cracoviensi in platea Sancti Andree ex opposito Curie Illustrium inter domos
Drigasz sutoris ex una et Cerrariorum Illius Cracoviensis partibus ex altera
sitam Generoso ac Strenuo Stanislao Jarosski Capitaneo Chanczinensi et suis
legitimis successoribus insolidum dedit donavit inscripsit et resignavit
datque donat inscribit et resignat tenore presencium mediante domum predictam
cum area eius sicut lat. longe et circumferencialiter prout est in suo sita
ambitu Unacum ipsis structuris tenendam habendam possidendam et utifruendam
dandam donandam commutandam alienandam vendendam resignandam et in
suos successorumque suorum usus beneplacitos libere convertendam prout
sibi et successoribus suis melius et utilius videbitur expedire tenore
presencium mediante imperpetuum hac tamen inter ipsos conditione observata
quod durante ambo tam ipse Theodericus quam Stanislaus vita agentes domum
ipsam insolidum tenebunt Sublato vero aliquo eorum de medio extunc
alter eorundem superstes dictam domum tenebit habebit et possidebit Succes-
sores que eius tenebunt habebunt et possidebunt eciam Quamquidem do-
nacionem et resignacionem nos ratam habentes admisimus et admittimus
eam presentibus confirmamus harum quibus sigillum nostrum est subap-
pensum testimonio literarum Actum Cracovie feria sexta post festum
Sancti Marci Evangeliste Anno domini Millesimoquingentesimoquarto
Regni vero nostri anno tercio presentibus ut supra testibus etc.

Libertas Sokolniki

Alexander etc. Significamus etc. Quia intelligens destructionem incolarum ville nostre Sokolniki per communium hostium incursionem terras Russie igni ferro que vastacionem factam volens propterea ipsis gratiam nostram subvenire ut ad meliorem pristinum que statum redeant libertatem duorum annorum incipiendo a sequenti anno ad beneplacitum nostrum predicte ville incolis dandum et concedendum decrevimus damus que et concedimus presentibus liberantes eos ab omnibus et singulis censibus provenientibus dacijs et contributionibus quomodolibet nos spectantibus Quapropter tibi Magnifico Stanislao de Chodecz Castellano et Capitaneo Lublinensi mandamus quatenus dicte ville Sokolniki damna passis iuxta nostram libertatem supra confirmatam et conservari faciatis hinc usque duorum annorum decursum aut beneplacitum nostrum ad nullas eos census solutiones non compellendo aliter quod facere non audeatis pro gratia nostra habere etc. Datum Cracovie feria secunda proxima post festum Laurencij 1506 — rp.

Lublinen

Alexander etc. Significamus etc. Quia famosis proconsuli et Consulibus Civitatis nostre Lublinensis solutionibus podwodarum et aliarum civilium contributionum oneratis graciam exhibentes specialem promittimus et spondemus quod ab eis currus expeditionis bellice si propria in persona ad bellum non proficisceremur non recipiemus nec aliquibus donabimus preterquam vice duntaxat ubi vero nos persona in propria movere contigerit tunc ipsi Consules Lublinenses currus bellicos prout ab antiquo consuetudinis dare et expedire tenebuntur Datum Cracovie feria quarta ante assumpcionis Marie Anno domini 1506 — rp.

Plonen

Anno quo supra Cracovie feria secunda ante assumpcionis Marie opidanis Plonen data est libertas ab expeditione currus bellici usque ad convencionem generalem proxime in festo Conversionis etc. — rp.

Iudicatus terre Velunen.

Anno quo supra Cracovie feria sexta proxima post Jacobi apostoli datus est iudicatus terre Wielunensis domino Joanni Colimder de Kunszicze post mortem Joannis de Walknowi vacans in forma Cancellarie consueta — rp.

Carwowski Consensus Dzierzazno

Alexander etc. Sigismundus etc. Quia de speciali gratia et scientia Regijs nostris nobili Joanni Carwowski notario nostro medietatem advocatiae in villa nostra Dzierzasno in districtu Plonen[si] sita apud nobilem Stanislaum Krowam de Carnowo eiusdem medietatis advocatiae possessorem emere consensimus et tenore presentium consentimus Ita tamen quod inter emendum summa pecuniaria non sit maior summa in origi-nalibus literis super eandem advocatiam super ipsum Stanislaum Carwowski inscripta habetur per ipsum Joannem Carwowski et suos legitimos successores predictam medietatem advocatiae in Dzierzasno in sua dimensione et tenorem literarum originalium super eandem advocatiam habitarum tenendum habendum utifruendum[:] pacifice et quiete possidendam ac consensu nostro accedente vendendi et ad usus suos beneplacitos convertendum in perpetuum tenore presentium mediante harum etc. Datum Cracovie feria secunda post assumptionis Marie 1505 Regni nostri anno tertio

Salvusconductus Joannis de Znena

VI

Alexander etc. Sigismundus etc. Quia volentes de securitate providere nobili Joanni quondam molendinatori Zneniensi dedimus sibi damusque presentibus nostrum Regium Cristianum salvum conductum plenamque securitatem in decem equis et totidem humanis personis ad iudices commissarios nostros reverendissimum in Christo patrem dominum Andream archiepiscopum Gneznensem et primatem pro iusticia in molendino Zneniensi decernenda deputatos[?] veniendi agenda[?] sua et causas suas quas se habere pretendit occasione molendini Zneniensis predicti cum quibuscunque personis coram commissarijs predictis agendi et disponendi causis dispositis vel non dispositis ad sua diffundendi rebus et persona sua salvis Quemquidem salvumconductum nostrum decernimus durare ad festum sancti Martini proxime futuri duraturum Universis subditis nostris cuiuscunque status et conditionis existentibus Mandantes quatenus hunc salvumconductum nostrum in omnibus punctis conditionibus et articulis teneant et observent Quos quoque tenere et observare promittimus harum etc. Datum Cracovie feria quarta in vigilia assumptionis Marie 1505

La

Borcholz

Alexander etc. Sigismundus etc. Quia habentes virtutem fidelitatemque nobilis Othe Machsstez[?] Cruciger[?] nostri commendatam Sibi de speciali gratia et scientia Regijs nostris villam nostram dictam Borcholz in Marchowicz[?] districtu sitam tenuit apud cuiusque subditos Regni nostri et fideli[?] in summis pecuniarum in Maiestatis villae nostrae subscriptarum obligandi et inscribendi consensimus et admisimus Consentimusque et admittimus presentibus Ita tamen quod summa pecuniaria inter redimendum non excedat ultra

Sedimas in eadem villa iuste et legitime inscriptas decernens predicta villa
Bucholcz per ipsum eum obligabitur iuxta verum effectum et continenciam
originalium literarum eidem Machiffcz aut eius antecessoribus legitime
per nostros predecessores iuste concessarum tenendum habendum possidendum
et utifruendum pacifice tandem quousque recepta villa de manibus
eius cui per ipsum Machiffcz obligabitur redimetur Qua facta possessio
eius ad nos successoresque nostros pleno iure devolvetur iuribus nostris
semper salvis harum etc. Datum Cracovie feria quarta in vigilia assumpcionis
Marie Anno Domini 1 5 0 1 Regni nostri anno tercio

Consensus Ernasth

Wyssoka Wteynaw

Alexander etc. Significamus etc. Quia propter fidelia servicia Generosi
Ernasth de Hurow Capitanei Marchovie et Curien nostri fidelis quibus
se nobis reddidit commendatum horum intuitu sibi de speciali gratia fecimus
quod Regis nostris predia nostra deserta vulgo nuncupata Wyssoka et Wtey-
naw in terre nostris Prussie sitta de manibus famosi Leonardi Dek
civis Gedanensis et nobilis Petri Jassko seu cuiuscumque alterius subditi
nostri eorundem prediorum possessoris redimere consensimus et admisimus
Consentimus quod et admittimus tenore presencium mediante ista tamen quod summa
pecuniarum inter redimendum non augeatur ultra summas iuste et legi-
time in originalibus literis descriptas decernens per ipsum Ernasth et
suos legitimos successores predicta predia Wyssoka et Wteynaw iuxta
verum continenciam et effectum originalium literarum desuper iuste et legi-
time ereditariarum tenere habere possidere et utifrui tandem quousque
per nos aut successores nostros eadem predia de manibus
ipsius Ernasth et successorum ipsius redimentur Qua facta possessio
eorundem prediorum ad nos et successores nostros redibit pleno iure
iuribus nostris salvis remanentibus harum etc. Datum Cracovie feria
secunda infra octavas assumpcionis Marie Anno Domini 1 5 0 1

Nyemiglowski inscripto quadringentorum flore

Rawa

Alexander etc. Significamus etc. Quia pro nostra et reipublice necessitate
Quadringentos florenos in moneta per mediam sexagenam florenum quemlibet
computando a Generoso Petro Nyemiglowski Castellano et Capitaneo Ra-
vensi in mutuum recepimus et in effectum levavimus de quorum quidem
solucione ipsum certiorem reddere cupientes Sibi et suis successoribus eosdem
quadringentos florenos in et super Capitaneatu Castro et opido Rawen-
si universisque aliis bonis regalibus nostris ad illa ex antiquo quolibet

Spectantibus inscribendum et demonstrandum dignum duximus suscribimusque et
demonstramus presentibus decernentes per eum petrum et eius legitimos
successores predicta bona Regalia nostra Krassa et villas ad capitaneatum
tam iuxta formam effectum et continenciam originalium literarum per
olim nostram fratrem Regiam Maiestatem eidem petro concessarum quam presenciu
vigore tenere habere possidere et pacifice usufruire tandem quousque
eidem petro et suis successoribus predicti quadringenti floreni in moneta
per media sexagenam florenorum quemlibet computando vna cum aliis per
firmare sermones in aliis inscripcionum literis inscriptis fuerint simul
et in integro soluti Quo facto ipso facto tenuta bonorum ad nos et
successores nostros pleno iure redibit pretera licet prefatus petrus Myc
myglowski singulis annis de prouentibus nostris Krassa offert
racione ducentos florenos recipere et ad racionem sermonis capitalis defal
care iuxta formam et effectum literarum originalium et inscripcionum ab
eadem olim fratre Serenissimi Joannis Alberti Regis Maiestatis eidem petro
concessarum debuit Nos tamen attendentes dicti petri sinceram
fidelitatem propterea quod seruum moderacionem ea in re facere volentes Sta
tuimus et presentibus decernimus quia idem petrus non plus quam
centum marcas quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando
singulis annis nobis et successoribus nostris de eisdem prouentibus racione
defalcaturus erit iuribus nostris semper saluis harum quibus sigillum
nostrum est subappensum testimonio literarum Datum in Lublin feria sexta
ante festum sancti Andree apostoli proxima Anno domini Millesimo
quingentesimoquarto Regni vero nostri anno tercio

Transposicio Census super Cromolow

Alexander etc Significamus etc Quia ad preces Magnifici petri
Myskowski de Myrow palatini Lanciciensis Sincere nobis dilecti Marsch
alcus cuius quemlibet in marcam quadraginta octo grossos computando
In et super bonis et villis suis hereditariis Jaworznik et postawoge
Longe in terra Cracouiensi consistentibus per eum inscriptum et obligatum
Decptionem manserariae nuncupatum in ecclesia sancte Barbare in Cimiterio
beate Marie virginis in Circulo Cracouiensi consistente erecte cuius in
presencia venerabilis Thomas Koszwinski Canonicus Sandomi
riensis possessor existit incorporatum assumptum et inuiscoratum In et
ad opidum Cromolow in terra Cracouiensi consistentem hereditarium nobilis
Stanislai Cromolowski transferri transponi et in corpore opidi demum infeodi

Incorporarent predicta silva remanente consensimus et admisimus ad-
mittimusque et consentimus tenore presencium mediante per ipsum Thoma
Kosinowski ipsiusque successores dicte septem mansionarie possessores
dictum censum solidorum medie in prefato oppido Cremelden omni anno
pro temporibus et datis designatis solvendum perpetuis temporibus habere
pacifice et quiete possidendum perpetue et in eorum defensionis eundem censum
libertati et immunitati civitatis sic ascriptum prout dum ex villis
dictis solvebatur constat ascriptum esse volentesque pro repetendo [illegible] esse
si quando solucio negligetur et in omni eventu errore census eiusdem con-
tingente ad forum iudicii spiritualis recurratur Presentibus [illegible] Datum
Crac feria quarta infra octavas assumpcionis gloriose virginis marie
anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri anno tercio

Decretum pro Bernardo Rychter cive Cracoviensi pro verbalibus iniuriis

Alexander dei gracia etc. Significamus etc. Quomodo cum quedam controversia ver-
balis inter Generosos Stanislaum Zolkiewski succamerarium Belzensem et Joannem
Cotowski advocatum hereditarium Cracoviensem ex una et Bernardum
Rychter civem nostrum Cracoviensem ab altera partibus fuisset orta in qua ipsi Stanislaus
et Joannes quedam verba protulerant contra eundem Bernardum que
sibi iniuriosa reputabat Nos itaque pro parte eiusdem Bernardi requisiti post
ipsum videlicet inter ipsas partes cum Consiliariis nostris ordine ultimatiori
legittime cognovimus auditis propositis parcium et responsis decrevimus
et pronunciamus quia verba huiusmodi per ipsos Stanislaum
et Joannem prolata non possint nec debeant interpretari in lenitate
vel aliquam honoris et honestatis offensam dicti Bernardi quem in ipsa
causa sua iuris ulteriori honori suo satisfecisse et in curia nostra regali
dominiisque nostris bene conservatum fuisse perhibemus tenore presencium
mediante harum etc. Datum Crac feria quarta infra octavas assumpcionis
gloriose virginis marie anno domini millesimo quingentesimo quarto Regni nostri anno tercio

Privilegium Andree Borra super censu Cracoviensi Crac in vim reemptionis alias Nawyderkoff

Vp

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Celeriter omnes actus defluunt
et a memoria labuntur humana si non sint literarum munimine per-
hennati Proinde Nos Alexander etc. Significamus etc. Quia veniens
ad nostre maiestatis presenciam venerabilis Andreas de Bora decretorum doctor
Archidiaconus Cruszwiciensis exhibuit literas infrascripti census annui de Camariis
seu macellis civibus nostris Crac provenientis in se continentibus petiit eos per
nos roborari approbari et sigillo secreto olim maiestatis fratris Regis quo erant
sigillate ad manus sigilli Cancellariatus Regni nostri transferri

quarum sequitur tenor In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam
Nos Joannes Albertus dei gracia Rex Polonie Necnon terrarum Crac Sandomi
rie Siradie Lancicie Cujavie Mazovie Supremus dux Lithuanie Russie
Prussie ac Culmen Elbingen Pomeranieque dominus et heres etc Significamus
tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum no
ticiam habituris Quomodo exigente necessitate publica de consensu et
consilio consiliariorum nostrorum nobiscum tunc agencium censum
decem marcarum communis pecunie in regno currente in Carnificibus
nostris Crac per eosdem singulis annis nobis solui solitum venerabili
Andree de Bora decretorum doctori archidiacono Cruszwiciensi pro trecentis
flor in monetis quolibet flor per mediam sexagenam computando precio
venditionis in vim tamen reemptionis alias nawiderkauff pro certo beneficio eccle
siastico seu anniversario erigendo vendidimus vendimusque tenore presencium
mediante Quemquidem censum decem marcarum eidem prefato Andree
Bora possessionem damus et consignamus dictosque carnifices eorumque
successores ad solvendum predictum censum pro festo sancti Martini aliis
temporibus consuetis ut premissum est obligamus per eum Andream
censum prefatum tenendum habendum utifruendum pacifice quousque et quando pre
dictam ac annis singulis tollendum et levandum realiter et in effectu usque ad plenariam
predictorum trecentorum flor per nos vel successores nostros dicto An
dree Bora solutionem quibus solutis posse tandem eiusdem censum ad
nos et successores nostros redibit pleno jure Quemquidem censum decem mar
carum taliter per Andree Bora venditum libertatibus et immunitatibus
ecclesiasticis annectimus ascribimus et incorporamus presentibus litteris nostris
Pro tanto tibi Generoso Martino Borzymowski procuratori generali nostro Crac
et aliis pro tempore existentibus procuratoribus mandamus districte precipientes
quatenus de prefato censu decem marcarum prefatis carnificibus nostris
Crac temporibus consuetis annis singulis prefato Andree Bora archidiacono
Cruszwiciensi respondere faciatis promittimus insuper prefato Andree Bora
Litteras huiusmodi super censum prefatum sub maiori sigillo Cancellarie
et vicecancellarie cum ad curiam nostram pervenerint dare et consi
gnare In cuius rei testimonium sigillum nostrum anulare quo ad presens ma
ioribus sigillis nostris absentibus utimur presentibus est appensum Datum
Crac feria quinta infra octavas Nativitatis gloriose Marie virginis 1500
regni nostri anno octavo presentibus Reverendissimo Illustrissimo et reverendo domino
Frederico Miseratione divina sacrosancte Romane ecclesie tituli sancte Lucie in
Septemsoliis archiepiscopo Gneznensi et primate Episcopoque Crac Reverendo in Christo patre
domino Andrea Rosa archiepiscopo Leopoliensi Necnon Magnificis et Generosis
Spithkone de Jaroslaw palatino Crac Petro Kmitha de Wyssnycze Castellano
Sandomiriensi et regni nostri Marschalco Stanislao de Chodecz Castellano Leopo
liensi ceterisque prelatis dignitariis et officialibus nostris Datum per manus
venerabilis Mathie de Drzewicza prepositi Skarbimiriensis et scolastici Cracoviensis

Secretarii nostri fuerint nobis dilecti Nos itaque annuentes peticionibus dicti Andree archiepiscopi visis premissis literis tanquam omni defectu et vicio carentes ipsas approbantes et ratas habentes de sigillo secreti in presentibus ac in maius sigillum cancellariatus Regni nostri transferri iussimus decernentes tamen illas quam presentes robur debite ac perpetue firmitatis obtinere In cuius etc. Actum et datum Cracovie feria quarta infra octavas Assumpcionis gloriose virginis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri anno tercio presentibus ut supra testibus etc.

Exspectativa dignitatis seu officii

Alexander etc. Significamus etc. Quia ad peticiones Reverendorum in Christo patrum dominorum Andree archiepiscopi Gneznensis et primatis Joannis Cracoviensis et Erasmi Ploczensis Episcoporum necnon Magnificorum et Generosorum Spithkonis de Jaroslaw Castellani Cracoviensis Joannis de Tarnow Regni generalis Stanislai Kmitha de Wissnicze Belzensis et Nicolai de Crzczonow Lublinensis palatinorum Nicolai de Camyenyecz Castellani Sandomiriensis et Capitanei Cracoviensis generalis Jacobi de Schydlyecz Woynycensis et Joannis Ferdan de Zaklyczyn Biecensis castellanorum ac Joannis Rapsthinski de Tanczyn curie nostre Marschalci Sandomiriensis et Ploczensis Capitanei ceterorumque Consiliariorum nostrorum nobis fideliter assistencium inclinati Generoso Nicolao Langkowinski [?] Curiensis nostro fideli dilecto attentis eciam meritis et serviciis per eum in nostris et Regni nostri negociis presertim cum expedicionibus stipendiariorum factis Castellanatuum et quorumcunque officiorum que ipse acceptandi duxerit primo et principaliter quocumque modo in terris Cracoviensi Sandomiriensi et Rathomiriensi [?] vacaturum dignitatem dandi donandi et largiendi damus et donamus et graciose largimur tenore presencium mediante per ipsum Nicolaum usque ad alterius dignitatis assecucionem tenendi habendi et utifruendi. Vobis igitur universis et singulis palatinis Castellanis Capitaneis ceterisque dignitariis et officialibus terrarum suprascriptarum Mandamus quatenus Nicolaum prefatum dum presentibus fuerit requisiti de Castellanatu seu officio quocumque quod interim vacaverit quod acceptatum per eundem esset presencium vigore instituatis et sibi possessionem huiusmodi Castellanatus seu officii auctoritate nostra qua vobis in hac parte committimus consignetis de loco eum racione dicti officii aut Castellanatus concernente ac de proventibus ipsius Castellanatum ex antiquo seu officium concernentibus respondeatis et responderi faciatis pro gracia nostra aliud non facturi. Harum etc. Datum Cracovie feria quinta in octava Assumpcionis gloriose virginis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri anno tercio

Commissio bonorum Epi Ploceñ Andree Radzie iowski eius liberatio ab exp. belli

Alexander etc. Significamus etc. Quia Reverendus in Christo pater dominus Erasmus Epus Ploceñ Vicecancellarius nobis dilectus, quem in rebus et Reipublice Regni nostri negociis extra deputavimus ad Curiam Romanam pro fecturum Generoso Andree Radzieiowski Castellano Sochaczoviensi guberna cionem bonorum Epatus sui gerendam commisit Exea itaque causa atque ut castra et bona eiusdem Epatus secure conserventur et debite di rigantur Eundem Andream Castellanum de certa nostra sciencia Con siliariorumque nostrorum hic nobiscum existencium voluntate, ab ex pedicione bellica hac in re instituta vel instituenda ad quam de bonis suis hereditariis et nostris Regalibus tenutis sive more terri genarum Regni nostri faciendum obligatur absolvimus et liberta mus tenore presencium medio usque ad eiusdem domini Epi reditum harum quibus etc. Datum Crac feria quinta intra octavas Assumptionis glo riosissime Virginis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo quarto

Vexilliferatus Dobrinen

Anno quo supra Cracovie feria sexta in vigilia Sancti Bartholomei aplī vel Nobili Salomoni Plonyenski per mortem olim Generosi Dobeslai [illegible] Zawski vacans Vexilliferatus noster terre Dobrzinensis datus est ad tempora vite sue sub sigillo Cancellarii

Privilegium annale opidi Zamchosth

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Cum acta que sub tempore fiunt e memoria hominum plerumque labuntur Sagax humana varietas ea litteris mandare consueuit, que scriptis ipsorum roborari perhenniri Proinde nos Alexander etc. Significamus etc. Quia ad peticionem Generosi Martini Sko thniczki de Boguzia Castellani Zamchostensis et Judicis Sandomiriensis fidelis nostri dilecti Opidum Zamchost religiosarum virginum Sanctimonialium Sancti Andree in Cracovia hereditario in terra Sandomiriensi sitto forum annale in die omnium Sanctorum annis singulis Septimanale vero feria secunda quibuslibet septimanis iuxta consuetudinem opidorum nostrorum in terra Sandomiriensi consistencium ab omnibus et singulis mercatoribus institoribus vectoribus negociatoribus hominibus quibuscumque secus cuiuscunque status condicionis et eminencie existant frequentandum habendum et cele brandum sine tamen preiudicio aliarum civitatum et opidorum illuc consistencium dedimus donavimus admisimus instituimus et indulsimus damusque donamus admittimus statuimus et indulgemus tenore presencium

inchte dantes et concedentes omnibus hominibus et mercatoribus quibuslibet in oppido predicto Zamchosth mercès quascunque cuiuscunque generis et materiei vendendi emendi res pro rebus commutandi et alia mercature et negotiacionis officia pro libito exercendi plenam et omnimodam libertatem decernentes insuper et presenti nostro decreto statuentes ut omnes et singuli mercatores vectores et homines undecunque negotiandi gratia ad illud oppidum ad forum annale predictum sive nundinas septimanalesque prefatum veniendo, in eundo et redeundo nostra et successorum nostrorum plena et omnimoda securitate potiantur. Ita tamen quod tales sint quibus iura et terrestria statuta non favent et quibus merito fidedignorum consortia denegantur temporibus perpetuis duratura. In cuius rei etc. Actum Cracovie feria sexta in vigilia sancti Bartholomei apostoli Anno domini Millesimoquingentesimo quarto Regni nostri anno tercio presentibus ut supra testibus etc.

Salvusconductus Valachis

R

Alexander dei gratia etc. Significamus etc. Quia de certa nostra scientia Magnifici Bogdan palatini Valachie oratoribus cum ipsorum comitiva ad nos proficiscentibus per nostrum Regnum salvumconductum perfectam quoque securitatem ad nos Regnumque nostrum veniendi standi morandi negocia quecunque tractandi et disponendi dispositisque vel indispositis ad propria redeundi personis et rebus eorum salvis remanentibus duximus dandum et concedendum Damusque et concedimus tenore presencium mediante hinc ad festum beati proximum duraturum harum etc.
Dat Cracovie feria sexta in vigilia sancti Bartholomei 1504 Regni tercio

Consensus Ade Drzewitzki super exemptione Regnow

Ed

Alexander etc. Significamus etc. Quia ad supplicationem Venerabilis Mathie de Drzewicza Regni nostri vicecancellarii. Sincere nobis dilecti necnon ob grata fidei merita Generosi Ade Drzewiczki Capitanei Lubomen. que tenere olim nobis et nobis exhibuit. Volentes eundem Adam ad futura nostra servicia reddere promptiorem Sibi villam nostram Regnow dictam in terra et districtu Radomensi sitam. de manibus Nobilium Iohannis et Nicolai heredum de Wossniki in summis pecuniarum in eadem villa iuste et legitime patri predictorum germanorum inscriptis exemere et redimere consensimus et admisimus. consentimus et admittimus tenore presencium mediante. per ipsum Adam Drzewiczki. et eius legittimos successores villam nostram prefatam Cum omnibus et singulis Censibus. proventibus. redditibus. fructibus et obvencionibus universis. et qualitercunque iure dominio et proprietate. alias mero et mixto imperio et cohercione penarum Capitalium. de super concessam tenendum. habendum utifruendum pacifice quoque et quiete possidendum tamdiu quousque summe in eadem villa iuste inscripte

per nos aut nostros successores legittimos sibi vel eius successoribus legittimis plenarie
fuerint persolute Extunc bona salute possessio ville eiusdem ad nos et successores nostros
pleno iure redibit et devolvetur Iuribus nostris Regalibus semper salvis remanentibus
In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum Cracovie die dominico
in Crastino sancti Bartholomei apostoli Anno domini Millesimo quingentesimo quarto

Inscriptio Petri Schaffraniecz super Sochaczow

Alexander et Sigismundus etc. Quia nos facta computacione cum Generoso Petro
Schaffraniecz de Pyeskowaskala Castellano Wislicien et quondam Marien
burgen Capitaneo pro omnibus et singulis proventibus ad idem Castrum nostrum Marien
burgen quolibet provenientibus remansimus sibi debitores summe Trium Millium
Septingentorum Triginta sex florenorum de minus quidem summe solucionem ipsius
creditorem indempnem que eadem volentes sibi et suis legittimis successoribus eam in et
super bonis nostris videlicet Capitaneatu Castro et oppido Sochaczoviensi villis que
ad illa ex antiquo pertinentibus tenore presentium de Consilio consiliariorum nostrorum et per
fectum eorum qui nobis in Conventione generali Piotrkoviensi consenserunt prefata de
consilio publicatus decreti dati fuere inscribendam et demonstrandam duximus inscribi
musque et demonstramus tenore presentium mediante decreto per ipsum Petrum et
suos successores legittimos predicta bona nostra Capitaneatum Castrum et Oppidum Socha
czow villas que ad illa pertinentes cum suprascriptis Tribus Millibus Septingentis
Triginta sex flor. In aliis que pecuniarum summis prioribus Regiis nostris eidem Petro
Schafraniecz per nos in dictis bonis iuste inscriptis iuxta omnium continenciam et
effectum originalium inscriptionum desuper confessarum tenendum habendum possidendum
et utifruendum prefatis tamdiu quousque predicti Trium Millium Septingentorum triginta
sex florenorum summa sibi et successoribus suis per nos et successores nostros cum
aliis in eisdem bonis prius per nos iuste inscriptis simul et integro extunc
tunc facta possessio predictorum bonorum ad nos et successores nostros pleno iure de
volvetur preterea intelligentes nonnulla bona Regalia nostra in Capitaneatu Socha
czoviensi predicto nonnullis subditis nostris obligata esse Ideo in redimendi facultate tenuta
rum ipsa bona ad determinatam terminat condicionem Quemadmodum prefato
Petro Schafraniecz Castrum et Oppidum predictum Sochaczow cum villis ad
illa spectantibus inscripsimus Sic eciam eidem Petro Consensimus Consentimusque
presentibus universa et singula bona oppida et villas regalia Regales que in terra
predicta Sochaczoviensi sita et sitas iuste inscripta et inscriptas que de manibus omnium
eorum et singulorum tenutariorum cuiuscumque status et condicionis existencium in summis
pecuniarum iuste et legitime inscriptis redimere Ea duntaxat condicione observata
quod inter redimendum non augeantur summe pecuniarum prius in bonis redimendis
iuste inscripte decernimus et consentimus per ipsum Petrum Schaffraniecz et successores

suos dimissa bona per eundem dominum Petrum conservens redimenda nostra dum et literas
earum originalium Regalium ad illa bona datarum tenendum habendum et utifru-
endum pacifice tandem quousque ipse Petro et successoribus suis ipsa summa trium
Millium septingentarum triginta sex florenorum una cum aliis summis per alias
literas nostras sibi inscriptis ac cum his quas in exemptione expenderit solventur ex
integro Reservata possessione omnium predictorum bonorum ad nos successoresque nostros devol-
vetur pleno iure Iuribus nostris semper salvis. Stanibus sic descriptis. Quia licet
in prioribus descriptionibus eidem Petro datis eas nobis reservavimus, tamen quia
magnas habitaciones est summas bonis eisdem nunc Iuncto stanionem sic ei
inscribimus Quia idem Petrus et sui successores nobis nostrisque successoribus in
uno felici Schotzhagoviam aut in terras Schotzhagovienses adventu per duos aut
tres dies stanionem dabunt dabitque sunt. Harum quibus sigillum nostrum
presentibus est subappensum testimonio literarum Datum Crac. die dominico post
festum sancti Bartholomei apostoli Anno domini Millesimo quingentesimo quarto

Petri Schaffranijecz pro servitiis 2500 flor. ad monetariam pro excussione

Rta

Alexander etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis Quia
satisfacere cupientes Generoso Petro Schafranijecz de Pyeskowaskala Castellano Vislicensi
et Capitaneo Schotzhagoviensi pro summa duorum Millium et quingentorum floreno-
rum In qua sibi post racionem factam pro serviciis que nobis tam in Regno quam
in Magnoducatu [illegible] armorum que gentes equites et pedites nobis mittendo ex-
hibuit factam Remansimus debitores, sibi eadem duo millia et quingentos
florenos de argento proprio In monetaria nostra excudere de Literis que percipi dedi-
mus et admisimus. Quocirca tibi Magnifico Iacobo de Schydlowyecz Thezau-
rario Regni nostri committimus mandantes quatenus a predicto Petro Saffranyecz
argentum eius recipias et ex eo ~~tantum~~ tantum monete nostre facias ut ex lucro
prefatam summam duorum Millium et quingentorum florenorum idem Petrus per-
cipiat Quo facto argentum eius proprium solvat aut det et extradat sic
faciendo ut in aliis nostris ad cussionem monetarum de argento proprio literas habenti-
bus fieri consueverint Presentes tamen ab eo in dicti quittantiam recipiat aliter non
facturi pro gratia nostra Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testi-
monio literarum. Datum Crac. feria sexta in vigilia Bartholomei apostoli anno domini
Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri anno tercio

Quittacia Petri Schaffranyecz pro Marienburg

Rta

Alexander etc. Significamus tenore presentium etc. Quia nos facto debite racio-
calculo cum Generoso Petro Schaffranyecz de Pyeskowaskala Castellano Vislicensi
et eodem Capitaneo Marienburgensi de omnibus et singulis proventibus et censibus
ad ipsum castrum nostrum Marienburgense quolibet provenientibus a tempore quo ipse

Petrus Schaffranyecz Castrum predictum ab olim paterna Maiestate in gubernacionem susceperat usque ad tempus quo hanc eandem arcem ad voluntatem nostram dimisit positis in racione raciones omnibus perceptis et distributis ac defalcatis defalcandis comperimus eum omnes illos proventus ad provisionem castri predicti ad nos datum per nostrum exposuisse et distribuisse Nobisque satisfecisse de quibus eundem Petrum et suos successores quittamus presentibus in perpetuum Harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum Datum Cracovie in Vigilia Sancti Bartholomei Apostoli Anno domini Millesimoquingentesimo sexto

Libertas Kyansky a bello

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Nostra Constitutus personaliter coram nobis et Consiliariis nostris Nobilis Nicolaus Kyansky servitor noster exhibuit literas inscriptas ab olim paterna nostra Regia Maiestate super libertatem bellicarum expedicionum sibi concessas petiit eas per nos approbari et ratificari Quarum sequitur tenor Kazimirus dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quod attentis fidelibus serviciis et benemeritis Nobilis Nicolai Kyansky Cubicularii nostri quae nobis nostreque maiestati non minus constanter quam perseveranter exhibuit exhibet et poterit in futurum Harum itaque intuitu volentes eundem Nicolaum aliquatenus tam consolatum et specialibus prosequi favoribus ipsum ab omnibus tam generalibus quam specialibus et particularibus expedicionibus bellicis per nos quomodolibet instituendis duximus absolvendum liberandum quam atque interim quoad vixerit absolvimus et liberamus tenore presencium mediante Quocirca Vniversis et singulis palatinis Castellanis Campiductoribus dignitariis et quibuslibet officialibus nostris per et infra Regnum nostrum ubilibet constitutis presentibus requirendis Suis et fidelibus dilectis Mandamus et omnino habere volentes quatenus prefatum Nicolaum interim sicut prefertur quoad vixerit occasione expedicionum prefatarum bellicarum nullatenus impedire et molestare debeatis sed pacificum et quietum in toto dimittatis et dimitti faciatis penis Laudis et constitucionibus nostris et Regni nostri in contrarium factis non obstantibus quibuscumque Harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum Datum Cracovie feria sexta post festum Sancte Marie Magdalene Anno domini Millesimoquadringentesimo octogesimo nono Relacio Venerabilis Gregorii de Lubrancz Regni Polonie Vicecancellarii Nos itaque visis premissis literis salvis et omni vicio carentibus ipsas de speciali gratia scientia quam Regiis nostra ac de consensu et consilio Consiliariorum nostrorum certa non obstante statuto Piotrkoviensi in contrarium sancito confirmandas et approbandas duximus Confirmamus quam et approbamus presentibus decernentes illas robur debite firmitatis

obtinuerit iuxta vim et tenorem earundem. Harum quibus sigillum nostrum est subappen-
sum testimonio literarum. Datum Cracovie feria sexta in vigilia Sancti Bartholomei
Apostoli Anno domini Millesimo Quingentesimo quarto

Litere Indempnitatis Jo. Kowalowski super Edificando Castro

Alexander etc. Significamus etc. Quia intelligentes castrum nostrum Lowa-
tewo in Prussia tenute nobilis Joannis de Ledez in nonnullis suis partibus
presertim vero in turribus munitionibus fossatis habitationibus et locis aliis
pro defensione castrorum necessariis partim vetustate destructum annichilatum
et ad ruinam inclinatum esse. Presertim vero tempore bellorum per divos olim
predecessores nostros cum Cruciferis gestorum erat destructum et minoratum. Volentes pre-
terea eius reparationi intendere, Mandavimus predicto Joanni ut illud in quibusvis
eius ruinis sic ut facti possibile esset repararet. Sed quia ad illud opus suis
sumptibus sufficere non potest nisi noster adiutus esset, Itaque volentes nos pro impen-
sis illis in reparatione castri expositis per eundem Joannem tenutarium fiendis indempnita-
tem reddere promittimus et presentibus literis nostris inscribimus Quod quicquid
ipse Joannes ad reparationem castri eiusdem ac edificationem omnem turrium murorum et
fortalitiorum fossatorum suis impenderit, illud nos successoresque nostri sibi et successori-
bus suis circa redemptionem castri predicti tenute aliis pecuniis eorum summis in eodem
castro inscriptis solvemus atque solvent. Primum tamen nos aut successores nostri
certos pro tempore decernemus aut decernent commissarios qui consideratis edificiis
istis et impensis earum predicti valorem et summam iudicabunt, taxabunt et
dabunt per nos successoresque nostros prefato Joanni successoribusque suis solvenda, quam
eciam solvendam nos successoresque nostros presentibus inscribimus. Harum quibus
sigillum nostrum etc. Datum Thorunii feria sexta in vigilia sancti Joannis Baptiste
Anno domini Millesimo quingentesimo octavo

Ponticule novum in Visla circa Tinecz institutum

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regum Maiestas quoniam deberetque ad
publica Regni sui commoda privataque subditorum utilitatem novum aliquid constituit aut
decernit, id literis insignire et sigillorum conservare munimine. Proinde Nos Alexander
dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie etc. Significamus tenore presentium etc. Quia nos inspecta
necessitate publica commodo succurrere et quod una cum proventibus nostris Regiis in futurum
augere pontem in flumine Vysla in loco aliquo circa castrum Tynyecz erecturi qui aptior
videbitur pro communi hominum transitu duximus eligendum erigendum et edificandum. Commisimusque
laborem et structuram eiusdem pontis Generoso Johanni Jordan de Zakliczyn Castellano
Wyeczen. zuppario et procuratori generali Cracovien. ac Capitaneo in Osswyenczym
cuius opera in agendis que nobis commendata duximus committendum et presentibus committimus.
De quo quidem ponte erecto novum portale instituendum decernimus, instituimusque presentibus
et decernimus perpetuo duraturum. Videlicet ut a quolibet transeunte qui de curru et transvectione
ad solvendum theloneum sive obligati Mercibus et rebus venalibus

Onerato solvat unum grossum et curru levi seu vacuo denarium. A persona equestri
denarium et a pedestri denarium. Quia vero generosus pontem supradictum Johannes Zerdan quadam
bona nostra Regalia castrum et districtum Ossvyaczim tenens pro se et illo castro tollat
et percipit. Unde vero illa bona ab eo fuerint per nos vel nostros successores alienata
racione prefati pontis ab eo non exigemus. Et illud pontale solutionis quod et ceteris
obvenientibus proventibus nostris Regalibus ad procuracionem generalem Cracoviensem
pertinentibus incorporamus annectimus et inscribimus. Per procuratorem nostrum
generalem Cracoviensem pro tempore existentem tollendum levandum et percipiendum. Qui quoque procurator
generalis pro tempore existens quociens necessitas poscit emersa contigerit. debebit eundem pontem
pereuntibus ceteris pontalis predicti reficere reformare et restaurare. ut equitantibus
et transeuntibus secures indempnesque pateat transitus. Que omnia et singula premissa
firmi ac perpetui roboris esse volumus et decernimus tenore presencium mediante. In cuius rei
testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum Cracovie feria quarta post
primam diem festi cathedre sancti petri apostoli Anno domini millesimoquingentesimo quinto Regni
vero nostri anno tercio. Presentibus Reverendo in Christo patre domino Andrea
Rosa Archiepiscopo Gneznensi et primate Joanne Cracoviensi et Erasmo plocensi episcopis Necnon
Magnificis Venerabilibus et Generosis Spytkone de Jaroslaw Castellano. petro Kmytha de
Wyssnycze palatino Cracoviensi et Marsalco Regni nostri Johanne de Tarnowo
Sandomiriensi. petro Myszkowsky de Myrowo Lanciciensi. Johanne de Tarnowo Russie
palatinis Nicolao de Camyenyecz Sandomiriensi et dapifero Cracoviensi Jacobo de
Szydlowyecz Thesaurario ac Regni Cancellario et Johanne Zerdan de Zarchyczin Regni
Castellanis Johanne de Lasko Cancellario Jacobo de Schydlowyecz Thezaurario
Mathia de Drzewycza vicecancellario Regni nostri. Dignitariis et curialibus et
consiliariis nostris fidelibus nobis dilectis. Datum per manus eiusdem Reverendi
patris de Lasko Regni nostri et Ecclesie Gneznensis Cancellarii nobis dilecti

Inscriptio Petro Schafraniecz Trium Millium et Septingentorum triginta sex Florenorum in Scharzow

Alexander etc. Significamus etc. Quia nos facta Racione cum Generoso Petro Schaffranyecz de Pyeskowaskala Castellano Wislicensi et Condam
206 Mariemburgensi Capitaneo Super et singulis proventibus censibus ac Edificijs ad
idem Castrum nostrum Mariemburgense quibuslibet provenientibus per ipsum a tempore
sue ad Capitaneatus eundem intromissionis ad diem usque destitucionis sue perceptis
distributisque ac quittancijs ad Mandatum nostrum per eum solutis Remansimus
sibi debitores Summe trium Millium Septingentorum Triginta sex florenorum de cuius
quidem summe solucione ipsum certiorem inderedere (?) quod reddere volentes Promittimus
eidem petro et successoribus suis eandem summam trium Millium Septingentorum
triginta sex florenorum pro festo Sancti Michaelis proxime venturo solvere. Si vero
non solverimus extunc eandem ipsam summam In bonis nostris Regalibus infrascriptis videlicet Capi-
taneatu Castro et Oppido Schocharzowiensi ac omnibus Villis ad illa pertinentibus Inscribimus
tribus Stacionibus quoque ex eisdem bonis nobis singulis annis provenientibus In Cenis eorum

generali conventioni ... in proximo in Regno nostro celebranda de consensu ac consilio consiliariorum nostrorum demonstrabimus ac ad idem faciendum nos et successores nostros presentibus inscribimus harum quibus Sigillum nostrum etc. Datum Cracovie feria sexta in vigilia sancti Bartholomei apostoli Anno domini Millesimoquingentesimooctavo

Translatio Literarum Jasyenski Pauli super opido Kapinos ad Maius Sigillum

Lx

Alexander dei gratia etc. Significamus etc. Quia constitutus personaliter coram nobis Generosus Paulus Jassyenski Curiensis noster fidelis dilectus exhibuit Literas inscriptionis sub anulari Secreti nostri Sigillo Anno superiori sibi per nos concessas petivit eas ad Sigillum Cancellariatus Regni nostri transferri et innovari quarum sequitur tenor. Alexander etc. Significamus etc. Quia propter virtutes fidelia quoque servitia Generosi Pauli Jassyenski quibus se nobis reddidit commendatum ipsum propterea ad futura et nobis et successoribus nostris obsequia obligaturi esse volentes de certa deliberatione et gratia nostra eam gratiam et prerogativam ipsi Paulo presentibus damus et conferimus Quia oppidum nostrum Kapynos cum villis ad illud pertinentibus videlicet Wylkowycze Nowawyesz Grocholycze ac Glusk maiore et minori quod et quas in certa pecuniarum summa per nos ac antecessores nostros iuste et legittime inscriptum inscriptas quoque habet nulli homini admittimus redimere de manibus tenentis illius usque ad tempora vite sue. In cuius rei testimonium presentibus Sigillum Secreti nostri anulare est appensum testimonio literarum. Datum Vilne feria quinta in vigilia Epiphanie domini Anno eiusdem Millesimoquingentesimo tertio Regni nostri secundo. Nos itaque annuentes petitionibus dicti Pauli Jassyenski literas suprascriptas per nos sibi concessas de Sigillo Secreti in presentes ac in maius Sigillum Cancellariatus Regni nostri transferri iussimus decernentes tam illas quam presentes robur debite firmitatis obtinere harum quibus Sigillum nostrum etc. Datum Cracovie feria tertia proxima post festum sancti Bartholomei apostoli Anno domini Millesimoquingentesimooctavo Regni nostri anno tertio

Consensus Alberti Brzeszynski super villam Opalewicza

Lx

Alexander dei gratia etc. Significamus etc. Quia propter fidelia servitia Nobilis Alberti Brzeszynski Cubicularii nostri quibus se nobis exhibuit commendatum Sibi de certa scientia et gratia Regiis nostra medietatem ville nostre Regalis Opalewicza in Prussia sitam de manibus providi Barbare Zedlygodra Civis Brodnicensis in pecuniarum summa in eadem medietate ville iuste inscripta citra preiudicium cuiuslibet redimere consensimus et admisimus Consentimus quoque et admittimus presentibus decernendo per ipsum Albertum et suos legittimos successores eandem medietatem ville nostre Opalewicza iuxta vim continentiam et effectum originalium literarum per eandem Barbaram habitarum cum omnibus utilitatibus et obventionibus tenendam habendam possidendam et pacifice utifruendam tandem

prefixis eidem Alberto aut suis legittimis successoribus summam pecuniarum in eadem
medietate ville legittime inscripte solventur extunc eo ipso possessio eiusdem
medietatis ad nos et successores nostros devolvetur pleno iure iuribus nostris
remanentibus semper salvis remanentibus. Harum quibus sigillum nostrum
est subappensum testimonio literarum. Datum Cracovie feria tercia proxima post
festum Sancti Bartholomei Anno domini Millesimo quingentesimo quarto

Libertas a bello Nicolai Cosczyeletzski

Anno quo supra feria tercia post Bartholomei Regia Maiestas intelligens
Generosum Nicolaum de Koszyelecz Tenutarium Bobrownicensem infirmitate preventum
et nimium gravatum non posse expedicioni bellice personaliter interesse eundem per
sonam expedicione bellica hac vice dumtaxat instituta sive instituenda
absolvit ita tamen quod ipse Nicolaus sufficientem expedicionem per idoneas perso
nas de omnibus bonis et suis et que tenuit sive satisfacere tenebitur

Consensus Molendini eximendi Petro Schylowyerz ski in Bostin

Alexander dei gracia etc. Significamus tenore presencium etc. Quia propter fidelia ser
vicia Generosi Petri Schylowyeczski Succamerarii Cracoviensis Siradiensis Lanciciensis et
Bostinensis Capitanei fidelis nostri dilecti que de nobis ac olim Serenissimis Genitore et
Germanis nostris Regibus Polonie optime meruit Sibi molendinum nostrum Xqualicz sub
Castro Bostinensi in pecunia sibi pro meliori provisione Castri nostri Bostinensis tenente sive
de Manibus Generosi Sassin Teranski heredum Bostinensium redimere consensimus
et admisimus Consentimus quoque et admittimus tenore presencium mediante litera nostra
augmentum summarum pecuniarum in literis originalibus descriptarum per ipsum Petrum et
suos legittimos successores Molendinum predictum iuxta vim tenorem et effectum originalium
literarum predecessoribus dicti Sassin nostre datarum tenendi habendi et possidendi sine vsque
ad solucionem pecuniarum in corpore Molendini iuste inscriptarum per nos aut successores
nostros faciendam Qua facta possessio molendini prefati ad nos et successores nostros red
ibit et revolventur pleno iure salvis iuribus nostris Harum quibus etc. Datum Cracovie
in vigilia sancti Bartholomei apostoli Anno domini Millesimo quingentesimo quarto

Consensus incorporandi predii Marci ad fraternitatem artis Sartorie in Bochnya

Alexander dei gracia etc. Significamus tenore presencium etc. Quia ad vota Serenissime principis
domine Elizabeth eadem gracia Regine Polonie genitricis nostre Charissime Nobili Marco

Cubicularius sue serenitatis predium suum proprium in Pomorio agris quoque ad illud
pertinentibus extra Civitatem inter predium Jaschothka et Stanislai Pyrczewnik Civium
Bochnensium iacens in Jure Civili Bochnensi Providis Senioribus artificij et Frater
nitatis Sartorum Bochnensium pro ministerio Ecclesiastico eorum fundacionis incorporandi
et in perpetuum inscribendi admisimus et consensimus. Admittimusque et consentimus
tenore presencium mediante, per prefatos Seniores artificij et fraternitatis sartorum
dictum predium nec certe predio et agris ad illud spectantibus tenendi habendi uti
fruendi pacifice et quiete possidendi perpetuo et in evum Salvis tamen censibus
civilibus et publicis oneribus cum predio eciamque annexis quibus ipsi Seniores
artificij fraternitatis artificij Sartorum non obstante presenti nostro consensu satisfacere
tenebuntur harum quibus Sigillum nostrum Datum Cracovie feria sexta in die sancti Au
gustini Anno domini Millesimoquingentesimo quarto Regni nostri anno tercio

Lre Joannis Syrkhowski super No taruatum Rauense

Alexander etc Significamus etc Quod ad peticionem Reverendi in Christo patris
domini Andree Rosa Archiepiscopi Gneznensis et Primatis Ceterorumque consilia
riorum Regni nostri Spiritualium et secularium fidelium nobis dilectorum ac idonei
tate integritate fidei et merito Nobilis Joannis Syrkhowski notarij nostri qui
bus nos extat commendatus attenta sibi Notariatum Terrestrem Ravensem per
obitum sive decessum aut qualibet quavis causa intervenientem Honorati
Mathie de Rokythniza plebani Ravensis moderni eiusdem officij pos
sessoris vacature accedente ad id dignitariorum et terrigenarum terre eiusdem Ravensis
consensu sub Sigillis eorundem dignitariorum Baronum coram nobis litteratorie
reproducto de certa nostra sciencia et Voluntate tamquam eciam prout tenore
dandum et conferendum duximus damus quoque et conferimus gratiose presentibus
litteris nostris per ipsum Joannem ad extrema vite sue remeda tempora pos
sidendum Literas quoque eiusdem terrestris consensus coram nobis reproductas et per
nos admissas quas pro insertis presentibus haberi volumus et pronunciamus
tenore presencium approbamus Quocirca Vobis omnibus et singulis dignitariis
officialibus terrigenis Nobilibus et generaliter omnibus cuiusvis nobilitatis insignitis
intra et districtum Ravensem ubilibet existentibus committimus et Mandamus
serioseque precipimus Quatinus postquam dictum officium Notariatus officium per
obitum sive decessum aut qualibet quavis causa intervenientem moderni
possessoris eiusdem officij prefati vacaverit eundem Nobilem Joannem Syrcho
wski pro Notario terrestri Ravensi habeatis et quilibet vestrum habeat sibique
sigillum et Librum seu Libros terrestres in manus dent et consignent de Locis
quoque et proventibus ad eundem Notariatum quibuslibet ex antiquo spectantibus sibi ut more
et consuetudinis terre eiusdem Ravensis fieri est necesse respondeatis et responderi
faciatis ac quilibet vestrum respondeat sub gratia nostra ad optentus fiet tamque etc Datum Cracovie
feria quarta post festum sancti Bartholomei apostoli proxima Anno domini Millesimoquingentesimo quarto

Incorporatio Capelle in Brudzowycze ad Ecclesiam parrochialem in Drzewycza

xlj.

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Etsi Regni nostri subditos
clementia nostra Regalis in augendis comodis amplitudinibus libertatibus confe-
rendis semper extendimus quanto magis Ecclesiis unde Laus altissimo deo salus quoque
provenit animarum Proinde Nos Alexander dei gratia Rex etc. Significamus etc.
Quomodo singularem habentes respectum ad vota supplices quoque peticiones nostri
preclaras et ad prestantiam merita circa Maiestatem Regiam et Serenissimo olim principi
domino Ioanni Alberto Polonie Regi etc. germano ac predecessori charissimo nostro
per Venerabilem Mathiam de Drzewycza prepositum Sandomiriensem et Regni
nostri Vicecancellarium secretarium nobis dilectum Nos minus constanter quoque fideliter
impensa quoque facta et exhibita volentes ea propter ipsum specialibus favoribus et
prerogativis ut dignum est prosequi et ad futura nostra servicia Regnique ne-
gocia magis ac magis feliciter et animacius gerenda reddere promptiorem cupientes
precipue cultum divinum in locis ad hoc idoneis nostram munificentiam regali
ampliare ut deus omnipotens eiusque sacratissima genitrix virgo maria pro
nostro ac Reipublice incolumi statu amplioribus glorificetur laudibus et ve-
neretur precibus quoque ipsius Mathie Vicecancellarii nobis humiliter
factis graciose annuentes Ecclesiam parrochialem in villa nostra Brudzowycze
in districtu Opoczno sitam Iurispatronatus nostri existentem vero directo et nostri Iure
patronatus perpetuo eiusdem Ecclesie in Brudzowycze quam primum illa per
cessum vel decessum moderni pastoris vacare contingat Ecclesie parrochiali in
Drzewycze pro fundandis Erigendis quoque ibidem in Drzewycze Mansionariis
qui horas Beate Marie virginis et alia officia decantare circa animarum
ac alia onera Ecclesiastica cum preposito constituendo perficiant Ex speciali nostra
gratia et ad eandem Ecclesiam in Drzewycza devocione clementer dandam donandam
incorporandam inviscerandamque duximus damus quoque donamus incorporamus
ac inviscerramus tenore presencium mediante perpetuo et in eternum per prepositum
et Mansionarios ibidem in Ecclesia parrochiali in Drzewycza pro tempore
existentes ipsam Ecclesiam in Brudzowycze cum omnibus et singulis eius fructibus
terris redditibus ac obvencionibus quibuslibet dotalibus ad ipsam Ecclesiam antiquitus
pertinentibus generaliter universis iuxta vim et ordinacionem per Reverendum in Christo
patrem dominum Andream Rosa dei gratia Sancte Ecclesie Gneznensis Metropolitane ar-
chiepiscopum et primatem faciendam tenendam habendam utifruendam perpetue

Et quiete possidendam dantes et concedentes prefato Venerabili Mathie de Drze-
wyza Vicecancellario et suis tenutis successoribus veris que heredibus in
Drzewyza dicte Ecclesie in Krudzewycze omne Jus patronatus et presentandi
nomine regio et successorum suorum nostrorum Regum Polonie quod nobis
successoribus nostris regibus Polonie in dicta Ecclesia competebat et competit trans-
ferimus que et transfundimus dictum Juspatronatus et presentandi nomine regio in
prefatum Venerabilem Mathiam de Drzewyza Vicecancellarium Regni nostri
et successores suos tenutos ac veros heredes in Drzewyza in perpetuum
et eviternum presentibus literis nostris In cuius rei testimonium sigillum etc.
Datum in Conventione generali Pyotrkowiensi feria quinta proxima ante dominicam
Letare Anno domini Millesimoquingentesimoocto Regni nostri anno tercio Pre-
sentibus Reverendissimo in Christo patre domino Andrea Archiepiscopo Gneznensi et primate
Regni Magnifico et Generosis Nicolao de Crzoszeky palatino Lublinensi
Joanne Kapsinski de Tanczyn Marsalko Curie nostre Sandomiriensi et Ploczensi
Capitaneo Stanislao Szafranyecz de Pyeskowaskala Succamerario Curie
nostre Joanne de Sprowa Vexillifero Sandomiriensi Petro de Wrzyeszowycze
dapifero Curie Joanne Zaramba de Calinowa Capitaneo Siradiensi et
incisore Curie nostre Ceterisque consiliariis dignitariis et officialibus nostris
fidedignis Certa scientia Datum per manus Venerabilis Joannis de Lasko
Ecclesie Gneznensis et Regni nostri Cancellarii Sincere nobis dilecti

Privilegium Inscriptionis predii dicti Kalevisze pro Ecclesia parrochiali sancti Leonardi in opido Regio Rathyno :~

rh

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Munificentia Regia
quicquid sue Liberalitatis dextera vel pro felicitate subditorum temporali vel [pro] .//.
ad defectus et inopias eorum removendas et presertim pro vel parrochialium Ec- piis operibus
clesiarum et dei cultum intuitu erogat unque perhennium literarum munimine ma-
dari convenit Proinde nos Alexander dei gratia significamus etc. presentibus et
futuris etc. Nomina attendentes defectum et inopiam Ecclesie parrochialis sancti
Leonardi in opido Rathyno in iuspatronatus nostri Proinde que cupientes ut
Rector et ministri illius pro tempore existentes competentiorem victus habeat
provisionem Ad petitionem Generosi Jacobi de Szydlowka Castellani Woyniczen-
sis Thesaurarii et Rathnensis Capitanei de speciali scientia et potestate Regia
predium nostrum seu aream alias dworzysko nominatum Kaiewisze inter Cremno
et Zabiesze villas nostras situm cum agris et pratis ad illud ab antiquo spectan-
tibus dandum et possidendum dedimus donavimus que damus et inscribimus tenore
presentium mediante in perpetuum cum Ecclesie predicte seu Curie illius incorporamus
utendum per plebanos modernum et pro tempore existentes Ecclesie predicte in Rathyno
predium ipsum seu Curiam cum agris pratis ultis et omnibus fructibus utilitatibus

Redditibusque pertinentiis et in futurum acquirendis et generaliter cum omnibus dicte domini et pro-
prietatis ita late longe et circumferentialiter prout ab antiquo et nunc in limitibus suis
et aliis metis terre et possessionibus distinctum et limitatum est iure domini
et proprietatis in eodem predio pro nobis et successoribus nostris reservantes tenendum
habendum utifruendum et pacifice possidendum ac in usus suos [illegible]
convertendum perpetuo et in evum. In cuius rei etc. Datum et Actum Crac[ovie]
feria quinta proxima ante festum Nativitatis Marie Anno domini Millesimo
quingentesimo quarto Regni nostri anno tercio Presentibus eisdem ut supra

Libertas domus Casperbar

rs

Alexander etc. Significamus etc. Quia propter fidelia servicia famosi
Casperbar Civis et Consulis Cracoviensis que et nobis et olim fratribus nostris Maiestati Regie
exhibuit hactenus et exhibere non desistit et presertim quia Illustrissimus princeps
dominus Sigismundus Opavie et Wratislavie glogovie dux Germanus noster charissimus
in felici suo Cracoviam adventu in domo eiusdem Casperbar in foro Civitatis Craco-
vie site hospitari in ea et mansionem [illegible] conveniunt [illegible]
[illegible] prefato Casper singularem prerogativam facere cupientes domum ipsius
prefatam ab hospitalitate omnium hominum cuiuscumque status sexus ordinis conditionis
officii et eminentie existentium et quacumque dignitate preditorum de speciali gratia et
scientia Regie nostre liberandam et eximendam duximus liberamusque et
eximimus tenore presentium mediante Decernentes quod tam ipse Casperbar et
famosa honesta Barbara coniux sua quam eorum omnesque successores predicti
domus pro tempore possessores in ipsa domo perpetuis temporibus nemini
hospitabuntur nisi ex speciali arbitrio eorum pro tempore fuerit [illegible] Quare
[illegible] neque nos neque successores nostri Reges polonie aut eorum officiales [illegible] et
Consulatus Civitatis predicte poterimus aut poterunt prefatos coniuges et
successores eorum successive domus pro tempore existentes possessores compellere
ut aliquem hominem in ipsam domum hospicio suscipiat Quam libertatem
et exemptionem decernimus perpetuo duraturam Harum quibus sigillum nostrum etc.
Datum Cracovie feria quinta ante festum Gloriosissime Virginis Marie Na-
tivitatis Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri anno tercio
Presentibus eisdem ut supra

rs

Libertas a bello Iamedvski

Significamus tenore presentium quibus expedit universis Quia de certa scientia et voluntate
nostra Nobilem Iamedvski tenutarium nostrum Chelmensem ab expeditione bellica

Vnne instituta hac vice liberamus et absolvimus liberamus que et absolvi
mus presentibus Ea tamen condicione ut idem Jamiszowski quadam bellica ex
pedicione durante in Castro hereditario Uchanie Generosi Pauli Jassyen
si interesse suaque persona debet eius que defensioni intendere Quocirca vobis omnibus
et singulis dignitariis et officialibus Regni nostri quorum interest Committimus et
Mandamus quatenus prefatum Jamiszowski pro eadem bellica expe
dicione nullo modo impediatis neque impediri permittatis aliter non facturi pro gratia nostra
Harum quibus etc. Datum Cracovie feria Quinta ante festum Nativitatis Marie
Anno domini Millesimo quingentesimo sexto

Privilegium textorum Drzewicz

In nomine domini Amen Ad perpetuam Rei memoriam Regalem Maiestatis
fatis Longitate et gratia in fideles suos honesti presertim laboris cultores constat
impendi cum Leges et ordinaciones per quas non solum ad secundas prosperas que
res verum ad conservandum ad augendum bona humanitate decenter pro
vide Nos Alexander etc. Significamus etc. harum noticiam habituris Quod
attendentes fidem diligenciam et artis periciam providorum magistrorum et artificum
artis textorie pannorum In oppido nostro Regali Drzewicz consistentium quos in Laborandis
pannis et componendis Staminibus Inter Civitates et oppida alia Regni nostri habe
mus Commendatos Itaque cupientes ut tanto alacrius et devocius operibus Labori
bus que pannorum intendant ampliorem que mereantur commendacionem quo clariori ordi
ne auctoritate officio que dignitatis nostre Regie providente illos constet muniti ex
decrevimus Statuimus et ordinamus Artificibus et Magistris prefatis instantibus
Quod a modo et deinceps quodlibet Stamen pannorum In prefato oppido et per Magistros
eiusdem artificii seu fraternitatis textorie in Drzewicz Laboratum continere debeat ad
minus Triginta vlnas dimensionis seu longitudinis posnaniensis et ut ipsi artifices
et Magistri Drzewicenses Stamina eadem labore suo pro honestate artificum et artificii
ubi fieri absque falsitatis suspicione que in talibus vitari convenit libere
vendant eisdem dedimus admittendum et admittimus Quatenus prefata
pannorum seu Laboris Stamina vendicioni publice exponenda certo Sigillo et Signo
plumbeo quod magistri Seniores artificii illius habendum duxerimus duxerint
Signabunt et Sigillabunt Statuentes quod dum aliquando Stamen pannorum
in eorum oppido Drzewicz Laboratum vendicioni expositum publice invenietur
prefatam Triginta Vlnarum quantitatem et Signum artificii non continens Illud
velut falsificatum decrevimus in omnes casus auferendum fisco inferendum nostro
Regio decreto donacioni et Constitucioni presentes perpetuo valituras Limitamus
mandantes In Cuius Rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum etc.
Datum Cracovie feria quinta ante festum Nativitatis Marie Anno domini Millesimo
quingentesimo sexto Regni nostri anno tercio Presentibus ac fuere
ibidem Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus dominis Andrea Rosa
archiepiscopo Gneznensi et primate Joanne Cardinali et Erasmo Ploczensi Episcopis Cancellario
ac Magnificis Venerabilibus et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracoviensi

Nicolao de Chamiecz Sandomiriensi, Petro Myszkowsky de Mirow Lanciciensi, Nicolao de Kamyenyecz Lublinensi palatinis, Nicolao de Kamyenyecz Castellano Sandomiriensi et Capitaneo Cracoviensi generali, Joanne de Lasko Cancellario, Jacobo de Szydlowyecz Thezaurario, Mathia de Drzewycza Vicecancellario Regni nostri, Jacobo de Szyklinka Wyznyciensi et Capitaneo Bydgostiensi, Joanne de Tharnow Marsalko Curie nostre et Sandomiriensi ac Ploczensi Capitaneo, aliisque quam pluribus Consiliariis et Curiensibus nostris ad premissa testibus Sinceris et fidelibus dilectis. Dat. per Manus prefati Venerabilis Joannis de Lasko Regni nostri Cancellarii Sincere nobis dilecti

Traslacio fori annalis in Crosno

In nomine domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Conveniunt Principum auctoritati, ut eorum nomas, ut eadem etiam vetustas consuetudinis atque decreta pro temporum necessitate et condicionibus locorum permutata meliores et
xlj quietum observandum per subditos suos instituerit, id et Regii et sigillis eorum
munita autentice decernit perennis firmitatis vires robur. Proinde Nos Alexander et Sigismundus et cetera significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris presentium notitiam habituris. Quod licet nundi-
nas seu forum annale de divorum olim Antecessorum nostrorum Regum Polonie pro
festo Sancte Trinitatis singulis annis agendum in oppido nostro Crosno in terra Sandomiriensi
sitis fuerant instituta seu instituendum, tamen quia hac tempestate illud oppidum
per nundinas predicti temporis propter frequentem eius mutacionem que solet
fieri ex maxima caritate tunc nimium ardor solis estivante plus incommodi
daret quam incrementa utilitatis suscipere, Nos propterea ad peticiones oppida-
norum et Consulatus oppidi illius volentes sibi condicionem suam meliorem facere, nun-
dinas pro festo Sancte Trinitatis in Crosno per antecessores Reges Polonie institu-
tas actenus per subditos nostros inde quamque illuc confluentes hucusque et celebra-
tas hactenus solitas eadem auctoritate annullamus, tollimus et deponimus, aliud forum
annale pro dominica Conductus pasce in qua Quasimodo solet decantari. Quasi-
modo geniti loco illius fori pro supradicto festo Sancte Trinitatis celebrari soliti
deinde singulis annis inducendum constituendum instituendum et imponendum duximus, uti
vero quam instituimus et imponimus tenore presencium mediante in perpetuum absque
tamen preiudicio Civitatum et Oppidorum aliorum nostrorum in terra predicta consistencium
per mercatores negociatores venditores quoque emptores quosque venientes tenendum et habendum,
dantes et concedentes omnibus et singulis eisdem mercatoribus negociatoribus institoribus
vectoribus aliisque omnibus et singulis cuiuscumque status gradus et condicionis homini-
bus more aliorum oppidorum regni nostri facultatem libertatem undecumque ad oppidum
predictum pro tempore fori predicti mercature quod gratia venientium in eodem oppido diebus
fori eiusdem res et merces cuiuscumque generis et maneriei fuerint exponendi,
vendendi, emendi, negociandi res pro rebus commutandi et cambiendi alia que mercature
negociacionis genera libere exercendi, nisi illis sint quos in rato iure aut iure et quibus
mercato consuetudine forenses debebantur. Que premissa omnia perpetui et firmi
roboris esse decrevimus tenore presencium mediante. In cuius rei fidem et Cetera. Datum Cracovie feria quinta
ante festum Nativitatis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo nono, Regni nostri
anno tercio presentibus ut supra

Libertacio a theloneo triennali oppidi Crosno

Alexander etc. Significamus etc. Quia intelligentes Oppidum nostrum Crosno post incineracionem eius superiori tempore et voraginem ignis factam adhuc propter eciam ad priorem fortunam suam venisse condicionem Ideo volentes oppidanis eiusdem oppidi in ea re opem ferre Quemadmodum eosdem Crosnenses Oppidanos ab omnibus et singulis daciis solucionibus exactionibus et contribucionibus post felicem Coronacionem nostram liberavimus exemimus et immunes fecimus Sic in superiorem eosdem universos predicti oppidi Crosno incolas a solucione thelonei nostri triennalis in Conventione Piotrkoviensi novissime per nos pro necessitate Reipublice instituti per et infra Regnum nostrum liberandos et eximendos duximus ac de speciali favore et gracia Regiis nostris liberavimus eximimus presentibus Quocirca Vobis universis et singulis huiusmodi nostri theolonei triennio duraturi exactoribus nostris ubilibet in Regno nostro constitutis libertatem et exempcionem nostram intimantes Mandamus quatinus aliquem eorum a nullo incolarum Crosnensium hoc nunc idem thelonium exigatis seu eosdem incolas quovis modo occasione eiusdem thelonii inquietare et molestare audeat sed illos in huiusmodi libertate nostra conservent tamdiu quamdiu hec ipsa videlicet triennalia durabunt theolonia. Harum quibus etc. Dat. Crac. feria sexta ante festum Nativitatis gloriosissime virginis marie Anno domini Millesimoquingentesimo quarto

Quittacio Srzemen[sium] a Stacionibus

Alexander etc. Significamus etc. Quia licet oppidanos nostros Srzemenses tenente Generoso Stanislao Lassoczki Succamerario Poznaniensi pluribus annis preteritis nobis et antecessoribus nostris Staciones singulis annis per quinquaginta marcas pecunie monete et numeri polonicalis solui consuetas compererimus non soluisse nec pro eis satisfecisse. Ad quam intelleximus Illud ipsum Oppidum Srzem per exactiones Civiles nostras et Reipublice frequentes adeo quod in tota civilia deserta et ad condicionem paupertatis devenire. Ideo pro omnibus Stacionibus per eosdem incolas Srzemenses nobis et predecessoribus nostris non solutis annis quibuscumque preteritis duntaxat exceptis Centum florenos hungaricales. Reliquam vero summam earundem Stacionum per ipsos quorumque retentam Indulsimus etc. De qua nos quittamus presentibus Insuper volentes cum eisdem oppidanis nostris Srzemenses aliquam graciam facere ut facilius et citius priori fortune assequantur condicionem, Staciones huiusmodi moderandas decrevimus et moderamus presentibus tali sub condicione, Quod ipsi hinc usque ad decennium viginti marcas dumtaxat et dimittimus dictas eis de eisdem viginti marcis quittet presentibus. decernentes quod tam nobis quam Successoribus nostris Regibus polonie idem ipsi

Oppidani in Srzenica per triginta marcas pecuniarum singulis decem annis immediate se sequentibus pro ipsis stacionibus dabunt erunt atque tribuentur. Elapso vero decennio erunt obnoxii nobis et successoribus nostris ad dandas et solvendas stationes ex integro harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Crac(ovie) feria quinta ante festum Nativitatis gloriosissime virginis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni vero nostri tercio

Forum annale in oppido novo in terra Costinensi

Ex

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cetus Concessiones et decreta quamvis in tempore gesta facile una cum ipso preterirent tempore si non testibus fidedignis et sigillis autenticis commendentur. Proinde Nos Alexander dei gracia etc. Significamus etc. Quod licet per Serenissimum dive memorie Kazimirum Regem Polonie genitorem nostrum Charissimum in oppido novo circa Cuthno in terra Costinensi sitto unum forum singulis annis feria secunda in festo Pentecostes septimanale vero feria quinta qualibet septimana ad peticionem Magnifici olim Nicolai de Cuthno palatini Lanciciensis maioris Polonie et Costinensis Capitanei fuerunt instituta predicta temporibus in ibidem teneri et haberi consweverunt. Tamen permoti peticionibus Generose Anne Castellane Costinensis et Andree de eadem Cuthno heredum pro meliori condicione eiusdem oppidi novi Alterum Annale forum pro festo Sancti Francisci singulis annis in ipso oppido instituendum et effectum Privilegii eiusdem olim Patris nostri Regie Maiestatis super foro feria secunda ante pentecostes festum descripto celebrandum et perpetuis temporibus tenendum instituendum duximus et instituimus presentibus absque tamen preiudicio Civitatum et oppidorum aliorum nostrorum in terra predicta Costinensi dantes concedentes quibuslibet Mercatoribus Negotiatoribus Vectoribus Aliisque omnibus et singulis cuiuscunque Status Sexus et condicionis hominibus undecunque venientibus more aliorum oppidorum Regni nostri facultatem et Libertatem ad predictum oppidum pro ipso foro annali mercatum atque gratia veniendi in eodem oppido diebus fori eiusdem Annalis festi eiusdem Sancti Francisci res et merces cuiuscunque generis et manierii fuerint exponendi vendendi emendi negociandi res pro rebus commutandi et Cambiendi. Alia quoque mercatura et negociacionis genera exercendi libere nisi talia sunt quorum usus non tenentur et quibus merito consortia fidedignorum denegantur. Preterea quemadmodum prefata Anna sola dominabatur pro se et usu suo foralia in oppido predicto diebus fororum Annalium et septimanalium predictorum antiquitus hactenus exigebat. Tamen postquam occasione huiusmodi foralium inter ipsos heredes controversia certa suscitata orta ad nos quoque devoluta extitit nos cum consiliariis nostris Auditis hinc inde utriusque partis propositis et responsis controversiam eiusmodi sic diffinimus et sententiavimus, diffinimus quod foralia predicta in ipso oppido novo temporibus nundinarum suprascriptorum fororum exigenda quoque per ipsos Andream quoque Annam suprascriptos et successores utriusque eorum equaliter exigi et percipi debeant. Quod decretum nostrum utraque pars approbavit et ratum habuit. Nos ~~quoque~~ quoque decrevimus illud esse firmissimum omnia perpetua et firmi roboris esse tenore presencium mediante. In cuius rei etc. Actum Lancicie in vigilia visitacionis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni vero tercio. Presentibus etc. super

Comutatio bonoru[m] inter No biles Eberzwuth et Joannem Swyetkowski

Zathin

In Nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Sublimis principis auctoritate
approbatum existit Ut quicquid pro subditorum iustitia vel ab ipso constituitur
vel antiquioribus concessis eiusdem Regia Benignitate in partem corrobora-
tionis tribuit id perhennitatis apicibus traditum debet commendari Quapropter
Nos Alexander rex significamus etc Quomodo comparentes personaliter co-
ram nobis Nobiles Jacobus Eberzwuth heres de Pogorzalystham et Joan-
nes de Swyetzkow tenutarius de Koprzywe publice recognoverunt quia
inter se bonorum suorum suorum hereditariorum perpetuam fecerunt commutationem
dantes sibi bona pro bonis terram pro terra videlicet quia Jacobus Eberzwuth
dedit sua bona hereditaria villam Pogorzalystham et ad villas ad eam spectan-
tibus et in oppido Pyaszek in terra Lublinensi consistentem ac advocatiam suam
hereditariam in villa Regali Planka in terra Chelmensi ymmo tertiam partem
medie alterius ville Dambrowa et Zawada in terra Sandomiriensi Nichil pro
se in eisdem bonis hereditariis nec pro suis legittimis successoribus penitus reservans
pro bonis hereditariis prefati Joannis de Swyetzkow pro advocatia heredita-
ria in Zulyn in terra Chelmensi Cui quidem Joannes addidit prefato Jaco-
bo Eberzwuth sexingentas marcas monete et numeri polonicalis currentis in
qualibet marcam quadraginta octo grossos computando Et ad eorum prout
eorum et eorum prout eorum dant et dederunt sibi mutuo intromissionem in pre-
fata bona Joannem Borz ministerialem nostrum terrestrem Lublinensem de nostra
auctoritate Regali additum Que bona prefati Jacobus et Joannes ipsorum
que successores sui mutuo commutata tenebunt habebunt utifruentur et
possidebunt iure proprietatis perpetua vendendi commutandi resignandi alienandi
et in usus beneplacitos convertendi tamen quo ad ista bona nostro et suc-
cessorum nostrorum consensu ac voluntate adhibita prout ipsis videbitur
utilius convertendi Ac cum omnibus agris campis pratis silvis borre
indaginibus rubetis venationibus aucupiis dariis angeriis domibus areis
areis ortis kmethonibus tabernis ortulanis aquis Koppis fluminibus fluviis
torrentibus et eorum decursibus paludibus pascuis piscinis piscaturis pisci-
nis molendinis et eorum emolumentis censibus laboribus usibus fructibus
proventibus et generaliter cum omnibus et singulis quovis lib[et] quolibet nomine
ad prefatas villas spectantibus et obvenientibus universis Et ita longe late et
circumferentialiter prout prefate ville et advocatie bona hereditaria data
et commutata in suis granicibus sunt distincta et limitata Et ita prout soli
tenuerunt habuerunt et possidebant Et debent se tueri et intercedere mu-
tuo equaliter persona utriusque prout ad quamlibet personam spectat
et pertinet prescripcio iuxta iuris seriem et terre consuetudinem Quam
commutationem sic coram nobis factam approbavimus ratificavimus ac

Approbamus et Ratificamus tenore presentium mediante ipsam Robur firmitatis
habere decernentes In Cuius Rei testimonium etc. Actum Cracovie feria sexta in Crastino
festi Nativitatis Marie Anno domini Millesimoquingentesimo quarto Regni nostri anno
tercio Presentibus ut supra

Confirmacio Lrarum Olstinck

In nomine domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam Maiestas Regia quicquid
vel denuo concedit vel iam dudum concessum renovat et ad posterorum deducendo memoriam
Literis et sigillis autenticis testibusque fidedignis perhennare consuevit Proinde nos
Alexander etc. Significamus etc. Quia constituti coram nobis personaliter providi Op
pidani de Olsthynyk Olsthynek fideles dilecti Exhibuerunt literas infrascriptas petentes
eas per nos confirmari Quarum tenor sequitur In nomine domini Amen ad perpe
tuam Rei memoriam Omnis humani generis actio nisi industria cuius firmata fue
rit et sustentata facile prolabitur et in memoria excidit Expedit igitur ut ste
memorie mandentur quatinus in eo robore quo decet perhennis permaneant Proinde
Nos Kazimirus dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia nostri id
nobis sit semper in prospectu ut tempore felicis nostri Regiminis Regni nostri omni aug
mentum videamus et eas que melius fieri posset gubernaremus Vobis fatendum
ut sub Castro nostro Olstyn in terra Culmensi et districtu Lobouiensi situm et Constitutum
Oppidum quod Olsthynyk in perpetuum vocari debet Erigimus et fundamus Iam
per presentibus has nostras in Effectum Erigimus et fundavimus Centum et quadraginta
mansos pro huiusmodi erectione illi annectentes Ex quibus quidem Centum et quadra
ginta mansis quatuor pro advocacia liberos et exemptos esse volumus quos
Generoso Paulo de Szczekoczyn predicti Castri nostri tenutario habendos ad feminas
eius ad superstites damus perpetuo suaque posteritati legitime tenendum Damus
etiam ipsi advocato nostro de Balneo censum prout est in aliis Civitatibus
et Oppidis Item damus eidem ei sextum denarium de Censu Civili et tercium de penis
Item volentes nostre et progenitorum nostrorum saluti consulere pro erectione Ecclesie in pre
dicto Oppido Olsthynyk Excipimus etiam ex predictis Centum et quadraginta mansis
duos laneos quos ab omni iure prorsus liberos esse volumus predicte Ecclesie illos
perpetuo annectentes Ius vero Theutonicum quod alias Maydburgense dicitur illi ut
est in suis limitibus aut erit undequaque parcium ab aliis distinctum conferimus
de iure polonico et quovis alio quod sibi impedimento fieri posset illud eximi
mus et liberamus absolvimus insuper et liberamus omnes et singulos eiusdem
Oppidi incolas ab omni iurisdictione omnium Regni nostri Palatinorum Castellanorum Capitaneorum
Iudicum et Subiudicum aliorumque dignitariorum et ministerialium eorum Ita quod ad instan
ciam quarumlibet personarum pro causis tam magnis quam parvis puta furti homicidij
incendij membrorum mutilacione et aliis quibuslibet excessibus enormibus et delicti
citati coram ipsis aut ipsorum aliquo respondere aut comparere non tenebuntur
neque proinde in aliquibus penis succumbent Nec propterea ministeriales contra
ipsos penam Pronthadzieszczya extendent Sed ipsi incole eiusdem oppidi dumtaxat
coram Advocato suo pro tempore existente pro omnibus causis Advocatus vero

Coram nobis aut Officiali nostro pro tempore existente Iure Theutonico predicto
respondere debebunt In Causis autem Criminalibus et Ciuilibus Aduocato prefato
Sententiandi diffiniendi Corrigendi puniendi damus omnimodam potestatem ac facultatem prout
hoc ipsum ius Theutonicum in omnibus suis articulis et condicionibus requirit et expo
scit Item Volentes preterea ut eiusdem Oppidi sit melior condicio Indiximus et insti
tuimus ibidem singulis ferijs tercijs septimanale forum Concedendo omnibus et singulis Cuius
cumque status et Condicionis hominibus illuc pro dictis diebus fori conueniendi merces
suas Vendendi et res pro rebus commutandi facultatem Nisi sint illis quos iura pro
hibetur et quibus consortia fidedignorum merito denegantur Et Vt tanto celerius
eiusmodi Oppidum Ostrzyczek locari possit absoluimus et Libertamus omnes incolas
ab omnibus censibus redditibus prouentibus Stacionibus podwodis et Contribucio
nibus Vniuersis laudatis et postea laudandis ad Viginti quatuor annorum decur
sum Post decursum vero Viginti quatuor Annorum censum et alios prouentus more
aliorum Ciuitatum et oppidorum nostrorum nobis et nostris successoribus soluere tenebuntur
Pro tanto tibi Generoso Paulo de Szczekocyn supradicto Castri et oppidi predicti
tenutario et alijs pro tempore existentibus tenutarijs nostris Committimus et mandamus
quatenus iuxta presentis priuilegij nostri concessionem illos ab huiusmodi censibus et alijs pro
uentibus expressis usque ad predictorum Viginti quatuor annorum decursum liberos
conserues et conseruari debeas curesque In Cuius Rei et Rerum Robur eorum et
testimonium perpetuorum eiusdem Priuilegium Sigilli nostri appensione iussimus commu
niri Actum in Conuencione generali Pyotrkowiensi feria quarta proxima ante festum
omnium Sanctorum Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo presen
tibus Reuerendis patribus dominis petro Wladislauiensi et Vriele Pozna
niensi Episcopis Necnon Magnificis Venerabilibus et Generosis Iacobo de Dam
bno Castellano et Capitaneo Cracouiensi Mathia de Bnyn Poznaniensi Spithkone de Jaroslaw
Sandomiriensi Joanne Swydwa de Schamotuli Calisiensi Nicolao de Crethkow Lan
ciciensi et terrarum Maioris polonie Capitaneo palatinis Joanne de Ostrorog Pozna
niensi Raphaele de Jaroslaw Sandomiriensi et Regni nostri Marsalko Andrea
de Schamotuli Calisiensi Nicolao de Curozwanky Siradiensi Castellanis Cresslao
de Curozwanky Cancellario Gregorio de Lubrancz Vicecancellario Petro de Cu
rozwanky thezaurario Regni polonie Et alijs pluribus fidedignis testibus
Consiliarijs nostris Datum per manus Venerabilis Gregorij de Lubrancz Vicecancel
larij prepositi Wladislauiensis et Sancti Floriani in Cleparz Regni polonie
Vicecancellarij Relatio eiusdem Venerabilis Gregorij de Lubrancz Regni polonie Vicecan
cellarij Gregorius Vicecancellarius subscripsit Nos itaque premissas litteras
considerantes esse iustas eas in omnibus punctis clausulis et articulis approbandas
et confirmandas duximus approbamus quoque et confirmamus decernentes eas Robur per
petue firmitatis obtinere tenore presentium mediante In Cuius rei etc. Datum Cracouie in
Vigilia Natiuitatis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri
Anno tercio Presentibus Reuerendissimis ac Reuerendis in Christo patribus
Andrea Archiepiscopo Gneznensi et primate Joanne Cracouiensi et Erasmo
ploczensi Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis Venerabilibus et Generosis
Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracouiensi Joanne de Tarnow Sandomiriensi
petro Myskowsky Lanciciensi Nicolao de Curozwanky Lublinensi Palatinis Nico
lao de Camyenyecz Sandomiriensi et Capitaneo Cracouiensi Jacobo de Szydlowyecz
Woyniczensi Castellanis et Capitaneo Bresensi Joanne de Lasko Cancellario

Jacobo de Szydlowyecz Thezaurario et Mathia de Drzewycza Vicecancellario Regni nostri ac Joanne de Thanczyn Curie nostre Marsalko et Sandomiriensi ac plo-censi Capit. Cracoviensi consiliariis et Curiensibus nostris sinceris et fidelibus dilectis
Dat. per manus Venerabilis Joannis de Lasko Regni polonie et Electi Gneznensis Cancellarij sincere nobis dilecti

Libertas a Curru Bellico Opato wyecz

Alexander etc. Significamus etc. Quia intelligentes oppidi Opatowyecz Venerabilis et Religiosi Joannis Abbatis heredit. Cisterciensium Opidanorum et nos [illegible] illud inhabitantium depauperationem ipsos ab expeditione currus bellici in presentiarum nobis ad expeditionem bellicam preparari futuram per eos dandi et expediendi absolvimus et liberavimus absolvimus que et liberamus tenore presentium mediante quo eos quittamus presentibus harum etc. Datum Cracovie feria quarta proxima post festum Nativitatis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo sexto

Arendatio thelonceorum triennalis Judeis Moyses et Jacob germanorum

Alexander dei gratia etc. Significamus etc. Quia considerantes industriam peritiam et in rebus agendis sufficientiam Judeorum Moyszeß et Jacob germanorum de Lunicia ipsis thelonea nostra nova triennalia in Conventione generali Petricoviensi proxime preterita decreta in terra Lanciciensi ac in locis theloneorum consuetis inferius expressis Clodawa Colo Clegodo Coriyn Slesziyn Bresziye Radzyeyow Inowladz Gostynyn et Rawa necnon theloneum in Sochagow per olim Serenissimum Principem dominum Joannem Albertum Regem polonie germanum et predecessorem nostrum charissimum instituta et ipsis Judeis per olim Alexandrum Alanum fraternum Regem arendatum cum omnibus eorundem theloneorum utilitatibus pertinentiis obventionibus libertatibus Juribus modis et consuetudinibus universis ad tres annos immediate sese sequentes a data presentium computandorum decursu pro duobus Millibus et quingentis florenis Ungaricalibus in moneta vala et una [illegible] cum tribus arcubus pro duobus lapidibus ceri boni et decem lapidibus piperis in manus consumatorum arendavimus et vendidimus arendamus que et vendimus tenore presentium mediante per ipsos Moyszeß et Jacobum thelonatores nostros thelonea nostra triennalia prefata iuxta universales leges nostras super eo temporibus datas et sub modis quibus et decreta Schotrhagowieciensium vero predicta per prefatum dominum olim Joannem Albertum regem instituta tenenda habenda et ab omnibus mercatoribus et vectoribus qui ex Russia Lithvania Mazovia et Moskovia versus Poznaniam Gneznam et Wratislaviam omissa Civitate Lublinensi proficiscuntur eo modo et ordine quo vigore arende fraterne olim M.tis Regie a rebus et mercibus in nundinis Lublinensibus pro festo Simonis et Jude theloneum exigi consuetum est tollenda levanda et percipienda dantes ipsis presentibus omnimodam et plenariam potestatem et facultatem Res merces bona et quecunque alia bona thelonea subterfugientia aut alia per loca insolita et vias [illegible] inflicta et obligata contra consuetudinem antiquitus servatam et alias publicas stratas pertinentia arestandi et recipiendi Quorum sic receptorum alias przemythy dicti Judei thelonatores nostri medietatem pro se [illegible] et fisco nostro Regio reddent et assignabunt Thamen

vero medietatem pro se et suis pro tollent et recipient Que quidem duo Millia et
quingentos florenos duos Lapides Cere et decem Lapides piperis prefati Judei
Moyses et Jacob theloniatores nostri nobis et ordine infrascripto sunt soluturi
pro festo Penthecostes nunc futuro Quingentos flor. Lapidem Cere et duos La
pides piperis pro festo sancti Michaelis tunc sequenti Quadringentos flore
nos et duos Lapides piperis Item pro alio festo Penthecostes tunc immediate sequenti
Quadringentos florenos Lapidem Cere et duos lapides piperis Item pro festo sancti
Michaelis immediate sequenti Quadraginta florenos et duos Lapides piperis
pro tercio vero festo Penthecostes Quadringentos florenos et unum Lapidem pipe
ris et pro festo sancti Michaelis ultimos quadraginta florenos et unum lapidem
piperis de quibus nobis necessarie et ad fiscum Curie nostre dari contribuentur Quo
circa vobis palatinis Castellanis Capitaneis terrarum burgrabiis prefectis
dignitariis et Officialibus et quibuscunque subditis nostris presentibus requirendis mandamus
Quatenus prefatos Judeos theloniatores nostros circa dicta thelonia iuxta con
tractum presentem exigendi nostri ac libertates et consuetudines in exigendis dictis thelo
niis servari solitas plene conservando ipsis et eorum familiaribus ad requisicionem
eorum in assistendis et recuperandis rebus mercibus et bonis theloneum ipsum tangentibus
denique quocienscunque opus fuerit consilia et auxilia oportuna prebeatis sine
omni contradiccione et negligencia et aliud facere non ausuri pro gracia nostra Harum
quibus etc. Datum Cracovie Sabbato infra Octavas Nativitatis Marie Anno
domini Millesimoquingentesimo quarto Regni nostri anno tercio

Recognicio Thworolski

Alexander etc. Significamus etc. Quia Nobilibus Joanni et Petro thworowskij ger
manis Curie nostre pro servicijs nobis impensis post Regem quam in eis tenebamus
in capite per dominum Erasmum Episcopum Plocensem tunc vero prepositum Vilnensem et Se
cretarium nostrum debere fatebat Septingentos quindecim florenos post Regem vero
in presenciam per Generosum Joannem Kapsthynski de Thangiza Curie nostre Mar
salcum Sandomiriensem et Plocensem Capitaneum in eis tunc factum trecentos et
Octoginta florenos debemus et solvere tenemur Harum etc. Datum Cracovie feria
quinta infra Octavas Nativitatis Marie Anno domini Millesimoquingentesimo quarto

Aprobacio decreti vicariorum Leopolensium

Alexander etc. Significamus etc. Quia ad vota Reverendissimi patris domini Andree ar
chiepiscopi Condam Leopoliensis Nunc vero Gneznensis et primatis Sincere nobis dilecti de
cretum in Causa et Controversia inter vicarios Ecclesie Metropolitane Leopoliensis ex
una et Mansionarios Ecclesie sancte Katherine in Castello Leopoliensi partibus ab al
tera racione trecentorum florenorum hungaricalium in auro per famosum olim Nico
laum Cuthkra Civem Leopoliensem testamentaliter legatos certa per eundem dominum ar
chiepiscopum Gneznensem tunc vero Leopoliensem prelatum aprobavimus et confirmavi
mus ratum et gratum habendo Approbamus et confirmamus decernendo illud perpe
tuo valiturum sicut descripto per eundem dominum Archiepiscopum facta continent Harum
quibus etc. Anno domini Millesimoquingentesimo quarto

xlj

Domus lapidea Petri Striczek Ciuis Leopolien. donacio pro predicatore Ecclesie Metropolitane ibidem

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei Memoriam. Ea que geruntur sub tem-
pore ut perhennis memorie durabilitatem obtineant confirmari merentur Literarum mu-
nimine et fidedignorum annotacione testium perhennari. Proinde Nos Alexander
dei gracia Rex polonie etc. Significamus etc. Quia intelligentes domum lapideam
per famosum olim Petrum Striczek Consulem in posteriori alterius domus
eiusdem Striczek inter domos famosi Michaelis Czipzer parte ex utraque e
opposito Ecclesie Metropolitane in Ciuitate nostra Leopoliensi sitam pro predicatore
dicte Ecclesie Maioris Leopoliensis testamentaliter legatam esse, ipsam ad vota Reuerendissimi
in Christo patris domini Andree Rosa Archiepiscopi Gneznensis et primatis ~~quondam~~ condam
~~Lam~~ vero Leopoliensis ac de speciali pietate et benignitate nostra eidem Ecclesie Leo-
poliensi incorporandam donandam vniendam et inscribendam admisimus presentibus quoque
admittimus donacionem et legacionem super eadem domo consensu nostro habito
non factam approbamus et ratificamus prout consentimus approbamus et ratifi-
camus presentibus nostrumque regium consensum damus et prebemus, Volentes
insuper libertati et quietudini predicatoris prefati pro tempore existentis
quemadmodum Ecclesie illius prospicere, domum ipsam ab omnibus dacijs censibus
exactionibus et Contribucionibus quibuscunque nomine nuncupatis et nuncupandis pro
nostra et reipublice necessitate institutis et instituendis Laudatis et Laudandis
et quibuslibet oneribus secularibus eximendam et liberandam duximus Ex-
imimus quoque et liberamus presentibus ac in eternum, Eam quoque ~~immunitati~~ immun-
itati et libertati ecclesiastice ascripsimus incorporauimus vniuimus et in-
scripsimus Ascribimus quoque incorporamus vnimus et inscribimus ac per eum ad
quem pertinet auctoritate Ecclesiastica ascribi incorporari vniri et inscribi
consentimus, decernentes eandem domum et aream eius eta longe late prout ex
antiquo sita habentur per dictum predicatorem Ecclesie Leopoliensis Metropoli-
tane pro tempore existentem possideri teneri et haberi iuxta vim donacionis
~~eta late longe~~ per ipsum olim Striczek testamentaliter facte tenore presencium mediante
in perpetuum. In Cuius rei etc. Datum Cracouie feria quinta infra octauas Na-
tiuitatis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Presentibus ut supra

Lx

Nobilitacio venerabilis Nicolai Czepel Poznanien. prepositi Wratislauien.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Constat diuina imperiali
quoque lege viros vel sanguinis vel strenuitatis meritis quos illustrat quoque humili in
sublimes atque Nobiles sepenumero auiti familias super eaque priuilegia solere annumerari
Regia ut quemadmodum quorum virtus attollit merent cognomen Nobilitatis Celsitudo boni ac
virtutis imitandi consilium prebeat in futurum Propterea Nos Alexander etc.
Significamus etc. Quia cum in nostre Maiestatis conspectu constituti
Venerabilis et Generosus Ioannes Regni nostri Et Ecclesie Gneznensis Cancellarius
ac Ieroslaus Tribunus Siradiensis de Lasko germani suo et fratrum vniuersorum

ro familie domestice Corabitarum nominibus perpendentes eximias preclaras que vir-
tutes ~~Magnifici~~ venerabilis ~~et Generosi Joannis Regni nostri et Vicecancellarii Can-~~
~~cellarii ac Jaroslao Tribunus Cracoviensis~~ et Egregii Nicolai Czepel de Pozna-
nia decretorum doctoris prepositi Wratislaviensis ac Gneznensis et Cracoviensis Cano-
nici Secretariorum nostrorum qui virtute et in primis bone spei divinarum humanarum-
que scienciarum que eciam prestantissimorum consiliorum suorum respectu nobis quoque
singulariter et multum commendatus est, eum in suam et tocius ingenue ipsorum
Corabitarum familie fratrem adoptarent nobis supplicarunt et supplicacionem eorum approba-
ta eum ipsum Nicolaum Nobilem eorum familie creaverimus. Quapropter Nos fra-
terne adoptacionis huiusmodi ex vetustissimis moribus Juris que legibus constitutis
Regie que auctoritatis a qua omnis prodit Nobilitas peculiare ac proprium esse eos qui
vel rebus strenue gestis vel singularum diviarum ac virtutum ornamento pollent
honore debito et prescriptim ad Nobilitatis ordinem attollere de certa sciencia et
auctoritate Regia nostra prefatum Nicolaum Czepel vel de ipsorum Corabitarum
familia benemeritorum nobis que pro ipsius virtutibus scienciis et aliis consti-
prestancia ingenue commendatum in Nobilem creamus ac eum familie predicte Cora-
bitarum federe fraternitatis perpetuo ascribimus ipsum que Nicolaum ceteris in orbe
terrarum Nobilibus status utriusque spiritualibus et secularibus de Nobili stirpe pro-
creato que genitis ab eorum avis abavis et atavis per lineam directam aut ex latere
et parente utroque descendentibus et preclaris presentibus et futuris assimilandum
parificandum et adequandum volumus ac decernimus quod eius condicio status et persona
par equa similis que sit inter omnes eas que respective computentur in titulo vere
Nobilitatis. Propterea quoque sibi arma familie eiusdem Corabitarum vulgari vero
Corab in Clipeo seu Campo rubeo Navim maximam auream deferens omnes pro-
ra puppi que prout hoc fieri solet in Maritimis Navigiis navium retinet Capita
Leonina exarata in Medio vero Navis malum seu robur gestantem. Velo vero
carenans eciam aurea prout in pictura hic videbitur
damus decernimus quod ipse Nicolaus ipsoque nostri Corab-
tarum proprio et Naturali in Sigillis anulis Cortinis veli-
tentoriis Sive papilionibus tabulis vexillis picturis et
reliquis ornamentis actibus que solemnioribus uti gaudere et
potiri eaque arma pingere et deferre debeat perpetuo. Eum pre-
terea velut adoptatum ascriptum que Corabitarum fratrem et
Nobilem per nos Creatum abilitamus et idoneum facimus ad omnes
dignitates et honores beneficia et officia spiritualia et secularia prout abilitas
et dignum fecit deponendo ab eo omnem plebei generis defectum natura et alia causa
contrariam qui Juri et Privilegio nobilium ac plebeis contraria forsan esset que eum
Quod quoque privilegium nostrum decernimus perpetuo valiturum tenore presentium mediante
In Cuius etc.

Nobilium Perotii et Joannis ~~fra~~ de administratione ~~dis~~ Drohobiczensi et aliis zuppis Quitacio cum arendatione Premisliensis zupparum in ipsum Joannem tantum

Alexander etc. Significamus etc. Quia superiori tempore dum nos facta ra-
tionis calculo et computo cum Nobili Perotio Thedaldo de Florencia de et super
arendis et zuppis aliquando in arenda aliquando vero fideli per olim Nobilem Ar-
nolphum Thedaldi de Florencia patrem suum in Wyeliczka et Bochnia ac Dro-
hobicz et Dolina ac theloneo Drohobicensi et item in zuppa Przemisliensi
dum ipse Arnolphus in humanis esset ac super zuppis Drohobicensi et thelo-
neo Grodecensi per ipsum Perotium post mortem patris possessis in rem possi-
Vniuersis et singulis in zuppis predictis Wyeliczensi Bochnensi Przemisliensi
Drohobicensi Dolinensi et theloneo Grodecensi per ipsum olim Arnolphum et
post mortem suam per dictum Perotium perceptis necnon distributis inclusis pro-
venientibus zupparum predictarum ac spiritualium et secularium personarum censibus
ac eum per nos utrosque tam Arnolphum quam Perotium circa zuppas predictas
expositis et quittanciis ac quitacionibus aliis quam positis ponendis et defalca-
tis defalcandis quibuscumque computetur tam ipso olim Arnolpho quam dicto Perotio
eius nepoti quod in directione et administracione omnium zupparum predictarum iste
prefuissent zuppas quam illas omnes et theloneum sic expediens erat guber-
narunt de illis quam omnibus incipiendo a diebus et temporibus quibus
predictas Cracovienses et Russie zuppas successive in arenda et ad fide-
les manus deregebantur usque ad tempus illud ultimum quo ipse olim Arnol-
phus hac vita excessit ipse quam Perotius zuppas illas Drohobicensem et
theloneo Grodecensi resignavit primum Serenissimis olim felicis memorie
et patruo et fratri nostro Maiestatibus regiis nobis tamen satisfecerunt sic in
primam secundam racionem cum Nobili Joanni Thedaldi de Florencia prefati
olim Arnolphi nepote et dicti Perotii germano qui post eum in zuppas
Przemisliensi et arendam earum successit de omnibus et singulis censibus et
provenientibus per eum perceptis quittanciis quam distributis aliis quibuscunque po-
nendis positis et defalcatis defalcandis computavimus eumque fuisse a tempo-
ribus predictis quibus in zuppas ipsas successit usque in hunc diem de omnibus
nobis satisfecit et propterea tam dictum olim Arnolphum quam eundem Perotium
et Joannem eius nepotes successores quam eorum de omnibus et singulis in zuppis sum-
ptis perceptis et distributis quittanciis tenore presencium mediante in perpetuum
et insuper fatemur quia ex eorum ipsa nunc nominamur quam cum ipso Joanne The-
daldi posita atque habita consuetudine cum eam summam quatuor Milium qua-
dringentorum florenorum hungaricalium per medium sexagena computatorum ob-
ligati de quibus quatuor Milibus et quadringentis florenis eundem Joannem
indemnem reddimus. Quoniam autem ipse Joannes Thedaldi pro sua fide industria
et sedulitate et nobis singulariter commendatus Itaque virtuti fidei et industrie sue co-
fidentes de certa sciencia et deliberacione nostra zuppas predictas Przemislienses cum
quam et singulis iuribus proventibus emolumentis condicionibus et consuetudinibus quibus
alteri qui zuppas ipsas aliquando in arenda condumperat aut fideli manu tenuit

In literis nostris scribantur et gaudebat ad Iohannem Thedaldi pro quatuor Milibus
quadringentis florenis hungaricalibus locavimus et arendavimus locamusque et
arendamus presentibus per ipsum Iohannem et suos successores tenendum habendum pos
sidendum et utifruendum sub his conditionibus quia primum prefatus Iohannes census
et proventus annuos diversis personis spiritualibus et secularibus ac pro
Ecclesiis et Castris tam in sale quam in pecuniis ex antiquo solvi consuetos com
arende predicte solvere et tradere quam debeat sed per alios zupparios premisslensium dari
et solvi consueverunt tamen vero ultra predictos census et proventus idem
Iohannes de predictis Zuppis Premisslensibus quam emolumentis annuatim
Mille quadringentos florenos hungaricales ad earundem extenuationem debiti sui
suprascripti quatuor Milium quadringentorum florenorum pro se percipiet et
tollet quousque summam Capitalem non extenuaverit aut eandem solucionem
residui debiti illius quod est non   In literis scribantur et gaudebunt ad
Iohannem Thedaldi pro Mille quadringentis florenis per medium locavimus
et arendavimus locamusque et arendamus presentibus per ipsum Iohannem et suos
successores tenendum habendum possidendum et utifruendum sub his conditionibus
quia primum ipse Iohannes census et proventus annuos diversis personis spiri
tualibus et secularibus ac pro Ecclesiis et Castris tam in Sale quam in pecuniis
ex antiquo solvi consuetos ad eandem arende suprascripte solvere et tradere quam debeat sic
ut per alios zupparios premisslensium dari et solvi consueverunt Residuum vero quod
cumque erit ultra predictos census et proventus de predictis Mille quadringentis
florenis ipse Iohannes pro se tollet et percipiet ad eandem extenuationem sui debiti sup
scripti Quatuor Milium quadringentorum florenorum Quod quidem Residuum
arende predicte Mille quadringentorum florenorum tamdiu percipiet ipse quamdiu
zupparum arendam tenendum durabit Quousque ipse Iohannes debitum illud suum
Quatuor Milium quadringentorum florenorum non extenuaverit aut a nobis solucionem
Residuitatis que ex eadem arenda restabit et excrescet non habuerit Extunc
a nobis aut soluto illo debito et ipso Iohanne de arenda quittato tunc zup
pe predicte omnesque earum emolumentorum et proventuum perceptio et ad nos
et successores nostros devolvetur pleno iure Ubi autem prefatum Iohannem zup
parum ex ipsis Zuppis ante extenuationem debiti suprascripti integram redi
mere voluerimus istud sibi debebimus sine mora et impedimentis pro
illi quam sal et robora pro structura facienda deposita iusto precio solvere
tenebimur que tamen neque nos nec successores nostri pro rationibus faciendis
extra terras polonie vocare debebimus et successores nostri debebunt Preterea
quandamque advocaciam in villa Nathanovice pro eiusdem zuppe commoditate
pecuniis nostris est exempta sibi nos illam zuppe et arende predicte includi
mus et annectimus cum omnibus advocacie predicte commoditatibus et utilitatibus
quemadmodum nos de novo dici soliti habendum et utifruendum usque ad finem
arende quo adveniente advocacia ipsa una cum zuppa predicta ad nos
et successores nostros devolvi debet Item eas conditiones inscribimus quia
ipse Iohannes auctoritate nostra Regia patrocinium pro meliori zuppe predicte condi
cione adhibitori sumus defendebimus quam et tuebimur eum et factores suos
ut zuppam ipsam famosiorem et pro utilitate nostra qua poterit meliori gubernabit
quodque in locis in quibus sal zuppe predicte sive navigando sive curribus
ducendo deponi consueverunt libertatem habeat sal zuppe predicte vendendi et pro
utilitate sale committendi non obstante exteris advenientibus salis prohibicione quod ad
terram Dobrinensem de prussia et aliunde aliquando inferri consueverunt quod

Nos eliminari et in damnum ipsius Joannis non permittere debebimus. Quod
si contingat unquam per quoscumque homines cuiuscumque status et conditionis existant
sal [illegible] fieri contra ipsum Joannem et successores suos voluntate rapi
vel auferri in eo casu vas quotlibet rapti ablati quod salis ipsi Joanni per unam
mensuram quam Polonicalem primariam exsolvimus aut ipse Joannes in zaronibus
seu aliquando faciendis damnum illud ad censum arende predicte computabit sic
ut quod nobis pro illo ipso damno indempnis esset non vero modis negociorum
actionis damnorum aliorum in eo ut illis recuperandorum quam sal illud recipere
auferre quod permiserit et si quod absit contingat terras illas Russie vastari
aut per quoscumque hostes occupari in eo casu nos successores quod nostri ex nunc habere
summus equum et iustum et deferre debebimus arbitrio et decisioni eorum quos ad
zarnum seu faciendam duxerimus deputandos ut quantum ipse Joannes et
successores sui ex illa aut alia incommoditate iacturam perpessus esset id
ipsi Joanni solutum essemus alias in arenda predicta ad rationem proventuum
nostrorum computabimus et si ipse Joannes aliquam meliorationem fieri cupiat
in zuppis predictis novam eam ipsi indulgemus faciendam absque tamen preiudicio
nostro et aliorum. Postremo ne precaria iudicia ipse Joannes zupparius noster
cum fratribus suis adversus personas quascumque trahatur sive quod in diversis
cancellis et conventibus impeditus rectius provisioni zupparum non possit et
intendere Nos ut alacrius et ferventius zuppam predictam eius quod [illegible] et suo
[illegible] procurentur et administrentur de certa scientia et deliberatione nostra ipsum
Joannem et fratres suos ab omnibus iudiciis terrestribus et castrensibus ab
omni quod iurisdictione et potestate omnium et singulorum palatinorum castellanorum
capitaneorum iudicum subiudicum ceterorumque dignitariorum et officialium nostrorum
et premendo ab omnibus expeditionibus bellicis ad quas ipse Joannes ratione
bonorum quorumcumque hereditariorum et regalium per ipsum nunc et in futurum
habitorum et habendorum iuxta iura regni nostri obligatus esset eximimus
et liberamus exemptionemque et libertatem tam iudiciariam quam bellicam predictas
[illegible] ad finem arende predicte prorogamus et inscribimus. Preterea pro
[illegible] et inscribimus terminus vero quo ipse Joannes post eam factam zuppas
in unum arende predicte tenebit incipit a festo Pentecosten preterito proxime
[illegible] et terminat ad aliud festum Pentecosten proxime futurum a quo
termino zuppas ipsas tenebit ordine suprascripto. Que omnia et singula premissa
promittimus nos quod et successores nostros inscribimus tenere et rata habere atque
firma in omnibus punctis et conditionibus suprascriptis harum quibus [illegible]
Datum Cracovie feria secunda proxima post festum Exaltationis sancte Crucis
Anno domini Millesimoquingentesimo quarto

Salvus conductus Erasmi Schebek

Alexander etc. Significamus etc. Quia de certa summa satisfaciendi conclusis
per nos et Illustrissimi Principis domini Joachim Marchionis Brandenburgensis
consiliarios in conventione proxime peracta pro quorundam subditorum dominiorum utri-
usque parte certa congregatos facto Erasmo Schembek prefati domini Marchio-
nis subdito nostrum regnum Poloniae salvumconductum prestitimus et securitatem ad
conventionem Mezyrzecensem pro festo Sancti Nicolai proxime venturo tenendam
veniendi. Eorum nostris et eius domini Joachim Marchionis consiliariis
ad eandem conventionem venturis comparendi, negocia sua tractandi et
disponendi, dispositis vel non dispositis ad propria redeundi cum rebus et persona
sua salvis duximus dandum et concedendum, damus et concedimus eundem teneri
et observari in verbo nostro promittimus tenore presentium mediante. Universis et
singulis dignitariis et officialibus et quibusvis subditis nostris, cuiuscunque sta-
tus et conditionis existentibus mandantes quatenus presentem nostrum salvum
conductum in omnibus punctis, conditionibus et articulis conservent inviolabiliter
et illese servent et non faciant pro gratia nostra. Datum etc. die Cunegundis feria
sexta infra octavas Nativitatis Mariae Anno domini millesimo quingentesimo quarto

Fideiussoria pro subditis per Erasmum Schembek deportatis :

Alexander Significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quia dum per
nos et Illustrissimi principis domini Joachim Marchionis Brandenburgensis consi-
liarios in conventione [illegible] proxime peracta pro tranquillo pacifico statu
nostrorum et subditorum tam regni nostri quam Marchionis prefati certa congregatos
concluderetur, quam Erasmus Schembek subditos nostros per eum deportatos dimi-
serit sub sponsione fidei obligatos. Nos vero pro illorum subditorum fide pro-
missa cum debeamus verbo nostro loco commisso illis [illegible] satisfacere
pollicemur. Quod prefati subditi nostri apud Erasmum relaxandi sponsionem fidei
satisfacerent ac pro die ac loco ipsis designandis comparebunt et se statuerent
capto si vel interim ab Germanis reciperentur ut per communem nostrorum et
domini Marchionis consiliariorum decretum in conventione Sancti Nicolai in Mezyr-
zecz proxime futura ab hac ipsa fidei sponsione fient liberati et absoluti.
Datum etc. die Cunegundis feria sexta infra octavas Nativitatis Mariae
Anno domini Millesimo quingentesimo quarto

Nobilitacio Mathie Cimerman Civis Gedanen :-

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Munificentia
et Clementia que Principum sunt virtutes tunc in Maiestate Regia relucere
videntur cum per eam in unoquoque fideli benemerita remuneratur. Rex
quidem ex omnibus procul dubio maxime virtutem parat neglecta cuius
premia plerumque publicum scientiarum ingenium opprimeretur itaque fuerit
institutum et velut regio dignissimum ut personis spectate fidei merito vir-
tutis industria et morum venustate ceterorumque rerum peritia precedit ceteri-
rum ingenium ac Nobilium prestat, decernat dignius quoque fastigiis gratia fa-
vore singulari et status clariori attollat, et quia omnis Nobilitas
ex virtute virorum insignium tamquam a parente quodam ad posteritatem ema-
naverit tantumque apud maiores nostros a quibus nos quoque degenerare
nolumus voluerunt fides virtus et meritum ut non solum eorum bene
meritorum probitas fuerit eis commendata verum etiam ob reverentiam vir-
tutis benemerentium ipsorum posteritas commissa, virtus et ingenuitas talium
ac probitate ipsorum tamquam ex fonte quodam scaturiens per privilegia perpe-
tua a vulgo semper et discreta fuerit et conservent ut equum est segregari
semper hacque ratione quod est ut Nobiles alios que sua nobilitate probitate
excellit quos regia maiestas ob splendorem virtutum et Nobiles decet et
nobilitatum ordinibus connumerat. Proinde Nos Alexander etc. Significamus
tenore presentium etc. Quia considerantes amplitudinem virtutum Egregiam famosam
spectatamque fidem et integram cum constantia Mathie Cinczeman Burgen-
sis et proconsulis Radomensis fidelis nostri dilecti quibus se plurimum
nobis et divis olim Maioribus Genitori et germanis predecessoribus nostris
regibus polonie commendatum exhibuit ostendit quoque exhibet nobis sed propter
petitionibus venerabilis et Generosi Ioannis Regni nostri et Curie Can-
[illegible] Cancellarii ac Iaroslai tribuni terre Siradiensis de Lasko germa-
norum suorum et fratrum universorum familie domestice Corabitarum nominibus
pro eo supplicantibus cum quoque Mathiam in eorum fratrum assumptionem acce-
ptantibus animum nostrum dignum putavimus ut et rebus adeo honestis annuam
reddamus et de virtutibus eiusdem Mathie apud omnes testimonium perhi-
beamus posteritati [illegible] gradum nostram preeminentem se in fidelitate ob-
sequio ceterisque virtutibus [illegible] augmentum habiturus sit ubi non ambigi-
mus sic splendor suis novus perpetuo refulgeat et in posteros usque deriventur
eundem itaque Mathiam Cunczeman auctoritate nostra Regia que in talibus
maxima est a nimis apud Nobilitates omnes iure Regni velut lenimus
et eadem a solo prodeunt nobilitatem clarissimam ex humili quoque conditione que
tamquam plebea esset levare et exigere instituimus Nobilitamus quoque nobilitate insi-
gnimus Nobilem creamus et ad gradum vere nobilitatis quoque Nobilium atto-
llimus eligimus et Levamus tenore presentium mediante omnibus cum in orbe
terrarum Nobilibus status utriusque spiritualibus et secularibus de Nobili
stirpe claro quoque genere ab eorum avis abavis et attavis per lineam directam
aut ex latere et utroque parente descendentibus et procreatis presentibus et futu-
ris assimilamus parificamus et adequamus volentes ac decernentes quod cuius conditionis
status et persone pari equa similisque sit inter omnes talis quoque computetur
in titulum vere Nobilitatis verum, omnium Nobilitatis virtutibus et armis

Decorari illustrari que consueverunt ut ad vite commendabilis fidem et testimo-
nium generis antecessorum famaque addicetur immortalitatem Mathiam ipsum cum q(ue)
sua posteritate universa a lumbis eius descendente ad arma seu insignie
Corab in regno nostro clare et fulgide domus seu familie Corabitarum
prefate Cancellario et tribuno Gerendinis de Zesko de ipsis armis existentibus
nos igitur assensum predictis precibus per eos sollicitantibus ad instantiam annu-
ctimus inscripsimus et ad familiam domus que unitatem adoptavimus as-
scribimus incorporamus et obstringimus Nobilitatem quoque perpetuo atque
fraternitate sempiterna sibi que et suis ipsius universis posteris hec ipsa arma
seu insignie familie eiusdem Corabitarum vulgari nostro Corab nuncupata
sive communi proclama Corab habet damus et
donavimus perpetuo Quodquidem in Clipeo seu
campo rubeo navim armatam auream deferet in
cuius prora ac puppi prout hec fuit navium in
Maritimis militiis more extructe Capita leonina
Coronata superstant / in medio vero navis ma-
lum seu arbor gestante veli loco crispans cum
Auream prout in pictura hac videbit decl-
inavimus / quod ipse Mathias Cinereman et omnis eius universa posteritas
eo ipso insigni Corab tamquam proprio et Naturali Cum quod quis persona vel
persona cuiuscunque status condicionis aut preeminentie existerit cum in
preliis [illegible] torneamentis sigillis anulis Cortinis velis tento-
riis Sanctis Papilionibus tabellis vexillis picturis reliquis que omnibus
ad usum Militarem spectantibus et in actu Nobilium omnibus tractandis
celebrandis et faciendis ferre uti gaudere ac potiri easdem que arma atque
insignie pinge deferre Heroldis et quibusque ministris imponi et ligare
poterit perpetuo volumus denique ut omnibus iuribus privilegiis liberta-
tatibus concessionibus favoribus gratiis ipse Mathias et sui successo-
res universi fruantur et gaudeant quibus ceteri Nobiles Regni nostri gaude-
debent ac consueverunt ad omnes honores et dignitates beneficia et
officia spiritualia et secularia eum et successores eius habilitantes dignos
que facimus habilitamus et reputamus deponentes et relegantes ab eo
et posteritate sua omnem notam omnem que servitutis plebeiorum que
cunque natura causa et necessitate contractam et initam que iuri condi-
cioni et privilegio nobilium ac huic nostre concessioni quovisque modo posset
potuisset detrahere et derogare penitus volumus et presenti privilegii vigore
decernimus omnes et singulos cuiuscunque status condicionis et eminentie
existerit homines qui in vituperium argumentum in famam contemptum
et lesuram huius nostre prefate Regie eiusdem Mathie Nobilitatem infama-
rent et detractionem impugnarent penis pro vituperiis et infamia no-
bilibus in regno nostro addicte nobilis et studiis ad quod se infamando
obtinuerint et ipsi lese solvere subiacere possitque se nostri presenti privilegio
quod ad omnem Nobilitatis probationem sufficere volumus sua probabit
Nobilitatem et docebit non obstantibus cum iuribus legibus consuetudinibus
vel quibuscunque decretis quibus in ampliorem favorem et cautionem eius
Mathie et posterorum suorum derogamus presentium per tenorem decernentes consti-
tutionem et omnem ordinationem premissam descriptam robur Valituram semper no-

tenore presencium mediante In cuius rei etc. Actum Cracovie feria quinta
post festum penthecostes proxima Anno domini Millesimo quingentesimo
quarto Regni vero nostri anno tercio Presentibus Reverendis in Christo patribus
dominis Vincencio Wladislaviensi Joanne Poznaniensi Luca War
miensi Erasmo Plocensi Episcopis Necnon Magnificis Venerabili et Generosis
Joanne de Tarnow Sandomiriensi Nicolao Kamiencz (?) de Lub
lin (?) Kalisiensi Ambrosio Pampowsky Siradiensi et Maioris Po
lonie Capitaneo generali Nicolao de Coscieliecz Brestensi Joanne de Dam
browka Chelmensi Nicolao de Wolkaw (?) pomeranie palatinis Jo
anne de Lasko Regni nostri Cancellario Joanne Rapstinski (?) de
Tanczin Curie nostre Marsalko Sandomiriensi et plocensi Capitaneo
Stanislao de Coscieliecz Juniorlatislaviensi (?) Nicolao Sprotz (?) de Cra
cow Cracoviensi et Petro Coisky (?) Naklensi Castellanis et aliis quam
pluribus Consiliariis et Curiensibus ac Baronibus nostris testibus fide
dignis ad premissa simul et fidelibus dilectis Datum per manus
eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko Regni nostri Cancellarii sincere
nobis dilecti

Confirmacio iurium terrarum Prussie

Ex

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Acta presentis temporis solent
deperire nisi scripture presidio et amminiculo testium ad memoriam futurorum fuerint
perennam fuerint roborata Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc.
attendentes singularem virtutem fidei et integritatem constanciam Prelatorum baro
num et Universitatis terrarum nostrarum Prussie incolarum quam in predecesso
res nostros reges polonie in nos quoque singularem habuerunt ac signanter post mortem
Serenissimi olim Johannis Alberti Regis polonie germani predecessoris et
fratris nostri ~~Charissimi~~ et post felicem Coronacionem nostram cum debita venera
cione habuerunt et exhibuerunt et presertim dum hiis in primordiis ut
fidelissimi et obedientes subditi nos in felici nostro hinc in terras nostras Prus
sie adventu honoratissime susceperunt fidelitatis quoque omagii et subie
ctionis Juramenta non minus libenter quam efficaciose prestiterunt Propter quod
nos tante eorum virtutis et fidei indicium memorabile ac perpetuum effe
perpetuam quoque munificenciam regiam erga Universos terrarum nostrarum Prus
sie incolas subditos nostros complecti volentes non per errorem aut impro
vide vel deliberate sed de certa sciencia et innata nobis virtute sanaque
et deliberacione regiis nostris omnia et singula privilegia Spiritualia et
secularia localia libertates prerogativas inscripciones donaciones im
munitates statuta ordinaciones et consuetudines in genere aut in specie
in publico aut in privato omnibus et singulis terris nostris prussie et earum
incolis Spiritualibus et secularibus Nobilibus et plebeis cuiuscumque status
fuerint et condicionis nunc et in futurum existentibus per nos aut

Serenissimos Illustrissimos que principes Reges Polonie et duces Regni Polonie predecessores nostros recolende haud preclare memorie dominos et heredes in diversis locis et conventibus, ac in Conventionibus et Conventionibus deliberata conclusa et concessa generalibus et specialibus privilegiis literis et inscriptionibus descripta ac munita alia sub quocumque privilegiorum literarum et inscriptionum genere ordine que conveniunt aut dici sive inscribi et [illegible] data concessa scripta ac ab aliis emanata prout sive ac quarum tenores articulos et effectus perinde esse ac vult volumus ac statuimus ut presentibus nostris exprimantur ac de verbo ad verbum inserta et inserta que essent in omnibus eorum capitulis que punctis conditionibus et articulis innovandum ratificandum roborandum approbandum gratificandum et presentium [illegible] Regie nostre perpetuo patrocinio confirmandum duximus ac innovamus ratificamus roboramus approbamus gratificamus et confirmamus tenore presentium mediante in perpetuum, promittentes illas et illa ac quelibet illorum illarum que in omnibus capitulis eorum et earum modis positionibus descriptionibus articulis punctis et conditionibus firmiter inviolabiliter et inviolabiliter tenere habere et observare teneri que haberi et observari facere temporibus futuris duraturis tenore presentium mediante. In cuius rei testimonium. Actum in Marienburgk feria secunda post festum Sancti Viti Anno domini Millesimo quingentesimo [illegible] presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Vincencio Wladislaviensi Joanne Poznaniensi et Luca Warmiensi Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis Venerabili et Generosis Joanne de Tarnow Sandomiriensi Nicolao Gardzyna de Lubrancz Calisiensi Ambrosio de Pampowo Siradiensi et Maioris Polonie Capitaneo generali Joanne de Dambrowa Culmensi Mathia Rabe Marienburgensi et Nicolao de Wolykof Pomeranie Palatinis Joanne de Lasko Regni nostri Cancellario et Joanne de Rapstynski de Tanczyn Marsalko Sandomiriensi et [illegible] Capitaneo Cracoviensi Consiliariis et Curiensibus nostris Sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko R p et Ecclesie Gneznensis Cancellarii Sincere nobis dilecti

Decisio Controversie super theloneo in Rimanow per Nicolaum de Camyenyecz ex una et Victorinum de Syenno ex altera partibus

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo cum coram nobis differentia certa fuisset orta inter Magnificum Nicolaum de Kamyenyecz Castellanum Sandomiriensem Cracoviensem et Sanocensem Capitaneum pro theloneo unius grossi ab equo quod ipse Nicolaus veluti Capitaneus Sanocensis more predecessorum Capitaneorum Sanocensium pertinere et in Rimanow exigi volebat ab una et Generosum Victorinum de Syenno dicti oppidi Rimanow heredem qui dictum theolonium nomine forensium appellans ad se suos que successores pertinere allegabat et hoc contendebat etc. si Capitaneus illud habiturus esset in illo oppido suo Rimanow illud in preiudicium et gravamen incolarum eiusdem non esset exacturus ab altera parte Nos cum consiliariis nostris non hac tantum vice sed vicibus aliquot

Controversiam eamque parcium utrarumque compertam predictus Kmita pro Nicolao con Kmite predicte bonorum suorum Sanok . . . consuevit theloneum per grossum ab equo in Sanok Krzeszow Crosno et aliis oppidis et locis terre et Capitaneatus Sanocensis ab antiquo recepit et sui predecessores . . . perbant sibi dictum theloneum adiudicavimus ad ipsum et suos successores Capitaneos Sanocenses pro tempore existentes . . . pertinere decrevimus adiudicavimus et decrevimus per presentes adnectentes tamen quod a modo futuris perpetuis temporibus illud ipsum theloneum in prefato oppido Kinmandow exigi et recipi non debebitur sine licencia voluntate et consensu eiusdem Kmite et suorum successorum heredum in Kmiandow seu in aliis locis que ad hoc Capitaneis Sanocensis apta videbuntur et convenientia ipso . . . indulsimus . . . privilegium concessimus super fora liberis in dicta Kmiandow recipiendis quibus forali non expressis tamen in eventum dubiorum in futurum tollendorum prefatum privilegium nostrum interpretando decrevimus foralia in ipso oppido per nos concessa vigore dicti privilegii non aliter modo et qualitate posse exigi nisi sic ut in Sanok Krzeszow et aliis oppidis et locis terre Sanocensis communiter recipi consueverunt In cuius rei etc. Actum et datum Cracovie feria sexta in die Sancti Lamperti Anno domini Millesimoquingentesimo quinto.

Inscriptio quinque millium flor. Nicolao de Crczonyaky sup. Castrum Siradz

Alexander etc. Significamus etc. Quia pro nostra et Reipublice nostre necessitate apud Magnificum Nicolaum de Crczonyaky palatinum Lublinensem Sincere nobis dilectum tria Millia florenorum in mediis grossis per triginta grossos florenum quemlibet computando in Mutuum recepimus et insuper debemus et tenemur eidem Nicolao duo Millia florenorum monete et numeri predictorum Que duo Millia florenorum de bonis paternis ad Capitaneum nostrum Sandomiriensem pertinentibus ad aliqua bona nostra tenute eiusdem Nicolai transferre debuimus et debemus ex certa condicione . . . inter nos et Generosum Stanislaum de Crczonyaky Capitaneum . . . neque dum ipse Stanislaus bona ipsa paterna nobis resignabat . . . vero inter ipsum Nicolaum palatinum et dictum Stanislaum eius Nepotem in divisione bonorum post mortem olim Magnifici petri de Crczonyaky Castellani Sandomiriensis et Thezaurarii Regni nostri ad eos devolutorum facta Quorum omnium debitorum summa unam per nos ipsi Nicolao debitam uti quinque Millium florenorum mediorum grossorum per triginta grossos in unum florenum computatorum in mediis grossis predicto Nicolao et successoribus suis de consilio consiliariorum nostrorum in et super bonis nostris . . . Castro Siradz et Sadek ac Villis Brodzyna aliisque Villis . . . et Molendinis ad Castrum et oppidum Siradz et oppidum Sadek pertinentibus in quorum nunc possessione sumus inscribimus damus et in . . . presentibus per ipsum Nicolaum et successores suos tenendos predicta bona nostra Castrum Siradz ac oppida Siradz et Sadek et Villas Brodzyna aliasque Brodzyna alias quoque Villas nostri . . . obligatas ad Castrum et oppida predicta pertinentes cum omnibus et singulis predictis oppidanis kmethonibus oppidorum et Villarum necnon advocatiis Sculteciis et . . . advocatorum ac Scultetorum

et servitorum servitiis eorum bellicis et curribus pro expeditione bellica nobis
dari solitis, Kmethonibus, tabernatoribus, ortulanis, colonis, inquilinis, laboribus
angariis, honoribus et pensis eorum necnon agris, pratis, campis, ortis, lucis,
areis, arcis, seminibus, sepetibus, frumentorum et annonarum decimationibus, datio-
nibus aliis, Sypanij, ovium vallis, aucupiis, proventibus, pendibus, silvis, ter-
ris, gajis, nemoribus, rubetis, quercetis, venationibus, aucupiis, apibus,
mellificiis et mellis exinde provenientibus, fluviis, fluminibus, aquis, torrentibus
et eorum decursibus, piscinis, piscinellis, fovearum et piscinarum vivariis, pisca-
turis, piscationibus aquaticis, equestribus et pedestribus, molendinis eorumque
emolumentis universis et singulis aliis utilitatibus, fructibus, redditibus et ob-
ventionibus universis quocumque nomine appellatis et appellandis nunc et in futurum
in bonis predictis existentibus ac etiam theloneis et eorum introitibus quorumque
loci exigi solitis ad castrum et oppida predicta pertinentibus cum omni iure do-
minio et proprietate tenendas, habendas, possidendas et utifruendas pacifice usque
quo dicta summa quinque millium florenorum per nos aut successores
nostros Nicolao predicto et successoribus suis fuerit persoluta. Quibus so-
lutis possessio bonorum eorundem ad nos et successores nostros devolvatur pleno
iure, iuribus quoque nostris semper salvis. Verumtamen ipse Nicolaus ex speciali sua
in nos et rempublicam regni nostri affectione et benivolentia nulla hinc usque
ad biennium de bonis predictis emolumenta nullosque redditus utilita-
tes percepturus erit sed ea et illos nobis et reipublice ex voluntate sua indul-
sit et presentibus indulget. Itaque eas condiciones pro nobis et illo presentibus
quia possessionem bonorum omnium predictorum castri, oppidorum et villarum
eidem ei dedimus et damus presentibus, ipse tamen non prius quam decursis annis
duobus ad diem date presentium computandis die dominico conductus pasce anni
domini millesimiquingentesimi quarti se intromittet ad bona predicta nec
ea quoque possidebit eorumque superscripto usque ad exemptionem. Ut vero nostra per
suspensionem nequam cautela quomodolibet contraria ipsi Nicolao et successoribus
suis propterea obesset quod possessionis apprehensionem ad biennium
suspendit, promittimus sibi successoribusque suis pro nobis et successoribus
et in verbo et in humanitate nostra regia promittimus et pollicemur presen-
tibus quod mox decursis annis duobus si predicta quinque millia flore-
norum sibi non solverimus, ex tunc intromissionem realem et actualem in
omnia bona superscripta sibi et successoribus suis die predicta dominica anni
millesimiquingentesimi quarti daturi sumus et dandi pollicemur. Quoniam
autem liberalitatem eius meminerimus, itaque ipse Nicolaus sanus mente
et corpore existens cognoscit quia ea quo morte existentibus ad opus
Nicolai instantis humiles quoque petitionis damus eidem Nicolao plenam vigore lit-
terarum consensum regium nostrum omnes et singulas prenominatas summas quascumque
in eisdem et aliis bonis nostris in quibuscumque terris et districtibus existentibus
tenuit sive habet inscriptas personis quibuscumque quibus maluerit spiritualibus
vel secularibus, consanguineis et non consanguineis, regnicolis et in-
digenis nostris, nobis tamen et regno nostro fidelibus atque subditis, sive ad quevis
pia opera testamentarie sive in ultima voluntate sive quovis alio
tempore sive per proprias suas litteras proprio suo sigillo sigillatas que
manu propria sua scripte essent sive coram publico ~~instrumento~~ notario
aut publicis notariis resignandi, donandi, legandi et inscribendi sive com-
putate sive citra per illum aut per illos cui vel quibus legandas
donandas et inscribendas duxerit habendas, percipiendas et tenendas neque

ipsius Nicolai antedictam tunc describendam et primum dicam tenorem
et quia quedam Statuta regni nostri et presertim Nyeschoviense pre
habent neminem obligari castra et Civitates principales sub certis pe
nis in statutis illis descriptis Quapropter nos ipsi Nicolao
premissa nobis fecerit nos impeditate literas et nostras et rei
publice pro incertum omnium vim rigorem statuti et statutorum pre
dictorum regni nostri inscriptiones Civitatum castrorum et Capitaneatuum
principalium fieri prohibentium tantum quo ad effectum premissorum con
venimus ac quo ad personam dicti Nicolai et eorum quibus summam prefatam
Quinque Millium florenorum suorum resignaverit sive testamentaliter lega
verit et inscripserit suspendendam duximus et suspendimus plenitu
dine auctoritatis nostre decernentes quia statuta illa Nicolaum ipsum
et eos in quos donationes fecerit afficere ledereque non debeant neque
poterint usque ad exemptionem bonorum suprascriptorum Et si aut vigore
illius statuti aut eius extorsionem ut regni nostri statuto decreto seu
Laudo aut ex aliquo defectu inscriptionis summas ipsas aut bonorum predi
ctorum tenutas amissurus esset Nos in eo casu nos successoresque nostros
obligamus et presentibus inscribimus promittentes verbo nostro regio et sub
humanitate nostra ipsam predictam summam Quinque Millium flor ipsi Ni
colao aut successoribus solvere debemus plenarie quibus re
Dat Crac feria tercia in Crastino Sancti Nicolai Marci Evange
liste Anno domini Millesimo quingentesimo octo

Transsumptus dotis et dotalicij Nobilis katherine de Cleczow

rsp

Ad universorum et Significamus etc Quod constituta personaliter coram nobis Nobilis
katherina de ~~Clezow~~ Clezowo Nobilis olim Joannis Cyszyzki relicta Nunc
vero Nobilis danielis kyernoski consors petijt a nobis quatenus literas inscrip
tionis reformationis sue dotis et dotalicij per dictum olim Joannem Cyszyski
sibi in certis bonis hereditarijs factam ex registris Cancellarie nostre transscribi
et transsumi dignaremur Quarum tenor sequitur Kazimirus dei gratia etc Significamus etc
Quod constitutus personaliter coram nobis Maiestate regia nostra Generosus Joan
nes Cyszyzki Curie nostre fidelis dilectus non compulsus nec coactus neque
aliquo errore inductus sed sponte et libere matura inter se deliberatione pre
habita Amicorumque suorum recepto consilio zelo maritali in Nobilem katherinam
de Clezewo consortem suam legitimam premissis eidem katherine coniugi sue
Mille florenos hungaricales pro dote et alios Mille florenos hungarica
les auri boni et iusti ponderis pro dotalicio in et super bonis suis hereditarijs vide
licet tota villa Cyszyze et sortes Kossky et Kyernizodno Curia et sorte
in Cyszyze ... et ... in ~~flumine~~ fluvio Wisla et
predijs ad bona ipsa pertinentibus in terra gostinensi sitis relinquendo tamen

pro se heredibus et successoribus bonorum suorum opidum Chwalkowo in terra Sando
miriensi situm cum villis ad illud ex antiquo pertinentibus in cuius hactenus
possessione est infrascripti reformavit et resignavit infrascriptis reformat et
resignat tenore presencium mediante persona Katherine bona predicta
hereditaria sicut premittitur reformata cum omnibus et singulis eorundem bono
rum hereditariorum utilitatibus fructibus redditibus prediis curiis pomeriis
ortis edificiis frumentis segetibus seminibus pecoribus pecudibus kme
thonibus agriculturis vero ex utilitatibus laboribus pratis campis silvis
borris indaginibus gajis rubetis quercetis nemoribus et aucupa
cionibus mellificiis et mellis ex eis provenientibus fluviis fluminibus mo
lendinis aquaticis et ventilibus ac eorum emolumentis rivis torrentibus
aquis et earum decursibus piscinis piscinulis stagnis lacubus piscaturis
piscibus et quibuscumque aliis obvencionibus ad ipsa bona ex antiquo
pertinentibus cum omni iure dominio et proprietate prout solus tenuit
et possedit alias iuxta consuetudinem terrestrem predictam terre [illegible]
gni nostri Anno tercio presentibus ut supra

Decretum pro parte Salicidarum Cracouiensium vendendi Salis modum continentem prolatum

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Consueuerunt
principes actus quos propter obscuritatem sui et intelligibilitatis varieta-
tem per iusta decreta interpretantur et declarant literarum munimi-
nibus commendare ut et omnis controuersia que per id inter eos acta est perpe-
tuo extinguatur et id quod ambiguum erat lucidius sensibus hu-
manis ad cognicionem veritatis pateant Proinde Nos Alexander
Rex Polonie etc Significamus etc Quod dum coram nobis orta fuisset
antea differencia inter famosos proconsulem et consules Cracouienses
ab vna et opidi Wieliczka ab altera partibus pro modo
Salis vendendi Nos auditis partium earundem coram nobis personaliter co-
parencium propositis et responsis iuste quam priuilegio ipsorum oppidanorum
de Wieliczka Sale vendendo coram nobis exhibito ac consiliariis

nostre maiestatis consulibus decrevimus statuimus et inrevocabiliter decernimus
decrevimusque et statuimus per presentes Quod a modo futuris tempo-
ribus perpetuis in Oppido prefato Myechow per opidanos vel et incolas
eius Sal Bancatum non debet vendi, nec eius depositum teneri In
preiudicium gratie depositi Salis Sandomiriensis et eius Salinarum quibus
ex ordine Iuris et antiqua consuetudine vendicio Salis Bancati in
civitate et oppido deposito Sandomiriensi facienda competit, secundum communia
non dimittit Sal quod Oppidani Myechovienses pro rebus alimentorum
ex Zuppis Vyeliciensibus comparatum in Myechow adducere debeat
in Myechow diebus tantummodo fori communis et cuiuslibet annalis
fori diebus vendi quod aliis non foralibus diebus fieri prohibemus
tamen cum depositi Salis Sandomiriensis propter evitandum quorundam
theloneorum nostrorum seu dignitatum thelonia in metalibus pro Sale
ad depositum Sandomiriense continentur ab antiquo dotata sunt Quod
siquis decretum nostrum per incolas Oppidi Myechow sub pena nostra
Regali quatuordecim marcarum nobis per Consules opidi prefati pro
tempore existentes solvenda per alios vero qui contra presens contra
decretum Sal aut vexerint aut vendiderint sub amissione
Salis vecti et venditi decernimus tenendum perpetuis Decernimusque insuper
quia sal Centenaratum illuc per opidanos vicinos Slummiarum[?] et
Proszowiensium et preterea mercatores extraneos adductum non debet vendi
nisi diebus fori cuiuslibet predicti et non aliter Residuitas vero huiusmodi
Salis quod non venderetur non debet illuc relinqui et reponi Sed addu-
centes tenebunt ut id eo longius ad alia loca que eis videbuntur
apta progredi vel domum reducere Illud vero pro pena predictorum
Salis venditi vel depositi Respondentes penas easdem pecuniarias pre-
fatis Procuratori[?] Sandomiriensi pro tempore existentis pro diebus et
fisco nostro Regio habeat exigendi facultatem In cuius rei etc. Actum Sandomirie
feria quarta ante festum Sancti Martini Anno domini Millesimo quin-
gentesimo octavo Presentibus ... Reverendissimo et Reverendo in Christo Pa-
tribus dominis Andrea Archiepiscopo Gneznensi et primate Et Reveren-
do Episcopo Plocensi necnon Magnificis Venerabilibus et Generosis Nico-
lao de Camyeniec Palatino Lublinensi Dobrogostio de Ostrorog
de Lwowek Poznaniensi Joanne Cordam[?] ... Castellanis Joanne
de Lasko Cancellario Jacobo de Szydlowyecz Mathia de Drzewicza
Vicecancellario Regni nostri et Joanne Kopsthynsky[?] de Tanczyn Curie
nostre Marsalko ac Sandomiriensi et Plocensi Capitaneo aliisque
quam plurimis consiliariis et curie nostre testibus ad premissa Sincere
et fidelibus dilectis Datum per manus Venerabilis ... Joannis de
Lasko Archiepiscopi[?] et Regni poloniae Cancellarii Sincere dilecti

Recognicio Michaelis de Buczacz qua sibi Castrum Sniathin per Woladislaum Regem erigendum admittitur

vh p

Ego Michael Muzilo dictus de Buczacz Capitaneus Sniatinensis Significo
universis quibus expedit presentibus et futuris presencium per tenorem quomodo Se-
renissimus princeps et dominus dominus Wladislaus dei gracia Rex Polonie
Lithuanie que princeps supremus et heres Russie &c dominus meus gracio-
sus ex intimis Sniatinensis et Colomiensis districtuum per hostes regni destructionis et de-
vastacionis compassus meditans ut sub felici regimine suo damna in eis sic perpe-
trata restaurari possent et hominum collocacione assidua ~~[illegible]~~ recipiant incrementa
ut inde virtus providencie sue laudetur Castrum Sniathyn reparare et muris eri-
gere decrevit pro comodo sacre Corone Regni uberiori que hominum conservacione et
districtuum predictorum tuicione. habens igitur de me Muzilone plenam fiduciam
sua Serenitas. attente que meritis meorum perpendens grata et accepta mea servicia
volens ut sim ad ea de prompto promptior Michi Sniathyn et Colomya Civitates
cum districtibus atque villis et vastitatibus earundem de consilio consiliariorum
et tutorum Regni dedit donavit inscripsit et largitus est tenendum habendum
utifruendum pacifice et quiete cum omnibus et singulis earundem utilitatibus
censibus Allodiis fructibus redditibus et proventibus. duntaxat theloneis sta-
cionibus contribucionibus et iuribus regalibus exceptis. que pro se et suis suc-
cessoribus ad integrum sua Serenitas reservavit. ad tempora vite mee / solutis
propinquioribus meis per ipsam Regiam Mtem ducentis marcis monete et nume-
ri polonicalium dictarum Civitatum districtuum vastitatum et villarum possessio
ad regiam Mtem revertetur pleno iure Racione cuius donacionis. ego Muzilo
de Buczacz Capitaneus predictus infra hinc et octo continuos annorum sequen-
cium lapsum et decursum Castrum regale Sniathyn de novo et fundamento
quo necesse est perfectiori muro bono murare et muris erigere in longitudine
et latitudinem Castri Halicz altius tamen muro Haliciensi quinque cubitis po-
lonicalibus cum duabus ~~[illegible]~~ turribus una pro valua et altera rotunda pro
captivis in loco competenciori iuxta proporcionem et altitudinem muri eiusdem
Castri In cuiusquidem castri omnibus circumferenciis et muris pro defensione
meliori podsiwambitzyt iuxta disposicionem tempore Serenissimi domini mei
Regis nuper vita functi turris Lublinensis parcanum de salice et terra apud
murum Bohemico et fossatum alias przecop satis profundum atque latum circum-
quaque ipsius Castri disponere laboribus propriis sumptibus impensis et
expensis effectuose deducere ad plenum Ac tenorem ipsum Castrum debite ~~[illegible]~~
fulcire tenere victualibus propriis pixidibus pulveribus balistis atque
telis teneor et debeo et me presentibus obligo Quod si frustrarerem et huius-
modi pacto verbo et scripto facto contravenirem licebit Regie Mti eius honestate
nullo requisito iudicio Castrum meum Buczacz cum omnibus bonis suis atque
villis hereditariis apprehendere et recipere in possessionem realem et actualem
et tamdiu tenere quousque per me aut meos successores mille Sexagene
monete et numeri polonicalis pro pena Regie Mti fuerint persolute quibus
solutis nihilominus labores Castri predicti Sniathin per me et meos successores
compleri debebunt ut premissa. Harum quibus sigillum meum &c Datum Leopoli
feria quarta in die Sancte prisce Anno domini 1436

Vniuersale mercatorum Crac. boues ex Leopoli minantium :-

vy

Alexander etc.

Vniuersis et singulis Palatinis Castellanis Capitaneis Vicecapitaneis Thelo-
neatoribus et pontalium exactoribus ac Ciuitatibus et Oppidis in Cracouiam et
Leopolim terras ubilibet consistentibus ceterisque dignitariis Officialibus et
quibuslibet subditis nostris et Regni nostri Poloniae nunc existentibus et
eorum vicesgerentibus Sinceris et fidelibus dilectis Sinceram et gratiam regiam
Reuerendi Magnifici Generosi Nobiles et [illegible] Sincere et fideles dilecti
Exposuerunt coram nobis famosi Ciues et Mercatores Cracouienses
qui bobus mercantur a vestris quos ex Leopoli Cracouiam pellere consueuerunt
Quod ab eis thelonea et pontalia in locis infrascriptis videlicet Pola-
niczkie Brzesne per duos solidos per duodecim Brzesnowskie
pontale Vnoiskie Cobierzyckie Brzezieckie quod circa Ropczyce Oppidum
per quatuor denarios exigerent et extorquerent minus iuste contra consuetudinem Obtendentes
se circa nostra literas priuilegia et munimenta ad thelonea et ponta-
lia praefata exigendi habere quod si ita est nos latet tamen licet quispiam
vestrum eiusmodi priuilegia nostra literas et munimenta se habere praetenderit
Quibus mediantibus thelonea et pontalia praedicta exigere possit
ea et nos coram nobis personaliter comparendo reponat Nos tandem
visis eiusmodi priuilegiis Iuribus literis et munimentis id quod iustum
fuerit cognoscemus et prout Iuramento tenemur et debemus exequetur nunc
instantes diuinis ministrantibus et decernemus Quapropter committimus
vobis et Mandamus quatenus huiusmodi pontalia a praedictis Ciuibus
et mercatoribus nostris in locis infrascriptis praedictis non exigatis neque exigi
sinatis Sed eos libere absque arrestatione et protractione in locis praedictis ulte-
rius tute transire permittatis et defendatis Quod si feceritis contrarium
cognouerimus eosdem Ciues nostros a violentiis et rapinis praedictis defendere et
tueri Secus aliter non facturi pro gratia nostra Datum Cracouiae feria quarta
post festum Sancti Martini Anno domini Millesimo quingentesimo quarto

Forum annuale Ciuitatis Chelmen.

vg.

In nomine domini Ad perpetuam Rei memoriam Sancte gesta quaeque dictis
Conditionesque decreta e memoria humana labuntur si literarum muni-
mentis non perhennentur Proinde Nos Alexander etc. Significamus etc.
Quia volentes Ciuitatem nostram Chelm in terra Russiae consistentem con-
ditionem facere meliorem ut ea sub felici regimine nostro feliciora recipiat
incrementa Inter de speciali gratia et fauore Regiis nostris fora annualia
duo videlicet pro festo Sancti Andreae apostoli et aliud pro festo Sancti
Stanislai in maio Singulis annis celebranda instituimus et imposuimus
Sicuti per instituimus et imponimus per praesentes perpetuo perpetuis.

durature, absque tamen preiudicio Civitatum et opidorum aliorum Regni
nostri facultatem in eadem terra Culmensi et eius districtibus
consistentibus per Mercatores negociatores et vectores vendendi
venditores in ibi tenendi et habendum damus et concedimus quibusli-
bet eisdem mercatoribus negociatoribus vectoribus aliisque omnibus et
singulis cuiuscunque status secte et condicionis hominibus non
aliorum Civitatum et Opidorum Regni nostri facultate libertate ven-
dendi ad Civitatem predictam pro diebus fororum annalium huius-
modi mercatum que quod continuerit in eadem Civitate diebus fo-
rorum conventum res et merces cuiuscunque generis et manerii
fuerint exponendi vendendi emendi negociandi res pro rebus com-
mutandi et cambiendi alia que mercature et negociationis gene-
ra faciendi libere nisi tales sint quos mercari non licentur pro
quibus merito consortia fidedignorum denegantur. Que omnia per-
petui et firmi roboris esse decernimus tenore presencium mediante. In cuius rei [illegible]
data Cracovie feria sexta proxima post festum sancti Pancracii
Anno domini Millesimo quingentesimo sexto Regni vero nostri quinto etc.

Roboratio Literarum Alberti Chodzinsky

[illegible] Mokowa [illegible]

Exp

In Nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Maiestas
Regia quicquid dat pro subditorum suorum fidelium votis addit dec-
nit aut concedit perpetuo duraturum perhenni munimento robora-
re consuevit. Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Signi-
ficamus etc. Quod Nobilis Albertus de Chodzowo terrigena
et Cubicularius noster fidelis dilectus coram nobis personaliter constitutus
exhibito nobis Privilegio inscripto petiit illud per nos confirmari et
approbari, Proinde cuius tenor sequitur. In nomine domini amen. Quo-
niam ea que sub tempore aguntur labente tempore a memoria ho-
minum evanescunt nisi testimonio aut scriptura autentica fuerint per-
hennata. Nos igitur Semovitus dei gratia dux Dobrinensis notum faci-
mus singulis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis.
Quod intuentes fidelia grata et utilia servicia que Andreas de Gra-
codia nobis multipliciter exhibuit tam eo tempore dum nos fuimus in cap-
tivitate quam per consilium auxilium et labores quos pro nobis fecerat
pensando vitam suam liberati fuimus de captivitate absque villa per-
tinencia per consilium et suo adiutorio rehabuimus terram nostram quod ceu
omnibus aliis retroactis pro nobis nostrisque successoribus vero titulo et
pure donacionis damus tradimus et conferimus eas hereditates nostras
vulgariter dictas Mokowa sibi suisque veris heredibus et legitimis succes-
soribus iure hereditario in perpetuum possidendas cum omnibus utilitatibus
[illegible] toto [illegible] quo se continentur terris cultis et incultis
pratis silvis nemoribus [illegible] aquarum decursibus [illegible] accessibus

cum ingressibus suis Iura et Iurisdictiones omnes tam activas passivas reales
atque mixtas que et quas habent ac in predictis hereditatibus ad habendum
tenendum possidendum et quicquid sibi vel suis successoribus deinceps pla-
cuerit perpetuo faciendum damus eidem Andree et suis posteris liberum
arbitrium easdem hereditates vendendi donandi atque commutandi consilio
tamen et consensu nostro ad hoc requisito et sub ea condicione quod nobis
semper in eisdem hereditatibus ad habendum tenendum fidele servicium
exhibeatur Volumus insuper ut predictus Andreas vel suus posteri
gaudeat de speciali nostra gracia et favore damus omnimodam venacionem
animalium tam quadrupedum quam volatilium cuiuscumque generis fuerint
liberantes et absolventes incolas predictarum hereditatum ab omnibus solucio-
nibus et exactionibus que per nostros nunc dinoscuntur patrie quocumque nomine
censeantur et specialiter idem Andreas dictam predictam hereditatem
ab omnibus solucionibus et exactionibus a Narzasch a Poradlne a po-
voob a Vop videlicet ferrunich a bove a vacca a porco ab ove Item
a Castellano a castri Cittarum a iudice et ab eorum iurisdictionibus su-
pradictos incolas penitus liberamus et eximimus quod non comparebunt
coram eis citati nec debebunt Si tamen nobis coram nobis dictum per
litteras nostras fuerint evocati tunc comparebunt coram nobis tamen
honoris nostri respondendum et sive pena Judiciali ad predictum Andream et
suos successores remanente et coram eodem respondeant de furto de
latrociniis de capitis incisione de vulneribus sanguinolentis aut non
sanguinolentis nullus sed idem Andreas vel suis posteri Iudicet et
penam accipiet tam a suis kmethonibus qui alios occiderent quam ab
aliis quibuscumque qui suos occiderent Item omne duellum gladii baculi super
aquam mittendi ferrum fervidum accipiendi vel seu seclam ad curiam
predicti Andree et suorum successorum iudicandi damus et exemimus vel alibi
locorum plenam facultatem recipiendi Preterea ut prefatus Andreas vel
sui posteri absque omnimoda dissensione dictas hereditates Iure heredita-
rio in perpetuum obtineat Removemus omnes donaciones predictarum
hereditatum In quascumque personas tam per nos quam per predecessores nostros
factas eisdem pro recepcione dictarum hereditatum perpetuum silencium
imponendo et specialiter hiis imponimus perpetuum silencium pro recep-
cione hereditatis Makowa primo Bernardo pro eo quia pro
Simone de Osseck fideiubebat in pecunia ducentarum marcarum
argenti et eadem non solvit vobis in termino statuto Item Chwaligo
existens in servicio adhesit Woyslao Troyani et per castrum nostrum
Dobrzynensem fuit despectandum et pugnando contra nos per nostros
homines fuit occisus Item Przibislawa Woyzlis? similiter infidelita-
tem nobis demonstrantes Item supradictus Andreas et sui posteri omne
servicium nobis debebunt secundum eorum facultatem et hec commutata
terrigenarum dobrinensium intra granicias seu terminos In cuius rei testi-
monium presentes scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari Presentibus
hiis testibus Comite Wlostone Castellano Comite Joanne Judice Sta-
nislao Vexillifero Mauricio Succamerario dobrzinensibus Jasrone? No-
tario fratre nostri domini Wladislai qui de mandato nostro presens privi-
legium scripsit Actum Anno domini Millesimo trecentesimo quarto Datum 1304

in Dobrzijn In divisione Capitaneatus. Nos itaque inclinati
petitionibus suprascripti Alberti considerantes quod premissum privi
legium salubre esse illud si et inquantum idem Albertus est in possessio
ne illorum omnium bonorum in ipso premisso privilegio descriptorum
de speciali gratia scientia quod regijs nostra decrevimus Innovandum co
roborandum et confirmandum Innovamus quod roboramus et confirmamus de
novo ipsum in omnibus punctis articulis et clausulis debito ac per
petue firmitatis robur obtinere tenore presentium mediante Quorum in rei
testimonium etc. Actum Cracovie sabbato proximo post festum Sancti
Martini Anno domini Millesimoquingentesimosexto presentibus ibidem
Reverendo et Reverendis in Christo patribus dominis Andrea Archiepiscopo
Gnesnensi et primate Erasmo Plocensi Episcopo ac Magnificis Vene
rabilibus et Generosis Nicolao de Curoswaky palatino Lublinensi
Dobrogostio Ostrorog Castellano poznaniensi Petro Schaffraniecz de
Pyeskowaskala Vislicensi et Schogadiensi Capitaneo et Joanne
Jordan Byeczensi Castellanis Joanne de Lasko Cancellario Jacobo
de Szydlowyecz Thezaurario et Mathia de Drzevicza Vicecancel
lario Regni nostri Joanne Rapsthynski de Tanczijn Marsalko
ac Sandomiriensi et Plocensi Capitaneo et Stanislao de Pyesko
waskala Succamerario curie nostre et alijs quampluribus consiliarijs
et Curie nostre testibus ad premissa scitis et fidelibus dilectis
Datum per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko Regni Poloniae
Cancellarij Sincere nobis dilecti

Prerogativa Petri Schidlovyetzsky Molendini de manibus eius non exemendi :-

agnatum Costinen

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo cum habeat fidelis sincere nobis dilectus Generosus
s Petrus de Szydlowyecz Succamerarius Cracoviensis et Sandomiriensis ac Co
stinensis Capitaneus fidelis dilectus tam olim fratri nostri Regie Maiestati quam nobis
exhibitorum horum et aliorum suorum meritorum intuitu hanc sibi prerogati
vam inscripsimus et presentibus inscribimus Quomodo molendinum nostrum aquati
cum Trzescow sub Castro nostro Costinensi in piscina situm de manibus
eius non redimemus nec alicui subditorum nostrorum cuiuscunque status et
conditionis eximendum eius redimere consentiemus Successores quod nostri
consentire non debebunt tamdiu quamdiu ipse Petrus tenutarius et Ca
pitaneus ipsum Costinensi tenuerit seu de bonorum eius, Volumus tamen ut e
dempto non fiant harum etc. Datum Cracovie feria sexta proxima ante
festum Martini Anno domini Millesimoquingentesimo sexto

Puncta infrascripta pro sentencia controversie fabricanda inter nobiles dominos Czernin ex vna et Petrum Rabski ex altera partibus.

r. pp.

Quando sua Regia maiestas sedebat in iudicio cum Consiliarijs suis, tunc dixit dominus Langorowski nomine Petri Wrapsky serenissime Rex dictum est michi, quod Czernijn de me loquutus fuit coram bonis hominibus. Quod ego eundem accusaverim vel obloquerim ad vestram Regiam maiestatem et pro ipsius malo conabar. Dum hic est coram vestra Regia maiestate et ego eciam quod michi dicat volo audire et eciam vestra Regia maiestas dignetur dicere si ita est etc.

Tunc ex adverso respondit Czernijn per Rathumbark serenissime Rex dicat michi Petrus Rapski a quo hoc audivit et coram quo loquutus fui et quod michi in memoriam reducet nolo negare sed quidquid sum loquutus volo cognoscere. Tunc iterum ex adverso Petrus Rapski per eundem Langorowsky dixit dominus Mokzierowsky dixit michi quod tu coram eo dixisti quod ego multa mala coram Regia maiestate locutus sum de te. Ex adverso Czernijn respondit per eundem Rathumbark Mokzierowski vel quicunque michi in memoriam reduxerit ea quod locutus sum non negabo ymo cognoscere volo.

Tunc Regia maiestas mandavit omnibus se ab ambabus partibus recedere et postea deliberando decrevit per pallatinum Lanciciensem Petre Rapski dixisti quod Czernijn multa mala de te dixerit coram Regia maiestate. Ita sua maiestas mandavit vobis ambabus partibus dicere quod non habet hoc sua maiestas in consuetudine, si tamen aliquis de quo loqueretur mala sua maiestas non credit, sed secundum meritum sua gracia cuilibet solvit. Sed Czernijnije non est tibi in vllo verus Petrus Rapsky. Et eciam similiter Petre Rapski non est tibi in vllo verus Czernijn. Et non habetis causas discordias quare vultis habere. Et decrevit sua maiestas ambabus cum honore et sitis boni amici vivere et amplius dimittatis ab iste discordijs.

Resignacio ville Plonka Janussio Swirczowsky per Obermuth facta

rsp. absque ubi

Alexander etc. Significamus etc. Quod constitutus personaliter coram nobis et Consiliarijs nostris nobiscum existentibus Nobilis Joannes Obermuth tenutarius Crostrensis non compulsus nec coactus nec aliquo errore deceptus sed sanus mente et corpore existens recognovit quia bona nostra regalia villam Plonka cum alijs ad ea ab antiquo spectantibus in certa summa pecuniarum de consensu predecessoris nostri sibi obligata et in quorum possessione persistit et ad eadem ac summam pecuniarum sibi dictis antecessoribus nostris suis in eisdem bonis inscripta Nobili Janussio Swirczowsky eiusque successoribus resignavit summamque pecuniarum summam predictam sibi dono et irrevocabiliter perpetua donacione dedit resignavitque et dat de consensu nostro quod alias per nostras commissas et peticionibus concedimus presencium tenore mediante, iure nostro et proprietate. Jacobus prefatus sibi et successoribus suis in bonis predictis iure nostro predicto reservando. Que omnia suprascripta bona villa prefata originalibus inscripcionibus iuxta seriem ea data usque ad redempcionem pecuniarum vero in eis inscriptarum perpetuo per Janussium et eius successores tenenda habenda per dictum dominum suum iuribus nostris semper salvis. Harum etc. Datum Cracovie feria sexta festi Sancti Luce Anno domini 1505

Annihilatio iudiciariorum processuum post sacras inhibitiones contra Nicolaum de Curozwanky productorum

Alexander etc. Significamus etc. Quod cum Nobilis Ioannes Py-
otrowski Archidiaconus Sandomiriensis nomine Nobilium Alberti et Stephani
puerorum olim Nobilis Nicolai Trzski haeredis in Vamborkow querelam
deposuisset coram nobis super Magnificum Nicolaum de Curozwaky Pala-
tinum Lublinensem quia ipse puerorum praedictorum in possessione partis villae
Vamborkow existentes teneret et eandem partem villae illius ubi
propinquitate ipsi pueri linea in eo praecederent. Ex adverso vero Ni-
colao respondente quod ipse Pyotrowski nomine puerorum inter agendo Ni-
colaum eundem contra prohibitiones Serenissimi olim Alberti Regis
condemnabat tunc nec eadem olim Maiestas fraterna Regia ipsi Nicolao
consiliis interesse publicis mandaverat prout eadem in prohibitionum
literis debebat contineri per quas olim eadem fraterna Maiestas Regia
prohibebat Nicolaum eundem Evam consortem et ceteros fratres eius-
dem Nicolai iudicari certam tunc tempore publici consilii ad quod vocatus
erat ipse ut coram debebat quia pro maiori haberent tunc coram eadem
olim Maiestate fraterna Regia quibus omnibus non obstantibus ipse
Pyotrowski puerorum eorundem nomine et condemnat eum et terminos ex-
ecutionis condemnationis et usque ad finem puerorum produxerit in tem-
pendium et contemptum Regiae inhibitionis praedictae. Quapropter Nos volentes
unicuique partium iustitiam ministrare assignaveramus tunc partibus
eisdem partibus diem et terminum certum pro quo ex utraque parte inter
munimenta et illas prohibitiones et actiones reposuissent coram Reve-
rendissimo in Christo patre domino Andrea Rosa Archiepiscopo Gnesnensi et
primate ac Magnifico Spytkone de Jaroslaw Castellano Cracoviensi
et per eosdem consiliarios nostros cognitum fuisset an sic fuerint ut
partes coram nobis exponebant et allegabant ac si illae inhibitio-
nes fuissent ex causa consilii pro tunc ad necessitatem publicam et si in
eadem contentus processus erat. Si quod ita esset decrevissent ipsi Consiliarii
quod iustum [blot] eandem quod cognovissent qui tandem qui tamen consiliarii rela-
tionem fecere nobis quod licet Nicolaus palatinus coram nobis eis apparu-
erit et literas prohibitionum exhibendo probaverit sic actum fuisse ut
supra dixerat parte alia coram eis tunc non comparente et licet plurimum
in condemnanda parte alterius non comparente processum inter citra pro-
hibitionis factum cerebat decernere et se in possessione conservandum partis vil-
lae Vamborkow attamen Commissarii praedicti protectionem decreti
in ea re ad manum detulerunt. Itemque petente ex nobis eodem Nico-
lao eodem quod a Commissariis peteret Nos eandem putantes ut mandata
Regia et prohibitiones tales ex necessitate reipublicae directe tenentur
decernimus approbandas inhibitiones huiusmodi praeterea quod causa
ad suspendendam debet eligi et electam esse in eo statu et puncto
in quo erat tunc cum olim Maiestas fraterna inhibebat causam

ipsam devenerat et quicquid post inhibitionem huiusmodi in causa eiusdem
indicatum erat id nullius roboris esse quod sic per literas inhibitionis
irritatum et annullatum est sic nos quoque exequendo inhibitionem decretum
ac omnes tenores irritamus annullamus et in nichilum redigimus presentibus
quod ad omnium quorum interest noticiam deducimus per presentes harum etc.
Datum Cracovie feria quarta ante festum Sancti Martini Anno domini
Millesimo quingentesimo quinto

Salvusconductus Simonis Bromek Civis Cracoviensis

Rta

Alexander dei gratia Rex etc. Quia de certa sciencia nostra providendo Simoni
Bromek pellifici de Cracovia propter paupertatem suam conditionem in quam
ex eventu casuum infortuitorum incidere devenit quod necessitate propriis rebus
et solutionibus creditorum satisfacere nequit ex clementia libertatem nostram
eidem presens regium salvumconductum in Regno nostro agendi morandi vigore presentium
sua planta dispensando dedimus et concedimus damus et concedimus tenore
presentium mediante ad unius anni decursum duraturum Ita quod prefatus
Simon interim in rebus et persona sua salvus esse debet ad quevis
iudicia et quorumvis creditorum instantia citatus comparere et illis respondere
non tenebitur Tamen operam studiosam adhibere tenebitur ut per id tempus
intervallum ad statum pinguiorem fortune accedat creditoribus satisfaciat
aut cum eis amicabiliter componat Proinde universis et singulis
subditis nostris cuiuscumque status gradus et conditionis existentibus ubilibet
in Regno nostro consistentibus Mandamus quatenus presentem nostram libertatem
clementiam et salvumconductum in omnibus punctis et articulis conservent
et conservari faciant firmiter et inviolabiliter Sub gratia nostra Datum Craco-
vie feria tercia infra octavas Omnium Sanctorum Anno domini Mil-
lesimo quingentesimo quinto Regni nostri tercio

Renovacio literarum Margarethe ducisse Zathoriensis continuandi solucionem trium millium floren. de Zuppis Cracovien.

Rta

Alexander dei gratia Rex etc. Quia certo comperimus quod preclara Margaretha Du-
cissa Zathoriensis quod maior pars summe trium Millium florenorum Ungaricalium
in Zuppis nostris Cracoviensibus ratione continuati debiti per olim antecessores nostros
reges Polonie sibi inscriptorum fuisset soluta decrevimus residuitatem illius
summe videlicet Mille florenos in auro Ungaricales in eisdem Zuppis Craco-
viensibus eidem Margarethe ducisse inscribendam inscribimus presentibus volentes
et statuentes ut pro singulis annis eidem ducisse et illi seu illis cui vel quibus
ipsa Margaretha cessionem eiusdem resignaverit literas presentes sub testimonio
nostro dederit centum florenos Ungaricales per Zupparios nostros Cracovienses
pro tempore existentes exsolvant tamdiu donec illi seu illis cui vel quibus eandem
summam dederit donaverit vendiderit et ad literas presentes resignaverit

prefati Mille florenorum hungaricales per nos aut successores nostros soluti fuerint. Quocirca Vobis Generoso Joanni Lordan de Zaklyczyn castellano Kyeczensi modernos et aliis in futurum ... Zupparijs Craccoviensibus Committimus mandamusque prefate domine Margarethe aut illi vel illis cui vel quibus censum eiusmodi dederit donaverit vendiderit et ad literas presentibus resignaverit centum florenos Vngaricales singulis annis de ... et extra data ad ... zupparum nostrarum Bochnensis et Vieliciensis tamdiu quousque dicta Mille florenorum per nos aut successores nostros ipsi domine aut cui eiusmodi donaverit fuerint integraliter soluta de quibus centum florenis singulis annis solvendis vos quittamus presentibus. Harum etc. Datum Cracovie feria sexta post festum divi Martini Anno domini Millesimo quingentesimo sexto

Libertas Crassnik

Opido Crassnijk Generosi domini Rapsthynsky de Tanczijn Curie Regie Maiestatis Marschalci Sandomiriensis et Plocensis capitanei hereditario et omnibus villis ad illud pertinentibus Regia Maiestas ab omnibus exactionibus contributionibus quibuslibet, solutione et octo grossorum Theloneis dedit libertatem ab hinc ad octo annos et ... ab exactione ... Datum Crac. feria sexta proxima ante festum sancti Marci 1506

Consensus Raphaeli Fredro villam Lijasky uxori sue obligandi

Alexander etc. Significamus etc. Quia ~~propter fidelem famam~~ Generosi ... de Bogdo Zupparii Leopoliensis fidelis dilecti petitionibus ~~... annuentes consensum et admissionem ... et admisimus ...~~ ~~... Johannis Fredro de Plissowiczy ...~~ [Nobilis Raphaelis ...] ~~...~~ permanens in bonis nostris tenute sue vigore villa Lijasky in terra Leopoliensi destructa Przemisliensi sitta Nobili Katherine consorti ~~sue~~ eiusdem Raphaelis filie vero ~~...~~ dicti Zupparii Leopoliensis ~~...~~ forma ~~...~~ ~~singulariter~~ ~~...~~ tenutam? in eisdem bonis sibi et antecessoribus suis inscriptis ... per eandem Katherinam dicti Raphaelis Consortem bona predicta videlicet Liaski ~~inscribenda~~ iuxta vim tenoris et effectus literarum originalium prius sibi ipsi ... super dataram tenenda habenda et possidenda pacifice usque ad exemptionem per nos aut successores nostros faciendam Quia soluta posse sua bonorum eiusmodi ad nos et successores nostros devolventur plenoque nostro juribus nostris semper salvis ~~...~~ remanentibus. Harum etc. Datum Cracovie feria ... in die sancti Martini Anno domini Millesimo quingentesimo sexto

~~altius~~ ad reformationem et inscriptionem ... Nobilis Johannis Fredro de Plissowiczy Nobili Catherine consorti Nobilis Raphaelis filii sui ... Leopoliensis ad ... libri ... in bonis nostris Liaschky in terra et districtu Przemisliensi ~~...~~ sue ... et successori nostri consensum ... presentibus

Ville Vthannye in Opidum transpositio

In nomine domini amen. Amen ad perpetuam rei memoriam. Ne actus hominum
qui sub tempore fiunt successu temporis a memoria hominum elabantur, solent
vivacitate scripturis et testium fidedignorum annotacione perhennari. Proinde
Nos Alexander etc. Significamus etc. Quomodo peticionibus annuentes
Generosi Pauli de Jassyenyecz Curiensis nostri fidelis dilecti propensis eciam
Magnifici olim Pauli de eadem Jassyenyecz Castellani Sandomiriensis ge-
nitoris sui in rempublicam regni nostri benemeritis, sibi de villa sua here-
ditaria Urzanye in terre Russie et districtu Chelmensi consistentem oppidum
locandi et erigendi annuimus et admittimus, perpetuum sic quod oppidum illud
Urzanye prout in suis limitibus situatur de iure Polonico et quovis
alio in ius Theutonicum quod alias Magdeburgense dicitur transponimus et trans-
ferimus tenore presencium perpetuis temporibus duraturum, removendo ibidem
omnia iura Polonica et Ruthenica modos quoque et consuetudines univer-
sas que ipsum ius Theutonicum impedire possent quomodolibet in futurum.
Absolvimus insuper et liberamus omnes et singulos huius oppidi incolas
ab omni iurisdiccione omnium regni nostri palatinorum castellanorum et Capita-
neorum Judicum et subiudicum aliorumque dignitariorum et ministralium
ut coram eis aut coram eorum aliquo ad instanciam quarumlibet personarum
pro causis tam parvis quam magnis puta furti incendij homicidij membro-
rum mutilacionis et aliis quibuscunque excessibus enormibus et delictis citati
respondere aut comparere minime teneantur neque proinde aliquas penas
persolvant aut ministralis contra vos penam przathadzeszna extendat
sed incole eiusdem oppidi universi dumtaxat coram advocato suo pro tem-
pore existenti pro omnibus causis predictis ac aliis iuxta consuetudinem
eiusdem iuris Theutonici. Advocatus vero pro iniurijs ministerijs suis
coram prefato paulo et successoribus suis heredibus eiusdem oppidi
pro tempore existentibus citati iure Theutonico respondebunt. Cui advo-
cato in causis criminalibus et civilibus Judicandi diffiniendi sorti-
endi puniendi et sentenciandi damus facultatem prout hoc ipsum ius
Theutonicum in suis punctis et articulis postulat et requirit. Preterea
volentes ut huiusmodi oppidum condicionem habeat meliorem, in ipso
fora annualia pro festivitatibus Sanctorum Alberti et Laurencij sin-
gulis annis perpetuo duratura et forum septimanale qualibet
feria sexta indicimus instituimus et imponimus, instituimus imponimus ac
indicimus per presentes absque tamen preiudicio Civitatum et oppidorum aliorum circa
in terra predicta Chelmensi consistencium ab omnibus et singulis Mercatoribus, vecto-
ribus et cuiuscunque status gradus et condicionis hominibus more aliorum
oppidorum regni nostri tenenda servanda et exercenda, dantes facultatem eisdem univer-
sis hominibus vectoribus Mercatoribus et institoribus in eodem oppido diebus
fororum predictorum negociandi mercandi forisandi emendi vendendi res
pro rebus commutandi et alia negociacionis officia pro arbitrio exercendi
volentes quoque et sub nostro speciali patrocinio decernentes ut omnes et singuli homines
ad predictum oppidum Urzanye mercatum veniendi et inde recedendi una
et successores eorum potiantur securitate omnimoda, nisi tales fuerint
quos iura non tuentur et quibus merito consorcia fidedignorum de-
negantur. Que premissa omnia firmi et perpetui roboris esse decernimus
tenore presencium mediante. Item cupientes ut oppidum illud frequentiori hominum
pro meliori possessione oppidi illius confluat, dedimus concessimus incolis

Oppidi eiusdem cunctisque statibus et generibus eisdem libertatem nostram
ab omnibus exactionibus, thelonei censibus et praestationum ab exactio
ne Czopowe solutionibus per daciis et contributionibus quibuscumque
quomodocumque nuncupatis nunc et in futurum pro nobis et Republica necessi
tate institutis, hinc ad decennium durandum a data dandam
ad x an. donandamque, damus et donamus presentibus universis exactoribus et
subditis nostris, mandantes quod praefatam libertatem eisdem Oppidanis
de Vsczanye teneant et observent. In cuius rei testimonium etc.
Actum Cracoviae feria sexta post Translationis Sancti Stani-
slai, Anno domini Millesimo quingentesimo octavo, Regni nostri Anno
secundo. Presentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis in Christo pa-
tribus dominis Andrea Archiepiscopo Gneznensi et Primate, Joanne
Cracoviensi et Erasmo Plocensi Ecclesiarum Episcopis, necnon Magnifi-
cis, Venerabilibus et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano
Cracoviensi, Petro Kmitha de Visnycze Palatino Cracoviensi et Mar-
salko Regni nostri, Petro Myszkowsky de Mirow Lanciciensi et Nicolao
de Crzesthowak Lublinensi Palatinis, Nicolao de Kamyenyecz Sando-
miriensi et ~~Capitaneo~~ Cracoviensi ac Exercitus Regni nostri Capita-
neo generali, Jacobo de Buchlinka Voynicensi et Capitaneo Rzeczensi,
Joanne Jordan Rzeczensi Castellanis, Joanne de Lasko Cancellario, Cri-
stophoro de Szydlowyecz Thezaurario, Mathia de Drzewicza Vicecancel-
lario Regni nostri, Joanne Rapsthynsky de Tanczyn Curie nostre Mar-
salko ac Sandomiriensi et Plocensi Capitaneo, Et aliis quamplurimis
Consiliariis et Curiae nostrae, testibus fidedignis fidelibus nostris dilectis.
Datum per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko Ecclesie Gneznensis
et Regni Poloniae Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Consensus obligandi censum de macellis pistorum Ruskoni altariste in capella Hungarorum in ecclesia Cracoviensi

rph.

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo propter merita venerabilis Mathie de
Drzewicza prepositi Skarbimiriensis et regni nostri Polonie vicecancellarii, qui nobis
et reipublice utiliter et honeste servivit, consensimus sibi et admisimus
censum nostrum annuum tredecim marcarum in macellis pistorum Cracoviensium
honorabili Ruskoni altariste in capella Hungarorum in ecclesia cathedrali Cracoviensi
sito, pro quadringentis florenis hungaricalibus per fratrem olim Maiestatis
nostre urgente necessitate publica venditum inscriptum et obligatum iure perpetuo,
in vim tamen reempcionis, alias wyderkaff, reemere pro certo altari erigendo
consentimusque et admittimus tenore presencium mediante per altaristam seu altaristas
pro tempore existentes dicti altaris taliter per dictum venerabilem Mathiam de Drzewicza
vicecancellarium regni nostri erigendum censum prefatum tredecim marcarum
tenendum habendum utifruendum pariter quoque et quiete possidendum iuxta priores literas desuper
concessas. Tali tamen condicione, quod altarista seu altariste pro tempore existentes
altaris taliter ut premittitur erigendi pro singulis quatuor temporibus anni
de censibus nostris pistorum prefatorum Cracoviensium per tres marcas cum uno
fertone pecuniarum recipiet et levabit, recipientque et levabunt, usque ad quadringentorum
florenorum hungaricalium dicto venerabili Mathie vicecancellario
vel successoribus suis eiusdem altaris taliter erigendi patronis per nostros vel
successores nostros pro censu simili emendo et comparando plenariam solucionem.
Quibus solutis extunc dicti census possessio ad nos et nostros successores legitimos reversa
redibit et devolvetur pleno iure. Volumus eciam quod dictum venerabilem
Mathiam de Drzewicza vicecancellarium regni nostri et eius successores legitimos
de censu prefato nemo poterit excipere dumtaxat nos seu nostri successores suis
sortes peccuniis propriis hoc specialiter expresso. Quod si altarista seu altariste pro tempore
existentes eiusdem altaris taliter erigendi omnium casuum fortuitorum adversum si quid quod
deus avertat ab igne vel ab aliquo incomodo evenire contingat in restaurandis
et reedificandis macellis prefatorum pistorum nostrorum Cracoviensium, quo ad quantitatem
summe census predicti equaliter ferre debent. Quapropter tibi Generoso Joanni Jordan de
Zakliczin castellano Biecensi et procuratori nostro generali Cracoviensi ac aliis pro tempore
procuratoribus Cracoviensibus existentibus mandamus precipimusque quatenus altariste seu
altaristis pro tempore existentibus altaris taliter erigendi de censu prefato tredecim
marcarum annis singulis modo premisso respondeas atque pistoribus nostris Cracoviensibus
respondere facias gracie nostre sub obtentu, necnon sub censura ecclesiastica, ad
quas in casu alicuius negligencie non solucionis prefatarum tredecim marcarum
census annui ipsos pistores nostros Cracovienses obligavimus et presentibus nostris literis
obligamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum.
Datum Cracovie feria quinta post festum sancti Martini confessoris proxima anno
domini millesimo quingentesimo quarto, regni vero nostri anno tercio.

Jo. de Lassko regni Polonie cancellarius ????

Consensus obligandi in vim reempcionis censum Carmentarii Cracoviensis Stanislao de Pyotrkow vicesacristiano ecclesie sancte Marie in Cracovia

r g.

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo propter merita venerabilis Mathie
de Drzewicza prepositi Skarbimiriensis et regni nostri vicecancellarii, qui
nobis et reipublice utiliter et honeste servivit, consensimus sibi et admisimus
censum nostrum annuum viginti florenorum in carnificibus nostris Cracoviensibus
Stanislao de Pyotrkow vicesacristiano ecclesie sancte Marie in Cracovia

et aliis Vicesmartinariis pro tempore existentibus pro triginta florenis
in auro et centum florenis in mediantibus per fraternam olim Mar-
statum imminente necessitate publica venditum inscriptum et obligatum
iure perpetuo in vim tamen reempcionis alias na wyderkowo
existens pro dicto altari erigendo consentimus et admittimus tenore presencium
mediante per altaristam seu altaristas pro tempore existentes dicti
altaris tale per dictum venerabilem Mathiam de Dazeburga vicecan-
cellarium regni nostri erigendi censum prefatum viginti florenorum tenendum
habendum utifruendum pacifice quiete et perpetue possidendum tali tamen condi-
cione quod altarista seu altariste pro tempore existentes altaris talis
ut premissum est erigi pro singulis quatuor temporibus anni de censibus
nostris Carmensium prefatorum Cracoviensium per quinque florenos recipiet et
levabit recipient et levabunt usque ad prefatorum viginti florenorum flor-
enorum ungaricalium in auro et centum florenorum in mediis grossis
dicto venerabili Mathie vicecancellario uti successoribus suis eiusdem alta-
ris tale erigendi patronis per nos et successores nostros pro censu simili
emendo et comparando plenariam solucionem quibus solutis extunc dicti
census possessio ad nos et successores nostros libera vicissim redibit et revolvetur
pleno iure hoc specialiter expresso quod altarista seu altariste pro
tempore existentes eiusdem altaris tale erigendi omnem casum fortune ad-
verse si quid quod deus avertat ab igni vel aliquo incomodo evenire
contingat in restaurandis et reedificandis macellis prefatorum Car-
mensium nostrorum Cracoviensium quo ad quantitatem summe predicte equaliter ferre
debent. Quapropter tibi Generoso Johanni Jordan de Zaklyczyn
Castellano Biecensi et Procuratori nostro generali Cracoviensi et aliis pro tem-
pore existentibus procuratoribus Cracoviensibus mandamus quatenus
altariste seu altaristis pro tempore existentibus altaris tale erigendi de
censu prefato viginti florenorum annis singulis modo premisso respondeas
atque Carmensibus nostris Cracoviensibus respondere facias, quos nos sub obtentu
nostro sub censuris ecclesiasticis ad quas in casu alicuius negligencie
in solucione prefatorum viginti florenorum census annui ipsos Carmenses
nostros Cracovienses obligamus et presentibus literis nostris obligavimus. In cuius rei etc.
Datum Cracovie feria ~~sexta~~ Quinta post festum Sancti Martini an-
no domini Millesimoquingentesimoquarto

Cassata

~~Alexander etc. Significamus etc. Quia postquam Spidani nostri de Brzes-
nicza Simon et Severinus Nobilis de ... Adam Wolodzyslawski
tenutarius bonorum nostrorum Brzezie questi fuissent quod ille eosdem Brzes-
niczenses Spidanos quocienscunque eos per bona nostra illa aut quacunque
alia via vel mercibus Cracoviam aut de Cracovia sive aliunde venire con-
tingeret ad solucionem theolonii nostri quod ipsi inibi locorum per totum
Regnum nostrum solvere consueverunt per duos olim predecessores nostros
reges Polonie existentes a solucione cuius liberati et exempti contingit
et astringit per aresta et alios modos extunc licet nos cum Adam
ad instanciam eorundem Spidanorum talibus omnibus ad parendum nec
citavimus tamen ipse ... pro primis duobus sive pro terminis vi-
bus citatus minime comparuit predicti Spidani de Brzesnicza~~

comparentibus et se in eisdem libertatibus et privilegiis confirmari postu-
labant. Nos vero una cum consiliariis nostris revisis et diligenter examinatis
immunitatibus et privilegiis eisdem Brzesinensium ab olim predecessoribus nostris
regibus Polonie concessis et datis decrevimus et diffinimus decrevimusque et decer-
nimus et diffinimus presentibus. Quia quemadmodum predicti universi incole Brzes-
nenses cum quibuscumque mercibus eorum nullibi per per totum Regnum
theloneum nostrum excepto Cracoviensi theloneo salis debent
solvere sed a solucione cuiusvis thelonei nostri in denariis solvendi debent
esse liberi et immunes in perpetuum. In qua libertate ut per ipsum
Adam Wlodzislawsky et quoslibet alios bonorum illorum nostrorum denariis
pro tempore tenutarios et possessores ipsi Brzesinenses conserventur
volumus et sub vadio Mille florenorum Hungaricalium quod presentibus
imponimus ad solucionem huiusmodi thelonei nostri deinceps non compella-
bantur nec quoquomodo inquietentur. In quo quidem vadio omnes prius dictos contra-
tum nostrum contra tenorem nobis succumbet. Nos quoque illud eo ipso ...
mississe decernimus qui eciam premissa ad universorum quorum interest
notitiam deducimus tenore presencium mediante harum nostrarum. Datum Cracovie
feria sexta proxima post festum Sancti Martini Anno domini
Millesimoquingentesimo octo Regni nostri Anno tercio

Vidimus Archiepiscopi Gneznensis super binis literis Walcz et Drahim castra confectum

Andreas dei gracia Sancte Ecclesie Metropolitane Gneznensis Archiepiscopus
et primas universis et singulis presentibus et futuris presentes literas lecturis
et legi audituris notum facimus testificantes tenore presencium. Quia vidimus habuimus
et legimus certas duplices literas tenorem infrascriptorum non abrasas nec
aliquo vicio aut errore infectas sed per omnia sanas et salvas quarum una
cum tenore pergamenea infra inserta habetur duplicatibus
altera vero cuius mentio subinserta duo sigillis in pendulis perga-
menis more solito subimpressis fuerant sigillate et commisit nobis per
Reverendum presentem dominum Ioannem de Lasko Ecclesie nostre prefate et Regni
Polonie Cancellarium nomine Serenissimi principis domini Alexandri dei gracia
Regis Polonie etc. exhibitas pro eo ut eventum rerum et necessitatem futurarum
transsumi et transcribi petitas. Quarum tenores sequuntur de verbo ad verbum et
sunt tales. Nos Henricus Rensik Borkardus de Guntersberk et Borkardus
Jauwer notum facimus quibus expedit universis quod quamvis Serenissimus princeps
dominus dominus Wladislaus dei gracia Rex Polonie etc. dominus noster gra-
ciosissimus universique nobiles nostri fuerunt nobis in sola civitati ...
et fortalicii Walcz pro iusticia facienda prelatos et barones sui consilii
locare et ponere voluisset. Nos tamen clementiam ipsius omnibus graciosam
senciendo iusticiam ad ipso tempore venimus nos ad graciam ipsius animo sta-
bili et hereditario ... proscriptum quod cum dictorum ... potestati
et iuri sue ipsius habere sumus abrenunciamus et abrenunciavimus penitus

et in eorum pro quo nomine eiusdem domini Regis Wladislai ad manus Ra-
corum infrascriptorum videlicet dominorum Thomkonis de Wangloschin [?] pro
pincerne Cracoviensis et Capitanei Maioris polonie Sbigei Marschalci eiusdem
domini Regis polonie Nicolai de Czarnkow Iudicis poznaniensis et Dobro-
gostij de Schamotuli manus manibus supplicando promisimus et te-
nore presencium promittimus pro nobis et nostris successoribus quod nullam de
facto opidi et fortalicij walcz predictorum eidem domino Regi Regnoque
polonie et Corone ac successoribus eius amplius volumus vel debebimus
facere questionem sed neque eos [?] interturbare volumus quicquid nobis de sua
gracia fecerit aut facere voluerit et pro eo sue celsitudini regnanti
iugiter et semper sincera eius protectione nos humiliter submisimus
et tenore presencium submittimus cum bonis que sub ipsius habemus maie-
state / in quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem has litteras
nostras Sigillorum ~~valid~~ robore decrevimus roborandum ipsas quod presentibus
Roboravimus Actum et Datum poznanie feria sexta infra octavas Cor-
poris christi Anno domini Millesimo quadringentesimo sexto Deinde
alterius hic tenor Ego Arnoldus de Copezidowo [?] vna cum fratre
meo germano Jacobo Recognosco tenore presencium quibus expedit vni-
versis Quod promisi et tenore presencium promitto bona fide sine dolo et
fraude quod Castrum Drahem quod de manibus Serenissimi principis domini
Wladislai Regis polonie etc. domini mei graciosi ad beneplacitum voluntatis
Serenitatis sue ~~obtinendo fideliter~~ obtineo fideliter servabo et non alio vel aliis
nisi ipso ad [illegible] quam prefato domino Regi et suo Regno polonie reddon-
quam ymmo a dicto domino Rege et Regno suo polonie cum dicto Castro adherebo
et mandata obediam dicti domini Regis dolo et fraude quibuslibet
proculmotis Insuper promitto spondeo et polliceor pro fratre meo Jacobo
germano absente quod similiter fidelis erit vna mecum domino nostro Regi et
suo Regno polonie Et quod infra hinc et festum Sancti Nicolai pro-
ximum in manus Magnifici Sandiwogij palatini poznaniensis et Capi-
tanei Maioris polonie faciet promissionem fidelitatis eorum dicti Castri et
tam domini quamprimum dicti domini Regis personaliter Item frater meus coram
presenciam vbi demum domino Regi debet fidelitatem promittere qua facta
promissione quod ego castro predicto firmus et liber esse debebit et solutus
Postquam autem dominus noster Rex in maiori polonia constitutus fuerit ex-
tunc ipsius debemus coram presenciam et quando hoc ibi nobis domino Regi
et suo consilio fuerit pertractatum integri promittere et fideliter sua-
de parte Castri supradicti harum quibus Sigillum meum est subappensum
testimonio literarum Datum in Przyszodin [?] feria sexta in crastino omnium Sanctorum
Anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo sexto Nos itaque petici-
onibus ipsius domini Iohannis Cancellarij nostri quo super facto favorabiliter
annuentes prescriptas literas de verbo ad verbum nichil in eis immutando aut
variando sed prout in eorum tenoribus eos vidimus fideliter duximus transcribendas
et transsumendas transsumimusque et transcribimus tenore presencium [illegible] decernendo et
Statuendo vt presentibus nostris transsumptis vbique fides indubia adhibeatur non
minus ac si hec originalia superscripta coram producerentur Et in fidem
ac testimonium premissorum omnium Sigillum nostrum est presentibus subappensum
Actum et datum Cracovie feria quinta proxima post Martini Anno domini
Millesimoquingentesimo quarto Regni vero nostri tercio.

./. x
alienabo aut ali-
[illegible]
nam per se vel
per alium sub-
tut omnes sed
prefato domino
Regi et Regno
suo polonie [illegible]

Recognitio mille quadringentorum flor. Georgio de Paludia per racionem factam debitorum

R/s

Alexander etc. Significamus etc. Quia facientes racionem cum Generoso Georgio
de Paludia Capitaneo Colen. pro famulis nostris per eum impensis Remansimus
ei debitores Mille quadringentos florenos quemlibet florenum per medium
tria Milia florenorum in mediis grossis per triginta grossos florenum quemlibet
computando, in mutuum recepimus, et insuper debemus et tenemur eidem
Nicolao duo Milia florenorum racione et nomine predictorum, que duo Milia flo-
renorum, de bonis Paderevo ad castrum capitaneatus nostri Sandomiriensis pertinentibus
ad aliqua bona nostra tenute eiusdem Nicolai transferre debebimus et debemus
ex certis condicionibus sparatim inter nos et Generosum Stanislaum de Cu-
rozwanky Capitaneum Ohelmensem, dum ipse Stanislaus bona nostra Paderevo
nobis resignabat, sparatim vero inter ipsum Nicolaum palatinum et dictum Stanislaum
eius nepotem, in divisione bonorum post mortem olim Magnifici Petri de
Curozwanky Castellani Sandomiriensis et Thezaurarii Regni nostri, ad eos devo-
lutorum, factis. Quorum omnium debitorum summas unam per nos ipsi Nicolao de-
bitam, videlicet quinque Milium florenorum mediorum grossorum per triginta grossos in
unum florenum deputatorum presentibus recognoscimus, de qua summa et debito prefato
nostro Nicolao predicto et successoribus suis indempnitati cavendo efficere volentes
predicta quinque Milia florenorum per triginta grossos computatorum in mediis
grossis prefato Nicolao et successoribus suis de consilio consiliariorum nostrorum
in et super bonis nostris videlicet Castro Siracz ac oppidis Siracz et Schadek
ac villis Brodnija, aliis quoque villis predictis et Molendinis ad castrum et
oppidum Siradiense et oppidum Schadek pertinentibus in quorum etiam possessione
sumus Inscribendum duximus et inscribimus presentibus per ipsum Nicolaum
et successores suos tenendos prefata bona nostra Castrum Siracz ac oppida
Siracz Schadek et villas Brodnija aliasque quoque villas nemini tamen
obligatas ad castrum et oppida prefata pertinentes cum omnibus et singulis predictis
oppidanis kmethonibus, oppidorum et villarum incolis, advocaciis Sculteciis et
Sceniis, Advocatorum Sculteciorum et scenatorum censibus, et bellicis et curribus pro
expedicione bellica nobis dari solitis, kmethonibus Thabernatoribus ortulanis
colonis Inquilinis laboribus Angariis honoribus et penis et iuribus, agris
pratis campis ortis curiis ortis arcis frumentis Decimis frumentorum et
annonarum, stacionibus Daciis alias Spyzarij ovibus gallis avenis pecoribus
pecudibus silvis borris Gayis Nemoribus Rubetis, quercetis venacionibus
Aucupacionibus apibus Mellificiis et Mellis ex eis proveniente, fluviis stagnis
Aquis Torrentibus et eorum decursibus, piscinis piscinulis, Sitagis et piscinarum
Vivariis piscatoriis piscibus, aquatilibus equestribus et campestribus Molendinis
eorumque emolumentis universis et singulis aliis utilitatibus fructibus redditibus
et obvencionibus universis quocumque nomine appellatis et appellandis nunc
et in futurum in bonis predictis existentibus, ac etiam Thelonijs et eorum pro-
ventibus quorumque locorum exigi solitis ad castrum et oppida prefata pertinentibus
Cum omni iure dominio et proprietate tenenda habenda possidenda et utifruenda pacifice
usque quo dicta summa quinque Milium florenorum per nos et successores nostros
Nicolao prefato et successoribus suis fuerit persoluta, quibus solutis pos-
sessio bonorum eorundem ad nos et successores nostros devolvetur pleno iure In-
terimque nostris semper salvis. Verum quia ipse Nicolaus ex speciali sua in nos
et Rempublicam Regni nostri affectione et benivolencia nulla hinc usque ad
presentem de bonis predictis emolumenta nullos quoque census redditus utilitates
percepturus erit, sed ea et illos nobis et Reipublice ex dilectione sua indulsit et
presentibus indulget, Itaque eis condicionibus pro nobis et illo presentibus inscribimus
circa possessionem bonorum omnium prefatorum Castri oppidorum et villarum eximere

ei dedimus et damus presentibus Ita tamen non prius quam decursis annis duobus
a die datarum presentium computandis die dominico conductus pasce anni domini Mille-
simi quingentesimi quarti, se intromittet ad bona predicta nostra. Easque pos-
sidebit ordine supscripto usque ad exemptionem. Et vero neque pro maiori
cautela quevis contraria ipsi Nicolao et successoribus suis ipsa obsset
ac possessionis apprehensionem ad Byennium suspendat, promittimus sibi suc-
cessoribusque suis pro nobis et successoribus nostris et in verbo et in huma-
nitate nostris Regiis, promittimus et pollicemur presentibus quia mox decursis
annis duobus si predicta quinque Milia florenorum sibi non solverimus extunc
intromissionem realem et actualem in universa bona supscripta sibi et suc-
cessoribus suis die predicta dominica anni Millesimi quingentesimi quarti
daturi sumus et danda pollicemur. Qui aut successores eius
nemini. Itaque ipse Nicolaus coram nobis sanus mente et corpore existens
recognovit, quod casu quo morte extinctus esset, ad ipsius Nicolai instantiam
humilesque petitionem damus eidem Nicolao presentium vigore litterarum nostrarum
consensum Regium nostrum omnes et singulas pecuniarum summas quascumque
in eisdem et aliis bonis nostris in quibuscumque terris et districtibus existentibus
tenente sive habet inscriptas personis quibuscumque, quibus maluerit spiritualibus
vel secularibus consanguineis et non consanguineis Regnicolis et
indigenis nostris, nobis tamen et Regno nostro fidelibus atque subiectis sive eciam
ad quevis pia opera testamentaliter sive in ultima voluntate sive quovis
alio tempore sive per litteras suas Regias proprio suo sigillo sigillatas que manu
propria sua subscripte essent sive coram publico notario aut publicis notariis
resignandi donandi legandi et inscribendi sive legate sive eciam
per illum vel per illos cui vel quibus legandas donandas et inscri-
bendas duxerimus duxerit habendam perpetuo et tenendum iuxta vero Nicolai
intentionem tunc describenda et presentium litterarum tenore. Et quia quedam
Statuta Regni nostri et presertim Nyeschoviensi prohibent nemini obligare
Castra et Civitates privilegiales sub certis penis in statutis illis descriptis
Quapropter cum ipse Nicolaus premissa nobiscum fecerit non cupiditate inspira-
tus sed nostris et Reipublice gratia, Ideo duximus eum vigore statuti et statutorum predictorum
Regni nostri inscriptionis Civitatum Castrorum et capitaneatuum principalium fieri
prohibentium, tamen quo ad effectum presentium consequendum ac quo ad personam
dicti Nicolai et eorum quibus summas ipsas quinque Milium florenorum sive resi-
gnaverit sive testamentaliter legandas inscribendasque duxerit, suspendendum
duximus et suspendimus ex plenitudine auctoritatis nostre decernimus Quod Statuta
illa Nicolaum ipsum et eos in quos donaciones fuerint afficere ledereque non
debeant neque poterunt usque ad exemptionem bonorum supscriptorum. Et si aut
vigore illius Statuti vel ex ex eorum subditorum ~~more dicto~~ Regni nostri
decreto seu laudo aut ex antiquo defectu inscriptionem summas ipsas aut
bonorum predictorum tenutas amissurus esset, Nos in eo casu nos successores
que nostros obligamus et presentibus inscribimus promittimusque verbo nostro Regio et sub
humanitate nostris Quod predictam summam quinque Milium florenorum ipsi
Nicolao et successoribus suis solvere debemus plenarie. Harum quibus
Sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Cracovie feria
tertia in crastino sancti Marci Ewangeliste Anno domini Millesimo
quingentesimo quarto Regni vero nostri Anno primo

Relatio venerabilis Mathie de
Drzewicza Regni procancellarii

Iudicatus Buszen

Datus est Iudicatus Buszen Nobili Nicolao Dambski Sabbato in die Sancti Clementis Anno domini 1500 Cracovie

Subiudicatus Buszen

Eisdem loco die datus est subiudicatus Buszen Nobili Iacobo Belzyczki de Podgaie per prementionem Generosi Nicolai ~~de Krzyvve~~ Dampsky de Krzyvve ad subiudicatum vacans.

Notariatus Buszen

Et anno die loco quibus supra datus est Notariatus Buszen Nobili Iozeph Zurathynski de Zurathyn

Confirmacio privilegii super villam Bozy Capituli Ploczen.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quidquid Regia Maiestas suis fidelibus iuste vel demum concedit vel eam dudum per divos predecessores suos concessum innovat, roborat et confirmat, id ne e memoria humana evanescat, tenoribus literarum mandare sigillisque autenticis et testibus fidedignis perhennare consuevit. Proinde nos Alexander dei gracia Rex Polonie, Necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Magnus dux Lythwanie, Russie, Prussie, Culmen., Elbingen., Pomeranieque et dux et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quod pro parte venerabilium prelatorum et canonicorum totiusque Capituli Ploczen. tale privilegium infrascriptum super villam mense eorum Bozij est coram nobis exhibitum ~~supplicatumque est nobis~~ illud propter digesti operis subappositi fractionem et destructionem ~~per nos~~ innovare approbare et confirmare dignaremur. Cuius tenor sequitur.

(In margine: cum ea peticione ut … et asserens se in corporali possessione fuisse pacifica)

In nomine domini nostri Ihesu Christi Amen. Cum cuncta subiaceant vanitati, nullusque debitum carnis universe subterfugere valeat, congruum videtur et utile, ut ea que a memoria hominum cum labentibus labuntur temporibus, literarum testimoniis fulciantur, ne morte interveniente oblivioni tradantur. Notum igitur sit omnibus presentibus futuris presentem paginam inspecturis. Quod ego divina gracia dux Mazovie et Cuiavie bona voluntate consensu uxoris mee omnibusque filiis meis voluntarie consentientibus vendidi Bernoldo et Fedoldo fratri eius omnibusque filiis heredibus eorum que Bozy nuncupatur cum omni utilitate que nunc est vel in futurum in ea vel in terminis eius evenire poterit In agris campis cultis et incultis pratis pascuis aquis lacu medio et Cerkiewnica mellificiis et in aliis omnibus perpetuo et hereditario iure possidendam. Numerus autem precium huius vendicionis Centum triginta Marce argenti. Addidi et super eadem precium predicte ville quosdam agros sibi adiacentes cum pratis et paludibus in Czyechowijm spectantibus usque ad medietatem paludis ad pontem et de ponte ad viam que dividit Bozy et Czyechowijsza cum medio lacu et angulo circa lacum cum Cerkiewnica que possedit olim Godlandra. Acta sunt hec anno gracie Millesimo ducentesimo vicesimo septimo presentibus hiis testibus Ricardo cancellario, Nicolao Galardo, Domanugtone thezaurario, Latera Godlandone, Vithone. Nos itaque attendentes premissum privilegium fuisse verum et omni vicio suspicionis carens petitionibus predict

huiusmodi tamquam iustis annuentes illud de speciali gratia, consiliariorumque Regni
nostri ac de consensu consiliariorum nostrorum nobiscum tunc existentium
~~prefatum quia afferebat se in bonorum prefatorum possessionem fuisse~~
positum In omnibus punctis clausulis et articulis duximus innovandum
ratificandum approbandum et confirmandum Innovamus Ratificamus approbamus
et confirmamus decernentes illud robur debite ac perpetue firmitatis
obtinere, tenore presentium mediante, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum
presentibus est subappensum Actum Cracovie feria Sexta in crastino purificationis
beatissime Virginis Marie, anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni vero
nostri tercio, presentibus ibidem Reverendissimo in Christo patre domino Erasmo Episcopo
plocensi ac Magnificis Venerabilibus et Generosis Nicolao de Crzczowski
palatino Lublinensi Dobrogosto de Ostrorog Castellano Poznaniensi Johanne
de Lasko Cancellario Jacobo de Schydlowiecz Thezaurario Regni nostri
et Lanciciensi Castellano Johanne Lyczek de Wyszenicze Succamerario Janussio
Swyatkowsky Johanne de Buczacz, et Stanislao Lyczek de prefata
Wyszenicze aliisque quamplurimis consiliariis et Curie nostre Sincere et
fidelibus dilectis, ad premissa testibus. Datum per manus prefati Venerabilis
Johannis de Lasko Regni nostri Cancellarii Sincere nobis dilecti.

Recognitio Satisfactionis pro bonis Sokolowo per nepotes Wyelhopolsky facta

Alexander dei gratia Significamus etc. Quia Nobiles Mathias Jezyk
et Byenasch Nepotes ex parte Generosi olim Georgii Wyelopolsky
Curie nostre coram nobis personaliter constituti, recognoverunt, Quod Ge-
nerosus Johannesandreas de Buczacz Curie nostre dapifer pro bonis Soko-
lowo in districtu Haliciensi sitis ad prefatum olim Georgium Wyelopolski
pertinentibus solvit et satisfecit, de qua solucione satisfactione eum quit-
tarunt In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subimpressum
datum Cracovie feria tercia post festum beate Katherine anno domini 1504

Mandatum ad Capitaneum ut det possessionem Johanniandree Buczaczky in villam Sokolowo

Alexander dei gratia ~~Significamus etc.~~, Magnifico Stanislao de Chodecz
Castellano et Capitaneo Leopoliensi Sincere nobis dilecto Gratiam Regiam Et
absente vicecapitaneo Haliciensi Magnifice Sincere nobis dilecte
Nobiles Mathias Jezyk et Byenasch nepotes olim Generosi Ge-
orgii Wyelhopolsky Curie nostre Coram nobis personaliter constituti
recognoverunt, Quod Generosus Johannesandreas de Buczacz dapifer
noster ipsis pro bonis Sokolowo villa, in terra et districtu Haliciensi
Jacentibus ad eundem olim Georgium pertinentibus satisfecit, et pro
tanto committimus Sinceritati tue Mandantes, quatenus prefato Johanniandree
prefatorum bonorum ville Sokolowo possessionem det et effectualiter consignet,
et aliter pro gratia nostra non facturus datum Cracovie feria tercia post
festum beate Katherine, Anno domini 1504

Consensus

Vendicionis Census annui quindecim Marcarum in vim reempcionis in bonis Johannis Tanczinski hereditarijs per ipsum Johannem facta

Alexander etc. Significamus etc. Quia ad peticiones Prelatorum et Baronum Regni nostri, nobis pro parte Generosi Johannis de Thanczyn Curiensis nostri, fidelis dilecti, factas, dedimus de speciali gracia nostra, in bonis suis hereditarijs quibuscumque, in quacumque terra aut districtu consistentibus, Censum annuum quindecim Marcarum monete et numeri polonicalis, qualibet in Marca quadraginta octo grossos computando, sub modo contractus reempcionis alias Narederkow, pro summa pecuniarum iusta in talibus dari solita vendendum et resignandum beneficijs quibus ecclesiasticis erectis vel erigendis per eum ad quem pertinet, ascribendum incorporandum et inviscerandum, Consensimus et admisimus, Consentimusque et admittimus tenore presencium mediante, per eum vel eos, qui huiusmodi censum emerit vel emerint, tenendum habendum utifruendum pacifice et quiete possidendum, tamdiu donec huiusmodi Census per ipsum Johannem aut suos successores redimetur. Ita tamen quod prefatus Johannes Thanczinskij, cum suis successoribus de eisdem bonis hereditarijs, in quibus ipse census quindecim Marcarum venditur, Expedicionibus bellicis et alijs oneribus publicis de iure terrestri aut antiqua consuetudine Regni nostri, nobis et successoribus nostris debitis satisfacere tenebitur et erit obligatus. harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Cracovie feria tercia in Crastino festi Sancte Katherine Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

rp.

Expectativa Joannis Salomonis Cath. super Preposituram Scarbimirien.

rp.

Alexander etc. Significamus etc. Quia certis bonisque nos respectibus peticione et consiliariorum nostrorum precibus nos hac in re agentibus ad hoc accedente consensu Venerabili et Nobilibus Johanni Abbati Claratumbe, petro Salomonis consuli, et Nicolao filio suo civi Cracoviensi nobis grate dilectis, iurem Regium Iurispronatus et conferendi prepositure Skarbimiriensis, cuius Venerabilis Mathias de Drzewicza Regni nostri vicecancellarius nobis sincere dilectus in presenciarum existit possessor, pro vnica duntaxat vice et primaria vacacione per ipsius Mathie vicecancellarij cessionem vel decessum aut muneris consecracionis in Episcopatibus quibuscumque futura de certa nostra sciencia duximus dandum donandum et gratiose largiendum, damusque donamus et largimur tenore presencium mediante. Vigore cuius donacionis, prefati Johannes abbas, petrus et Nicolaus aut vno eorum ab humanis exempto duo superstites eorum habebunt plenam et sufficientem potestatem, et omnimodam facultatem, domino loci ordinario pro tempore existenti Cracoviensi clericum ydoneum ad dictam preposituram Skarbimiriensem, dum principaliter quomodocumque modo vacaverit, videlicet Johannem Salomonis de Cracovia Vtriusque Iuris doctorem, Canonicum Cracoviensem, et ipsius petri filium, vt moris et consuetudinis est presentare. Et pro tanto vobis Reverendissimo in Christo patri domino Johanni

Epo moderno Cracovien. et alijs in futurum existentibus presentibus committimus
assertam, quatenus prefatum Johannem Salomonis utriusque Juris doctorem de ipsa
prepositura Skarbimirien. occurrente primaria illius vacacione quandocunque modo
fienda, instituat et confirmet ad presentacionem eorundem Johannis abbatis et petri
Salomonis ac Nicolai filii sui aut uno eorum e medio sublato duorum superviventium.
Quia presentes nos ita grata et rata ac firma volumus haberi, ac si sub
nomine et sigillo nostro Regio confecta fuissent, decernentes presentes donacionem nostram
aliqua temporis futuri diuturnitate non obstante ad tempus vacacionis valituram
conservari et ut ipsa donacio nostra pro ipsius efficaciori firmitate auctoritate
ecclesiastica competenti confirmetur, et prout ordo Juris canonici exposcit
robur suis firmetur. harum quibus sigillum nostrum est subappensum testi-
monio literarum. Datum Cracovie feria quarta proxima post festum sancte virginis
katherine anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri anno tercio

Donatio Testudinis pro exigendo Capitolio in Ecclesia Ploczen.

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam. Munificencia Regum
quicquid liberalitatis sua dextera vel pro subditorum suorum felicitate spirituali
vel pro ecclesiarum augmento necessitateque erogat pie aut munifice, ut
perhennitatem obtineant literarum mandare consueuit. proinde Nos Alexander
dei gratia Rex polonie Magnusdux Lythwanie Necnon terrarum Cracovie Sandomirie
Siradie Lancicie Cujavie Russie prussie Culmen. Elbingen. pomeranieque
etc dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus
et futuris harum noticiam habituris. Quia Reverendi in Christo patris domini
Erasmi Epi ploczen. devoti nobis dilecti petitionibus annuentes, Testudinem
pie felicis memorie ducis Mazovie predecessoris nostri in ecclesia Cathedrali
ploczen. gloriosissime virginis Marie, tandem ad Thezauros ducales ser-
vandos fundata ac fabricata ex opposito Sacristie superioris in dextra
parte sita, pro Capitolio erigendo sibi et illius ecclesie ploczen. predicte
Capitulo contulimus dedimus donavimus et prefate ecclesie incorporavimus
Conferimusque damus donamus et incorporamus presentibus per ipsum dominum
Episcopum et eius Capitulum predictos eorumque posteros prefata testudine
tenenda habenda pacifice et quiete possidenda ac pro Episcopi et Capituli pro
tempore existencium ecclesie predicte voluntate ad condicionem eius habendi Capitolii
convertenda perpetue et in evum. Tenore presencium mediante. In cuius rei
testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum Cracovie feria
quinta proxima post festum sancte katherine virginis Anno domini Millesimo
quingentesimo quarto Regni vero nostri tercio presentibus quibuscumque. Datum
per manus eiusdem supra

Consensus reformatois dotis et dotalicii Generose Anne de Lassko super bonis ~~nris~~ Regalibus Capitaneatus Vissuen

Alexander etc Significamus etc Quia annuentes petitionibus Generosi
Jacobi de Glinky Capitanei Vissuen fidelis nri dilecti Consensimus
R[e]g[istra]ta. sibi et presentibus consentimus literis nris: ut et super bonis nris Rega-
libus: Capitaneatus Vissuen: tenute sue. ac super summis pecuniar[um]
eidem Jacobo in eisdem bonis nris iuste inscriptis Generose Anne
de Lassko consorti sue legitime reformationem dotis et dotalicii inscri-
bendi: decernen[tes] per ipam Annam et ipius legitimos successores bona
predicta nra per eundem Jacobum inscriben[da] iuxta vim et tenorem
Iraru[m] originalium super bona illa habitarum ac iuxta iuris commu-
nis consuetudinem tenen[da] haben[da] et pacifice possiden[da]. usque ad exemp-
tionem Ita tamen quod in ipa inscriptione et reformatione dicte Anne facien-
sume non augeantur ultra summas in literis inscriptionum origina-
libus inscriptas. Salvis Juribus nris. harum quibus etc. Dat. Crac.
Sabbato festi sancti Andree Anno dni 1504 Regni nri tercio

Pyathniza Bozerowo

X Jacobo. Dimissio villarum Pyathnyeza et Bozenerowo in terra Vizuen sitarum
tenute Generosi Jacobi de Glynsky Capitanei Vizuen data a
libertate ab exactionibus omnibus et singulis nris et Reipublice con-
R[e]g[istra]ta. suetis ad presens propter destructionem segetum in eisdem villis atque pecorum
in estate per grandinis tempestatem factam, ubi modo coloni vel
laborantes exinde diffugerunt et ad terras prussie quibus eciam ipe
ville continuntur fugerunt, Et mandatum est Reverendo
modico Exactori etc ita ut se et ministros ipsius Capitanii rusticis suis
ex toto dicto non preperat, Dat Cracovie feria sexta
vigilia sancti Andree Apostoli 1504 Regni nri tercio

Resignatio portulanatus in Vnelinzka Ven[e]l[l]i Nicolao Cazanowskij

R[e]g[istra]ta. Alexander etc Significamus etc Quia in nra presentia constitutus Generosus Clemens
Brandis de Crabyschyze officium suum portulanatus quod habet in Vnelinzka Venelli
Nicolao Cazanowsky libere in manus resignavit Quamquidem resignationem ratam et presentibus
literis nra nobis factam rata et grata haben[tes] admisimus approbavimus et admissis
presentibus que admittimus consentimus et approbamus pro ipso Nicolao prefatum officium cum
omnibus et singulis censibus redditibus proventibus prerogativis et libertatibus ad of-
ficium illud ex antiquo spectantibus tenendum habendum et possidendum pacifice et quiete
usque ad extrema tempora vite sue propterea quod ac ut prius resignatio et nra admissio
ac approbatio nullo modo ex impedimento aut eventu quorumcumque et singularum
expectativarum gratiarum forsan ad illud officium assequendum datarum vim et
effectum tollamus et suspendimus Idcirco tibi Generoso Johanni Jordan de Zakliczin
Castellano Bieczen et zuppario nro Cracoviensi et pro tempore existentibus zupparius mandamus
quatenus ipm Nicolaum predictum et libere officiali portulanie prefate tractetis sibique de censibus
redditibus proventibus ad prefatum officium ex antiquo spectantibus respondeatis et responderi
faciatis ad votum zupparie nre Dat Crac feria quarta ante octavas omnium sanctorum
Anno Dni Millesimo quingentesimo quarto Regni nri tercio

Littere indemnitatis Rothmagistrorum Calus et Simoni [illegible]

Significamus tenore presencium quibus expedit universis Quia Nobilem Joannem Calus Rothmagistrum nostrum cum comitiva sua Ducentorum peditum et [illegible] in servicium nostrum suscepimus. Suscepimus quoque presentibus quod eis a die conscripcionis incipiet et durabit ad quartale anni Cui super quemlibet peditem per quinque florenos et super quemlibet peditem per decem florenos pro quolibet quartali anni daturi sumus. Stamus insuper eos per continentiam et damnis in ipso servicio nostro iuste perpessis Harum [illegible]

Simon Culbadri in totidem equis et humanis personis peditibus susceptus est in servicium quod ei incipiet a die conscripcionis et durabit ad quartale Anni Cui super quemlibet peditem et equitem totidem dabitur ut suprascriptum.

Consensus emendi villae Lubomirzka Nobili Thome de Corithnijcza datus

Alexander etc. Significamus etc. Quia intelligentes ex donacione ville Lubomirzka seu Damian in districtu Radomiensi site per Serenissimum principem dominum Wladislaum Regem Polonie antecessorem nostrum Nobili Damiano de Brzin facta nobis successoribusque nostris consensum reservatum esse. Sic quia quociens prefatus Damianus successoresque sui villam predictam venderent noster super id adhibendus esset consensus. Cum igitur prefata villa Lubomirzka per Nobilem Thomam de Corithnijcza fuisset ab successoribus legittimis ipsius Damiani vigore a Nobilibus Petro et Johanne de Zathorzije annis superioribus empta Nos de speciali gracia nostra emptionem prefatam ipsius Thome ratam et gratam habentes duximus approbandum et confirmandum presentibusque approbamus confirmamus et consensum nostrum prebemus decernentes ipsam emptionem robur firmitatis perinde habere, uti tempore emptionis predicte consensus noster seu dominorum antecessorum nostrorum ad eam tunc accessisset. Pro quo decernimus et consentimus prefatam villam iuxta vim et formam privilegiorum super eandem per predecessores nostros iuste concessorum per possessores modernos legitimosque ipsius Thome successores tenendam habendam et possidendam pacifice et quiete in evum Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Cracovie feria tercia ante festum Sancte Barbare Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri tercio. — Rgr

Consensus propinandi cerevisie extranee in Wieliczka Andree Niewiarowski civi Wieliczensi datus — Wsl.

Alexander etc. Significamus etc. Quia ~~[illegible]~~ habentes commendata virtute Nobilis Andree Niewiarowskij consulis Wieliczensis peticionibus pro parte ipsius nobis oblatis annuentes sibi de certa sciencia et gracia Regiis nostris ad[illegible] et concessimus admittimusque et concedimus presentibus duo vasa cerevisie Proschowien seu Czyesthimen aut alius cuiuscumque videlicet advecte — Singula habentes

in domum suam singulis septimanis deponere ac pro usu suo et hospitum
suorum eandem cremisia propinare Qua in libertate nostra presentium volumus
~~[illegible]~~ duratura Quocirca vobis Generoso et prudenti
Petro de Schydlowyecz succamerario Cracoviensi ac proconsuli et Consulibus
~~[illegible]~~ universis huiusmodi libertatem nostram intimantes Mandamus quatenus
prefatum Andream in ea libertate conservetis et conservari faciatis ipsumque
contra premissorum non impediatis nec quoquomodo molestetis aliterque non
facturi pro gratia nostra harum quibus sigillum nostrum est subappensum
testimonio literarum Datum Cracovie feria tertia ante festum sancte Barbare Anno
domini Millesimoquingentesimoquarto Regni nostri tertio

ad bene placitum nostrum

Lublinen.

Datus est Succamerariatus Generoso Stanislao Cazanowsky
vacans post mortem Generosi Johannis Ossolinsky eiusdem ultimi
et immediati possessoris Cracovie feria quinta in crastino Sancte
Barbare Anno domini 1504

Rp

prerogativa Cancellarii Regni in Masovia

Johannes de Lasko Regni Polonie Cancellarius Magnificis Generosis
et Nobilibus dominis dignitariis et officialibus Terrigenisque terre
Ploczensis fratribus et amicis charissimis Salutem paterne charitatis
et omnis boni augmentum Magnifici Generosi et Nobiles domini
fratres et amici Charissimi Cum pro vetusta consuetudine inter
alios dignitarios officiales et censores terrestres Judiciis et actionibus pub-
licis presidere solitos Cancellarius Regius in terris Mazovie suam quoque
consueverit presidentiam Nos quoque laudabili illi terrarum Mazovie ~~inmitendo~~
~~consuetudini~~ inmitentes consuetudini intendere per se non valentes hiis que
nunc et nobis simul imperitent expeditionibus auctoritatibusque terrestribus
pro nobis ad terram Plocensem dictam Nobilem Stanislaum Kudowsky Surroga-
tum eumque surrogatorem nostrum constituimus eas hortantes ut ad usque voluntatem
nostram eidem ipsi Stanislao Kudowsky locum nos ex dignitate officii
nostri concernentem inter se assignetis et respondeatis per aliosque respondere
mandetis de hiis que ex consuetudine terrarum Mazovie veteri ad nos
pertinere noveritis valeatisque feliciter Nos autem in harum testimonium presentibus
literis sigilli nostri subimpressionem communiri fecimus Datum Cracovie feria
quinta ante festum sancti Nicolai proxima anno domini 1504

Rp

Translatio Marcellarii in Civitate Costen.

Da

Alexander etc. Significamus etc. Quia licet a fundacione ~~Civitatis~~ Opidi nostre Costen Carnium Macella in circulo ~~illius Civitatis~~ situm habuerit. Tamen cum anno proxime preterito infelicis ignis eventus Opidum ~~fundetus~~ exterruit ~~funditus~~ communibus incolarum Opidi illius annuentibus peticionibus predicta Macella de ipso loco circuli in locum seu plateam que se in ibi a maiori hostio Ecclesie parrochialis ad plateam Glogovien. protendit ac inter dorsa domorum circuli ex una et Andree Urban versus Ecclesiam ~~predictam~~ ac Martinum Pyatka ad plateam prefatam Glogovien. hereditates partibus ab altera extendit. Hec ipsa carnium macella consensimus et admisimus consentimusque et admittimus presentibus per incolas Opidi illius transferenda et transponenda. Quo loci ea exigi et constitui decernimus et mandamus sic ut communi Opidi eiusdem utilitati et condicioni meliori expediens erit. Salva tamen cuiuslibet in illa ipsa area ad quam fit translatio iustitia. In fidem etc. et testimonium premissorum omnium Sigillum nostrum est presentibus subappensum Dat. Cracis Sabbato in Vigilia Concepcionis gloriose Virginis Marie Anno domini 1504 Regni nostri tercio.

Nos vero [illegible] lexi ... [illegible] macellorum ... in opidi ... [illegible] ... et ... [illegible] locorum

Iure vero salvo [illegible] ... [illegible] in ante ... macellis ... [illegible]

Littere feodales Ducatus Mazovie

Da

Alexander etc. Significamus etc. Quia post diuturnos tractatus inter preclaram dominam ducissam genitricem necnon Magnificos Johannem de Zamyenye palatinum Czyrnen. Alexandrum de Nadarzyn Castellanum Czyrnen. Johannem de Oyrzanowo Varschouien. Andream de Zaborowo Wyschegroden. Andream de Myinsko Zakroczimen. Nicolaum de Obori Czyechanowien. Martinum de Mrokowi ~~Czyechanowien.~~ Liwen. Castellanos et alios consiliarios spirituales et seculares ~~prelatorum~~ preclarorum Stanislai et Johannis ducum Mazovie filiorum olim preclari Conradi ducis Mazovie nomine eorundem ducum pupillorum ex una et nos ac Regnum nostrum partibus ex altera hic impugnationum habitos pro ducatibus Mazovie terris civitatibus districtibus castris oppidis villis et bonis videlicet Varschewa Wischegrod Zakroczym Czyechanowo Lomza Nowigrod et villis Camyon Mlodzyeschyn Przeslawcze in terra Costinen. sitis quos literis antiquis infeodacionum ac etiam novis per dictum olim Conradum datis ad nos Regnum que nostrum pertinere ostendebamus per mortem eiusdem olim Conradi ducis Mazovie sic quia erant universa bona predicta per serenissimum olim dominum Johannem Albertum antecessorem et germanum nostrum prefato olim Conrado duci ad mortem duntaxat concessa atque inscripta et que per mortem dicti olim Conradi ducis habere volumus veluti iure feodi tempore olim predicti domini Johannis Alberti ad eundem olim dominum Johannem Albertum Regem post mortem preclari olim Janussii ducis Mazovie devolutas ipsis iure feodi instantiam que involucionis impugnationibus sic quoque nomine

predictorum ducum pupillorum petentibus eos conservari in iure
antiquo hereditario et in possessione pacifica perpetua predictorum duca-
tuum ac bonorum tanquam semper et tempore olim domini Johannis alberti
Regis ad olim eundem principem Conradum ducem successione fraterna et
post mortem ducis Conradi ad predictos duces pupillos iure proprio
devolutorum post diversas que allegaciones et responsiones utrimque habitas
tandem de consensu et consilio prelatorum Baronum Consiliariorum
Regni nostri polonie spiritualium et secularium in presenti convencione ge-
nerali existencium ad composicionem deveniq infrascriptam videlicet quamvis
ut ostendebamus in statu ducali et ducatibus Mazovie iure feodi
ad Regnum polonie ex antiquo pertinentibus ~~in presenti convencione generali~~
~~existentium~~ frater fratri succedere non consueverit nec debuerit tamen
ex nostra pietate Regia concedimus ut quilibet predictorum ducum Sta[nislaus]
et Johannes alter alteri iure fraterno debebit succedere successionem
eorum iure consueto predicto per nos ostenso non impediente hec vero
successionis concessio ad vitam tantummodo eorundem fratrum Stanislai
et Johannis ducum Mazovie valitura erit inter filios tamen
et successores eorum alios se non extendet sed iure feodi et
consuetudine antiqua succedent Quamobrem Nos ducatus et
terras suprascriptas ad nos per mortem dicti olim Conradi
devolutos predictis ducibus Stanislao et Johanni ipsorumque filiis
et successoribus masculis infeodavimus et denuo in tale feodum
quale ex antiquo in terris et ducatibus Mazovie ad nos Regnum
que Regnum polonie pertinentes teneri consuevit dedimus presentibusque
damus et infeodamus tenendum habendum que perpetuo sub condicionibus
infrascriptis Item post mortem ducum predictorum prole masculina
aut filiorum successorum que ipsorum masculorum deficiente filiabus
superstitibus pro condicione ipsarum primum et precium vigore per nos
successoresque nostros Reges polonie maritatis ut promissis ducatus
terre et bona predicta et alia eorundem ducum ad nos successoresque
nostros Reges polonie et Regnum iure feodi consueto pertinebunt et
devolventur una cum terra Czyrnen sine tamen preiudicio et offensa
reformacionis dotis et dotalicii prefate Anne ducisse illic per prefatum
olim Conradum ducem Mazovie Contoralem eius iuste facte et
inscripte de quibusquidem ducatibus et terra Czyrnen duces predicti
et successores eorum nobis et successoribus nostris Regibus polonie
parere servire ac contra quemlibet hostem iuxta consuetudinem
antiquam nos successoresque nostros et Regnum polonie fideliter adiuvare
tenebuntur Quod vero ipsa ducissa cum consiliariis ducatus Ma-
zovie ad etatem ducum predictorum et cum tutoribus legittimis facere
tenebuntur salva solucione consueta per Mazovie duces subditis suis
de thezauro ducatus facienda Nos vero et successores nostri Reges po-
lonie pari modo duces predictos veluti nostros Regni que nostri feodales

principes ab omnibus hostibus eos invadere volentibus Ac credere ad id potencia et viribus ducum ipsorum defendemus Ac duces ipsos et universos alios ducatuum terrarum et districtuum predictorum Ac etiam terre Czirnen incolas in Iuribus consuetudinibus et prerogativis omnibus et libertatibus antiquis conservabimus et tenebimur successores quoque nostri conservabunt et tenebuntur Hec autem composicio et infeodacionis ordinacio ut nulla irritetur contrarietate novitate deventum est ad id inter nos Regnum quoque nostrum ac ipsam ducissam Annam consiliarios quoque predictos et communitates ducatus Mazovie nomine predictorum ducum Mazovie quia ipsi duces sub amissione infeodacionis huiusmodi in primo etatis adulte anno nobis et successoribus nostris polonie Regibus omagia prestabunt feodumque et infeodacionem recognoscent premissa omnia corporalibus firmabunt iuramentis suas nobis et successoribus nostris litteras dabunt et alias a nobis et successoribus nostris innovacionis feodi litteras accipient premissa quoque et suprascripta contenta ratificabunt firmiterque tenebunt et pro successoribus se inscribent iuxta iura et consuetudinem feodi antiquum ut prefertur in regno polonie et ducatibus Mazovie servari haberi quoque solitum atque solita harum etc est subappensum Datum in Conventione generali pyotrcovien feria quinta ante dominicam Oculi Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri tercio presentibus Reverendissimo et Reverendis in christo patribus dominis Andrea Archiepiscopo Gneznen et primate Johanne Crac[oviensi] Vincencio Wladislauien Io[hanne] ve[ro] poznanien Erasmo Ploczen et Mathia Chelmen Ecclesiarum episcopis Necnon magnificis venerabilibus et Generosis Spithkone de Iaroslaw castellano Crac[oviensi] petro kmitha de visnicze Crac[oviensi] et marsalco Regni nostri Johanne de Tarnowo Sandomirien Nicolao Barzina de Rudbrancz Calissien Ambrosio pampowski Siradien petro Misrowski de Myrow Lancicien Nicolao de Crzozwanki lublinen Johanne de Tarnow Russie paulo Cola de Dalieow podolie et Stanislao kmitha de vissnicze Belzen palatinis dobrogostio de ostrorog poznanien Johanne Laranth de Brudzow Calissien Johanne przerambski Siradien Castellanis Johanne de Lassko Ecclesie Gneznen et Regni nostri Cancellario Iacobo de Schidlowyecz Thezaurario Mathia de drzewicza preposito Sandomirien Vicecancellario eiusdem Regni Nicolao et Stanislao lanczkoronski de Brzezye et aliis pluribus Consiliariis et Curien nostris fidedignis testibus ad premissa sincere et fidelibus dilectis Datum per manus eiusdem venerabilis Johannis de Lassko Regni nostri Cancellarii sincere dilecti

Confirmacio donacionis duorum operum in zupp Wyelicien Monasterio Virginis Marie extra muros Crac in arena per Stanislaum Vagrzynek de eadem Wyelicka facte.

Alexander etc. Significamus etc. Quia cum religiosi prior et Conventus Monastery gloriosissime virginis Marie in Arena in suburbio Cracovien coram nobis personaliter constituti exposuissent Quod providus olim Nicolaus Vagrzynek de Wyeliczka devocionis zelo affectus opa duo salicidarum que ipse in montibus zupparum Wyeliczien pro sexaginta marcis monete et numeri polonicalium ut ait comparaverat prefatis priori et Conventui testamentali ordinacione in vim elemosine ac pro augendo cultu divino pro sua quam et predecessorum ac successorum suorum salute animarum perpetuo dedit et consignavit Cumque iidem ipsi prior et Conventus nos petiissent quatenus de benignitate et virtute regiis nostris prefata testamentale ordinacionem quo ad dictorum operum salicidarum in montibus zuppar Wyelicien consistencium donacionem ipsis factam ratam et gratam habere et dicta opa salicidarum proprietati ipsorum incorporare dignaremur Nos itaque qui in loca et personas religiosas pietatis opera libenter gerimus prefatam donacionem operum duorum famulorum salicidarum Ita ut premittitur predictum olim Stanislaum Vagrzynek factam de favore et gratia nostris duximus approbandam et confirmandum proprietati quam ipsorum prioris et Conventus ipsa opera duorum famulorum incorporanda et inviscerandum consentimus ac donacionem approbamus et confirmamus Et nos ipsi ea eidem conventui incorporamus et invisceramus tenore presencium mediante in eternum per ipsos priorem et Conventum sancte Marie in arena opera predicta salicidarum duo alias duorum famulorum tam presentis nostre confirmacionis quam prefate testamentalis donacionis vigore cum omnibus proventibus redditibus comoditatibus et universis utilitatibus ex antiquo ad illa opa spectantibus tenendum habendum utifruendum pacifice quam et quiete cum oneribus ex vetusta zuppar ordinacione annexis possidendum Ita tamen quod medio tempore si nos cum successoribus nostris pro arbitrio nostro voluerimus aut primarii sectores salis zupparum Wyelicien alias Stolniczy exposcente eorum necessitate pro meliori condicione zupparum voluerint redimere prefata opera extunc reposita pro eisdem priore et Conventu sexaginta marcis Ipsi prior et Conventus de dictis opibus nobis aut successoribus nostris vel salicidis primariis cedere et condescendere debebunt sine omni difficultate Itaque tibi Generoso petro de Schydlowyecz moderno et aliis in futurum existentibus Succamerariis Cracovien mandamus quatenus predictis priori et Conventui sancte Marie dicta opera et operarios salicidos ad locum laboris eorum ponas et

pori mandes pro gracia nra aliter non facturus harum quibus etc
subappensum Datum Cracovie feria quinta in vigilia Sancti Nicolai
anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni vero nri Tercio

Duces Mazovie quittantur etc

Johanes de Lassko
per cancell sbt

Alexander etc

Significamus tenore presentium quibus expedit universis quod cum a preclaris Anna genitrice Stanislao et Johanne filijs eius ducibus Mazovie ad racionem summe capitalis Triginta millium florenorum pro infeodacione ducatuum Mazovie ad nos Regnumque nrm per mortem preclari olim Conradi ducis Mazovie devolutorum prefatis Stanislao et Johani ducibus graciose facta nobis debite per manus Magnifici petri Myskowski de Mirow palatini Lancicien decem millia floren pro prima ratha festi beati Adalberti proxime preteriti obligata recepimus et effective levavimus de quibus decem millibus floren eosdem Annam Stanislaum et Johannem duces Mazovie presentibus quittamus perpetuo harum etc subappensum Datum Crac feria tercia in crastino Sancte katherine anno domini 1504

Mazovie duces quittantur

Johanes de Lassko R sbt
Cancellarius

Alexander etc

Significamus etc quod cum a preclaris Anna genitrice Sta[nislao] et Johanne filijs ducibus Mazovie ad racionem summe capitale Triginta millium florenorum pro infeodacione ducatuum Mazovie ad nos Regnumque nrm devolutorum prefatis Stanislao et Johanni ducibus facta nobis debite quinque millia floren vngaric pro festo Natalis domini proxime futuro pro secunda ratha obligatur per manus venerabilis Abbatis de Crac canonici vislicien Notarij nri recepimus et effective levavimus de quibus eosdem perpetuo presentibus quittamus harum etc subappensum Datum Cracovie feria tercia in crastino Sancte katherine anno domini Millesimo quingen quarto

Joannes de Lassko R
Cancellarius sbt

Decretu infirmationis perlucrorum per Jacobu Kostowsky in Stateram Cracovien obtentoru

Alexander dei gra etc Significamus etc Quomodo dum orta fuisset differencia inter famosos preconsule et Consules Civitatis Cracovien ab una et Nobilem Jacobum Kostowsky ab altera ptibus: pro denegata seu repulsa per eosdem Consules ut Jacobus dicebat: possessione statere: seu libre communis ab vagijs in Civitate Cracovien site: cuius ipe Jacobus possessione habere voluit vigore plurorum prout asseverabat: per eum contra famosum Georgium Kremnar: Civem Cracovien iure obtentoru Quorum vigore dum possessioni ipe Jacobus in eadem Statera recipe voluit preconsul et Consules predicti eam recipiebat. Pro qua re dum prefatus Jacobus Kostowsky pretendens sibi et pluris suis iniuriatum esse: prefatos preconsulem et Consules ad Conventionem generalem Piotrkovien proxime preteritam per nras patentes cittationis lras evocarat: ibi qz coram nob dum eidem preconsul et Consules predicti respondere noluissent: sed se ad ius eorum ac ad nos dum Cracovie constitueremur: excepissent: Nos exinde ptem utramqz ad nrm Cracoviam proximum post dicta Conventionem adventum remisimus hic tandem dum imperenaaru constitueremur et ipe Jacobus suas contra preconsulem et Consules diligencias faciebat: terminum contra eos in primo nro post Conventionem predictam hic adventu attentando: Licet ei dilationes aliquot fecerimus terminos qz inscribi mandaverimus alijs tunc gravioribus existen occupati negotijs: Tamen finaliter die date presentium pro qua utrique ptium Jacobo petente prefixeramus terminum: Coram nob idem Jacobus in presencia parte sue adverse exhibita cittatione illa Piotrkovien iuxta eandem cittationem petet iusticiam sibi per nos decerni: et civibus mandari: ut possessionem ei daret in Statera: Cum qz Cives respondissent: nunquam cittatum fuisse de domo illa statere Georgium Kremnar: et dato qd de domo illa citasset: dicebat illam domum non Georgij eiusmo nec ipsorum: sed Reipublice commune esse. Sic qz iure extendi non posse plurorum illorum execucionem in domum illam in qua Georgius prefatus int habuit: Sed vel in bona: si que habet: ut in psona Georgij Extunc nos mandam coram nob et plura et cittationes produci Cognovimus et decrevimus: decrevimus qz ptibus: Georgium no fuisse cittatum de domo illa statere: seu libre publice: propt quod et item qd domus illa fuerit publica in qua nulli psone competit proprietas: abiudicavimus et abiudicamus ipi Jacobo execucionem plurorum: possessionis qz plurorum vigore in domo illa libere seu statere petendi pro qua domo eidem Jacobo silencium imposuimus perpetuum: Sed decrevimus: qd execucionem plurorum illorum suorum faciat: vel in psona: ut in bonis dicti Kremnar: sic ut ius ei competit: Harum quibus Sigillum etc: Dat Crac feria quinta ante festum sancti Martini Anno dni 1504 Regni nri tercio

libera exustio lignorum opidanis Vnelicien in duabz patell

Alexander significamus quomodo attenta depauperacione et destructione opidanorum et incolarum Vyelicien cupien vt sub felici regimine nostro vberiora percipiant comoda et ad statum pristine pinguioris fortune peruenire possint ipsis opidanis et incolis pro communi eorum vtilitate liberam lignorum propriorum exustionem in duabus patellis et vasis zupparum nostrarum Vyelicien coquendi salis vzt in Dagorna et Radzeowskadi vulgariter dictis dedimus donamus et graciose largiti sumus damus qz et largimur tenore presentium mediante ita q in eisdem duabus patellis ipsi opidani in coquendo sale ligna propria et nullus alter subditorum nostrorum iuxta ordinem inter eos et zupparium faciendum exuret ad beneplacitum nostrum et nostrorum successorum harum etc dat Crac feria secda in festo Concepcionis 1506

Inscripcio Centum florenorum in bonis oppido Amersthyn et villis Valkyemwolth Domyslaw et Annsfelth Nobili Caspar kunth Curien

Alexander etc Significamus etc Quia propt fidelia seruicia Nobilis Caspar knoth Curien nri fidelis dilecti que nobis hactenus in terris prussie impendet et infuturum erit impensurus Sibi de certa sciencia et gracia regijs nris Centum florenos hungaric in moneta tamen et numero communiter in terris nris prussie currentibus in bonis nris regalibus infrascriptis vzt Amersthyn et villis Valkyemwolth Domislaw et Annsfelth in tris nris prussie et districtu Slochowien sitt Remutte ipius inscriben et demonstran duximus inscribimus qz et demonstramus tenore presentium mediante decernens pro ipsum Caspar kunth et suos legittimos successores predicta bona nra oppidum Amersthyn et villas Valkyemwolth Domislaw et Annsfelth tam in suprascriptis centum florenis quam in alijs pecuniarum summis prioribus lris nris eidem Caspar per nos seu antecessores nros in dictis bonis iuste inscriptis iuxta vim continenciam et effectum originalium inscripcionum desuper concessarum tenendum habendum possidendum et vtifruendum pacifice tamdiu quousqz predicti centum floreni vnacum alijs pecuniarum summis in eisdem bonis prius per nos et successores nros iuste inscriptis ipsi Casp et successoribus suis sunt et ex integro soluentur Quo facto possessio bonorum eorundem ad nos et successores nros pleno iure deuoluetur iuribus nris saluis remanentibus harum etc Datum Crac fera secda in crastino Concepcionis Marie virginis 1506

Consensus reemptionis Centum florenorum Iudeo Ysaac super Iudeis Cracovien[sibus] datus.

Mp[ria]

Alexander dei gracia etc. Significamus tenore presencium etc.
Quod cum Serenissimus olim princeps dominus Johannes Albertus
Rex germanus et predecessor noster Censum annuum Regium Centum
florenorum hungar[icalium] per Iudeos Cracovien[ses] solui solitum pro-
vido olim Frederico de Olomuncz Cirurgico suo pro trecentis
florenis hungar[icalibus] vendiderat Ita quod post mortem eiusdem
Frederici si illa Maiestas sua defuncta aut eius successores illud
Censum redempturi essent dictis trecentis flor[enis] Frederico
aut suis posteris solui debebantur Quoque nunc Frederico de
medio viuencium sublato Nos alijs publicis negocijs impediti
censum eundem redimere nequeuntes ad intercessionem petitaque
Reuerendissimi in Christo patris domini Andree Archiepiscopi Gneznen[sis] et
primatis Eundem ipsum censum Centum flor[enorum] Iudeo Ysaac in
eadem summa redimendum admisimus et consensimus Quiquidem
Ysaac prefatum Censum annuum vigore priuilegiorum ac litterarum
predicto olim Frederico datarum ac vigore redempcionis per ipsum
faciende pacifice et quiete possidebit ad tempora vite sue ex-
trema Illo tamen decedente possessio prefati census ad nos
et successores nostros redibit sine dictorum trecentorum florenorum
et cuiusuis summe solucione Volente vero predicto Iudeo Ysaac si
nos aut nostri successores censum illum ab illo ipso Ysaac redimere
vellemus tantam summam pecuniarum seu flor[enorum] ei soluturi sumus
quantam ipse successoribus dicti olim Frederici summam trecentorum
flor[enorum] non excedendo exoluet harum quibus etc. Datum Crac[ovie] feria
quarta post festum Concepcionis Marie virginis Anno 1502

Iohannes de Lassko
R[egni] polonie Cancellarius

Forum liberum septimanale oppido Kopryczcze

Mp[ria]

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam decreta
principum et quicquid a quopiam fit sub tempore conceditur Labitur
facile in obliuionis errorem Nisi presenti litterarum munimine
essent roborata Proinde nos Alexander dei gracia Rex polonie
Magnus dux Lithwanie ~~Russie prussie~~ necnon terrarum
Crac[ovie] Sandomirie Siradie Lancicie Cuyauie Russie prussie

Culmen ac pomeranie dominus et heres etc Significamus
tenore presencium quibus expedit universis presentibus et
futuris harum noticiam habituris Quod licet oppidum
nrm Koprziwze forum habeat comune septimanale qualibet
feria scda celebrari solitum Tamen quia negociosis quibus-
libet hominibus parsum non est a solucionibus foralium
propter quod negociatorum diebus fororum illorum in eodem
oppido nro non fiebat frequencia hominum Et exinde in-
cole illi ad querendum victum et comoda nullum habere
consueverant adiumentum Igitur inopie dicti oppidi in
ea parte subvenire eiusque condicionem meliorem facere et
providere ut omnes homines nulla solucione onerosa a visi-
tando foro comuni in ibi graventur sed libertate gaudeant
singulari de certa sciencia et gracia nris . forum septimanale
liberum singulis secundis feriis in eodem oppido nro Koprziwze
instituendum duximus Instituimus que et imponimus tenore
presencium mediante imperpetuum per omnes et singulos mercato-
res vectores negociatores ac cuiuscumque status sexus et
condicionis homines in eorum oppido absque tamen preiudicio alio-
rum vicinorum oppidorum tenendum et celebrandum temporibus
perpetuo duratur dantes et concedentes eisdem omnibus et singulis
mercatoribus vectoribus negociatoribus ac cuiuscumque status
sexus et condicionibus hominibus diebus fori liberi predicti
mercature gracia ad oppidum predictum venien potestatem facultatem
et libertatem plenariam Res et merces cuiuscumque generis et ma-
nerieri fuerint In oppido predicto die ipsa liberi fori exponen
vendendum emen mercandi res pro rebus cambien et comutan
ac alia negociacionis officia pro utilitate eorum absque ulla foralium
solucione que fortasse sicut in aliis oppidis sic in eodem Koprziwze
die septimanalis et cuiuslibet fori exigi consuevit a qua die
ipsa fori liberi quemlibet negociatorum ibidem absolvimus perpetuo
decernentes et presenti decreto nostro statuentes ut omnes et singuli
homines cuiuscumque status et condicionis existentes negociandi gracia
ad predictum oppidum venientes In emendo et vendendo nostra
et successorum nrorum pociantur libertate et securitate ple-
naria nisi tales sint quos iura non tueantur et quorum
merito fidedignorum consorcia denegantur Que omnia perpetui
et firmi roboris fore volumus et presentibus decernimus
In cuius rei testimonium sigillum nrm presentibus est subappensum
Actum Cracovie feria scda in crastino festi Concepcionis virginis
Marie Anno domini millesimo quingentesimo quarto Regni vero nri quarto
presentibus Reverendo in xpo patre dno Erasmo epo Ploczen etc Magnificis venerabilibus et
Generosis Petro Kmitha de Wyssnycze palatino Cracovie Nicolao de Crzyszwanki Lublinensi
palatino Dobrogostio Ostrorog Posnaniensi Johanne Jordan Byeczen castellano Johanne de Lassko
Cancellario et Jacobo de Schidlowyecz Thezaurario Regni nri Johanne Kapsthynski Curie
nre Marsalco aliisque quampluribus ad premissa testibus fidedignis

Libertas decennalis opidi Krzinya

Rex

Alexander etc. Significamus tenore presencium etc. Quia attendentes nonnullos incolas opidi nostri Krzinya in terra Calissiensi siti tenute Nobilis Alberti de Slupi nuper eventu infelici per voraginem ignis damna in universis fere rebus mobilibus passos. Cupientes quoque ut facilius et celerius ad formam prioris condicionis pervenire valeant ipsis duntaxat damna passis de certa sciencia et gracia Regiis nostris libertatem nostram hinc ad decennium duraturam dandam et donandam duximus: damusque et donamus presentibus liberamus et eximimus predictos opidanos Krzinyen[ses] duntaxat damna passos ab omnibus dacijs exactionibus cuiuslibet sortem et conditionis contribucionibus podvodis et alijs quibusvis solucionibus pro nostra et Reipublice necessitate institutis et instituendis: quibuscunque nominibus nuncupatis et nuncupandis excepta sola exactione Czopove: a qua libertatem non habebunt nostram Quocirca vobis omnibus exactoribus terre Calissiensis pro tempore existentibus mandamus habere volentes quatenus prefatos oppidanos nostros Krzynyen[ses] in presenti libertate nostra conservetis et conservari faciatis hinc usque ad decem annorum decursum harum etc. subappensum Datum Cracovie die dominico post Lucie Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni quoque nostri anno quarto

Salvusconductus Stanislao et Nicolao Civibus Schidlowien[sibus]

Rmus de Lassko R. p. cancellarius

Rx

Alexander etc.

Significamus tenore presencium quibus expedit universis Quia providis Stanislao Krzyelanthko Orzeskowicz et Nicolao Czarny consulibus ~~Thorunen~~ Schydlowien[sibus] exponentibus coram nobis, quatenus ipsos nullo eorum ut aiunt precedente demerito hijs diebus Communitatum seniores et civitates eiusdem oppidi Schydlowo iniurijs et infamijs non mediocribus affecerunt iniurias quoque eis denunciaverunt Exinde quoque cum ipsis Stanislao et Nicolao inserviendum esset oppidum illud incolere Nos qui omnibus subditis nostris iusticiam et pacem ministrare debemus prefatis Stanislao et Nicolao Consulibus Salvumconductum nostrum Regium christianorum perfectam quoque securitatem de certa nostra sciencia de benignitate quoque Regia nostra dandum duximus damusque presentibus hinc usque ad festum sancti Johannis Baptiste proxime venturum duraturum Sic ut ipsi tam in Schydlowo quam ubique in Regno nostro omnes res licitas et honestas possint libere exercere et morari secure rebus et persona eorum utriusque salvis Quem Salvumconductum nostrum omnibus subditis nostris cuiuscunque status et condicionis ordinis existentibus Innotescimus mandantes quatenus

suprascriptos Stanislaum et Nicolaum in eo conseruent
et conseruari faciant quem nos quoque obseruare promittimus
in verbo nro regio harum etc est subimpressum datum Crac
feria scda proxima post festu Sctе Lucie Anno domini 150[illegible]

Confirmacio priuilegii ad Ecclesiam Gneznensem pertinentis

Alexander etc Significamus etc Quia Reuerendissimus in xpo
pater dnus Andreas Roza Archiepus Gneznen et Regni nri
primas in pncia consiliariorum et prelatorum spualium et sclarium
suas nobis porrexit peticones vt ex Regestris Cancie Serenissimi
olim domini kazimiri Regis polonie patris predecessoris que nri
priuilegiu ad Gneznen ecclesiam ptinens per ipsam olim priuam
Citem Regiam donatum atque concessum transcribere illud que
innouare et confirmare dignaremur Cuius sequitur tenor
Kazimirus dei gra Rex polonie Magnusdux litwanie Russie
prussie que dnus et heres etc Significamus tenore pntiu quibus
expedit vniuersis pntibus et futuris Quod cum inter terras
nras Regni polonie et subditos earum non modica orta esset
differencia disceptio que non mediocris fieret de et sup Cardinalatu
Reuerendissimi in xpo pris domini Sbignei episcopi Cracouien
propt quam [illegible] Respublica Regni oppido dissoluebatur et
complurima incomoda capiebat Nos tandem talem differenciam
disceptacionem que prout ex debito Regiminis nri tenemur se more
sedare et complanare volentes et ipsas terras nras ad statu
deducere debitum vnionis Indicto p nos super ea re potissime
planeto prelatoru et Baronu Regni nri prefati in hoc loco
oppidi pijotrkowien pro festo pentecostes seruato de consilio eorum
prelatoru et Baronu nrorum p nos ita vt sequitur conclusu
existit determinatum diffinitu et decretu Inprimis si quid
quod sedes metropolitana Gneznen domini quoque Archiepiscopi
et primates sedis eiusdem pro tempore existentes in omni Iure Auctte
et ptate prerogatiua Iurisdiccon et consuetudine quas alias Gne-
znensis ecclesia ab antiquo supra ecclesiam Crac habuit
et habet debeat in euum conseruari Quantu vero ad Coro-
naciones Regum et Reginaru Regni polonie pertinet statuendo
decernimus et sentenciamus quod nullus alius neque prefatus
dominus Sbigneus Cardinalis de huiusmoi Coronacon ipsoru
Regum et Reginaru Regni polonie se [illegible] de cetero et imppetuum
intromittet et coronabit pret Archiepm Gneznen pro tempore
existentem [illegible] Circa quas Coronacones pfatus dnus Sbigneus

Habitu duntaxat utetur Cardinalatus ceremonijs aut uti
debet sicut epus Crac prout ab antiquo utebatur ubi interesse
voluerit quod in sua erit libera voluntate Regia mtas
nilominus aut Reginalis talis coronanda p archiepum Gneznen
aut alios epos coronabit et coronari debebit Item
Statuimus et ordinavimus qd pfatum Sbigneum Cardinalem
et epm Cracovien omnes et singuli Regnicole cuiuscumque dignit
status et condicionis existant pro vero et indubitato Car-
dinali tenebunt et reputabunt eundemque ipsius Cardinalatus
titulo scribent intitulabunt et nominabunt Scribereque et
intitulare et nominare tenebuntur et sint astricti Item a modo
et decetero neque dnus archiepus Gneznen neque episcopus
Cracovien et ceteri episcopi postulabunt aut petent Sed neque
petere debent aut quovismodo impetrare dignitatem Cardinalatus
aut Legacionis sedis applice absque consensu nro et omnium consilia-
riorum Regni ceterum ut quevis impedimenta in consilijs pro
bono publico fiendis cessent et difficultates amputentur sica
que stabilitas consiliorum in Regno ipo nro permaneat uterque
prelatorum predictorum vadant cum ceteris prelatis et baro-
nibus ad conventiones pro tempore statuendas daturi ad
rempublicam consilia opportuna Sed alter eorum una die et
alius altera die ad consilium veniat et ingrediatur quem tunc
nos vocandum duxerimus Non vocatus vero in hospicio
debeat remanere et stare daturus nichilominus abinde con-
silia opportuna super quibus fuerit requisitus Preterea
hoc pns decretum in pmissis factum habitum et conclusum
inviolabiliter per ptes teneri debet et irrefragabiliter observari
Qui vero illud servare tenere et ad illud attendere nollet
spreveret aut minime curaret Nos enim talem ptem pmissa non
servantem et omnes Consiliarij nri atque Regnicole omnia esse
debemus et non permittere eum propria uti voluntate
In quorum omnium fidem et testimonium premissorum Sigillum
nrum ptibus est subappensum Actum in Piotrkow in Con-
vencione generali feria quinta infra octavas Penthecostes Anno
dni millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo Ptibus
Reverendis in xpo pribus dominis Johanne Wladislavien et Andrea
Posnanien epis Necnon Magnificis et Generosis Johanne de
Czizow Castellano ~~Crac~~ et Capitaneo Crac Luca de Gorka Posna-
nien Johanne de Olesznicza Sandomirien Alberto de Male Lancicien
Johanne de Kretkow Brzestien Hriczkone de Pomorzany Podo-
lie palatinis Przedborio de Koniecpolye Sandomirien Stanislao
de Ostrorog Gneznen Petro Skora de Gay Calissien et Creslao
de Kurozwanki Lublinen Castellanis et alijs quamplurimis
fidedignis testibus circa pmissa Datum p manus Magnificorum
Johannis de Koniecpolye Cancellarij et Petri de Szekoczyn Vicecan-
cellarij Regni Polonie nobis Sincere dilectorum

Nos itaque libro seu registro predicto in medio consiliariorum nostrorum de mandato nostro originali exhibito in eo privilegium premissum invenientes illud de verbo ad verbum ex eodem libro nostre regie registro subscribi mandavimus ac de certa sciencia et deliberacione nostris de consilio quoque consiliariorum nostrorum spiritualium et secularium nobiscum hic existencium illud innovavimus confirmavimusque et approbavimusque innovamus quoque confirmamus et approbamus decernentes illud in toto eius tenore valere et robur debitum firmitatis habere tenore presencium mediante in evum In quorum omnium fidem testimoniumque premissorum sigillum nostrum est presentibus subappensum Actum Cracovie feria quarta proxima ante festum sancti Francisci confessoris Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni vero nostri tercio presentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus dominis ac Magnificis venerabilibus et Generosis predicto domino Andrea Roza archiepiscopo Gneznensi et primate Johanne Cracoviensi et Erasmo Ploczensi ecclesiarum episcopis Spithkone de Jaroslaw Castellano Petro Kmitha de Wissnicze palatino Cracoviensi Petro Myskowski de Mirzow Lanciciensi Nicolao de Crzeczewanki Lublinensi palatinis Nicolao de Camyeniecz Castellano Sandomiriensi et capitaneo Crac. exercituumque Regni nostri Campiductore generali Jacobo de Siyekluka Woynicensi Johanne Jordan de Zakliczyn Biecensi ac capitaneo Osswyanczimensi et zuppario Cracoviensi Martino de Skotniki Zawichostensi et Stanislao Kuropathwa de Lasczhow Chelmensi Castellanis Johanne de Lassko ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellario Jacobo de Schydlowyecz thezaurario et Lanciciensi capitaneo Mathia de Drzewicza preposito Skarbimiriensi vicecancellario Regni nostri et aliis quampluribus consiliariis et curiensibus nostris ad premissa testibus fidedignis Datum per manus eiusdem venerabilis Johannis de Lassko Regni Polonie Cancellarii sincere nobis dilecti

Innovacio decreti quod viri laici non debent ad dignitates personatus Canonicatus et prebendas suscipi .etc.

Alexander etc Significamus etc Quia supplicibus omnium fere prelatorum spiritualium et secularium ac eciam Baronum et communitatum Nobilium tocius Regni nostri annuentes peticionibus vetus Regni nostri Statutum ex monumentis Thezauri publici Regni nostri sumpsimus huiusmodi sub tenore Quoniam per divos olim Reges Polonie predecessores nostros ex antiquo fuit constitutum et aliquanto tempore inviolabiliter observatum ut propter

defensionem ecclesiarum ac bonorum ecclesiasticorum in prin-
cipalibus videlicet Gneznen Cracouien Wladislauien Pozna
nien et Ploczen ecclesiis non susciperentur prout non susci-
piebantur ad dignitates personatus et officia ac canonicatus
et preben ignobiles plebeeque persone que ad defensiones eccle-
siarum in regno nostro pernecarias presertim propter homines
litenciosos et crebras expeditiones bellicas parum aut nil
prodesse possunt ecclesiis sed duntaxat recipien erant ba-
rones generosi et nobiles e quibus prompta et facilis eccle-
siarum defensio esset tamen cum per dissimulacionem quandam
in obseruando statuto et priuilegio veteri habitam quamplures
ignobiles ad ecclesias predictas his temporibus sumerent[2]
itaque ecclesiarum bona cernerentur omni defensione destituta
exindeque magna in parte vastata et destructa esse et in non-
nullis locis adeo annichilata ut non extent domus in
possessionibus ecclesiarum habitatoribus comode ignobilibus
illa minime defendentibus Similiter animaduertentes gra-
uissima nedum cleri verumeciam regni nostri ac reipublice
incomoda que ex reseruacionibus beneficiorum viuentibus possessoribus
necnon adinuenta ac eciam ex pensionibus personis extra regnum
nostrum Polonie genitis et habitantibus ut quottidianis ex-
perimur effectibus euenire consueuerunt per quas cultus
diuinus minuitur defensio ecclesiarum libertate adimitur
et abscisabitur facultas personis ydoneis reipublice christiane
regnoque nostro prodesse volentibus scandalaque exinde a clero
in plebem nobis subiectam oriuntur protanto nos indempnitati
non minus reipublice quam ecclesiarum regni nostri in hac
parte prouidere ut tenemur cupientes statuimus ut in singulis
capitulis ecclesiarum suprascriptarum ad dignitates personatus
et officia ac canonicatus et preben recipiantur persone
tantummodo regni Polonie indigene nobiles ex utroque parente
quorum nobilitatem sic constaret probabilem esse ut in iure
regni nostri communi nobilitas irreprehensibilis probari consueuit
verum ne quid in ea re actum videretur esse in odium plebeorum
quorum condicio pinde ac consueuit prerogatiuis gaudere
spiritualibus in regno nostro procurato tametsi nobilium nati videant[2]
eque docti et plerumque doctores plebeorum natis non fuerit que
capitulum doctos et doctissimos prelatos et canonicos nobiles
haud continens non minus vtilitati quam eciam honori et
decori ecclesiarum consulere sufficientes scientes atque solitos
tamen ultra eosdem doctores naturum nobilium in capitulis
existencium decreuimus admittendos plebei quidem doctores modo
et ordine infrascriptis videlicet quod in ecclesiis predictis in quibus

habentur doctores aut lectores iuris ac theologie ex antiquo
siue ett noviter fundati aut ubi habendi sunt per novam fun-
dacionem fiendam: ad eos fundatos unus in theologie unus in
iurecanonici et unus in medicine facultatibus promoti In eisdem
vero ecclesiis ubi non habentur fundati doctores predicti decernimus
non plures quam duos in theologie duos in iurecanonici et
quintum in medicine facultatibus promotos habendos recipien-
dos qui tamen non aliter recipiantur per capitula quam quos locorum
ordinarij ydoneos et in facultatibus ipsis doctoratu dignos
approbaverint ac ut tales reusuerint sub eodem numero recipien-
quodque nullus subditorum nostrorum aut alius undecunque fuit
cuiuscunque status gradus ordinis condicionis et preeminencie
existat aut quacunque prefulgeat dignitate beneficium ecclesiasticum cum
quocunque regni nostri polonie vel per impetratam vita
possessoris reservacionem impetrare ad invenientem vel sub aliqua
pensione annua eciam si tale beneficium sibi motu proprio et
ex certa sciencia daretur aut provideretur acceptare seu sibi
de eodem sub ipsa pensione vel alias ex cessione iuris aut resi-
gnacione cuiuscunque alterius extranee persone que fortasse pen-
sionem beneficij ipius non habeat ut sub eo pallio pensionis
ipse relaxentur providere facere vel procurare audeat aut
presumat Si aut aliquis vel aliqui plebeorum in contrarium
presentis et antiqui privilegij et consuetudinis regni polonie
beneficia in ecclesiis et capitulis predictis acceptare aut se
recipi procurare petere quod presumpserit denunciacione si aliquis
subditorum nostrorum aut undecunque fuerit cuiuscunque status
gradus condicionis ordinis et preeminencie existens beneficium
vel beneficia ecclesiastica in regno nostro vel per viam reser-
vacionis predicte in via vel sub pensione vel horum ne-
umquam acceptarent et similiter si quispiam beneficia iurispatronatus
nostri regni ac subditorum nostrorum in preiudicium et derogacionem
iurispatronatus nostri et subditorum eorundem nostrorum ex causa
quacunque impetraverit statuimus decernimus et mandamus
omnium bonorum suorum communium et privatorum mobilium
et immobilium solarium erario communi seu fisco vel mense
nostre applicandorum privacione ecclesiasticorum vero aresto con-
fiscacione et extra regnum nostrum bannicione immediate puniens
verum ne quispiam constitucionibus et ordinacionibus presentibus
nostris per media aliarum personarum contravenire temptaret
Statuimus et decernimus similiter mulcte seu penis subiacere
et esse puniendos omnes et singulos prelatos spirituales et

Seculares ac Capitula Canonicos plebanos vicarios bene-
ficiatos quoscunque et presbiteros omnium Ecclesiarum Necnon Tabel-
liones et notarios Regni nostri Polonie et alios vndecunque existen
qui literas quascunque supradescriptis ordinacionibus nostris contrarias
personis extraneis sive indigenis et alijs quibuscunque cuiuscunque
status gradus condicionis et preeminencie existant et quacunque
prefulgeant dignitate ignobilium provisiones predictas quoque in
vita reservaciones cum pensionibus provisiones et processus
ac super fortasse obtentos afferrent portaret et publicaret
palam aut privatim vel qui pensionem huiusmodi celando
illas summarie pecunijs redimerent et predictas cessiones seu
resignaciones susciperent acceptarent seu qui monitoria censuras
privaciones et sequestra ob non solucionem pensionum eciam motu propo
in se continen quarumque ante datas ac concessas ac data et
concessa admitterent aut exequerentur vel ea et eas admitti
exequi prosequi foveri promoveri aut procurare presumserit
seu aliquis eorum presumeret Mandans preterea per tenorem
atque decreti presentis publicatus promulgati vigore constitucionis
ordinacionis et decreta premia ab omnibus predicte capitulis
et vniverso clero Regni nostri Polonie incomisse teneri observari
eas quas in ecclesijs publicari supradescriptis Candem earum et eorum
originalia vel transsumpta in capitulis haberi ne de premissis
quispiam ignoranciam allegaret infuturum Quodquidem statutum
quemadmodum in felici coronacione nostra inter alia statuta
et privilegia Regni nostri confirmavimus et iuravimus servanda
sic presentibus decernimus perpetuo duraturum valiturum et
in testimonium premissorum cum sigillum nostrum presentibus est
appensum datum Cracovie feria secunda in festo Concepcionis Marie 1504

Sentencia liberi transitus per domos et curias Nicolai Palatini Lublinen hereditariam et Iacobi Szydlowiecki Burgrabialem in Castro Cracoviensi

Alexander etc Significamus etc Quod dudum non pridem inter Ma-
gnificum Nicolaum de Tworzyanski palatinum Lublinen ex vna
et Generosum Jacobum de Szydlowiec Castellanum Sandomirien
et Burgrabium Castri Cracovien plebibus ex altera orta fuerat coram
nobis controversia de libero transitu seu ingressu cum curribus et
equis per domos seu curias vtriusque eorum quas vicinatim et
contigue in castro nostro Cracovien habent Sic vero quia Nicolaus
palatinus querebatur transitum de domo sua perpetua hereditaria

quam sub turri et cum turri in castro ipso in angulo que castri
eiusdem sitt possidet per domum ad Burgrabiatum pertinentem Jacobi
Szeklurzki circuircia domum intratam psalteristarum sibi prohi:
beri Jacobo exadverso respondente et simulr conquerente quod Nicolaus
palatinus non admitteret ei introitum atque egressum per suam
predictam domum hereditariam Extunc nos auditis eorum
propositionibus et responsis et exinde consuetudine antiquitus
in illo situ inter domos servatam habentes exploratam talem ordinem
inter domos Nicolai hereditariam et Jacobi Burgrabiatus predictas
tale quoque decretum protulimus fecimus diximus et inscripsimus
proferimusque facimus diximus et inscribimus perpetuo et per
successores earundem primum observandum Quod Nicolaus predictus
et sui successores pro tempore existentes domus et turris predicte
possessores de domo et turri predictis hereditariis per domum
Burgrabialem predictam Nicolai et suorum successorum secus
domum psalteristarum liberum tutum introitum et egressum
cum curribus et equis ac sine curribus et equis habituri
erunt et habere debeant eviterne harum etc est subappensum
Datum Cracovie feria quarta post festum Concepcionis Marie anno 1506

Liberacio oppidi Kazimirz a solucione teoloneorum

Alexander etc Universis et singulis palatinis castellanis capitaneis
tenutariis vicecapitaneis Burgrabiis terrigenis theolonaatoribus
preconsulibus consulibus pontalium naugiorum aggeralium
et aliorum introituum nostrorum factoribus et eorum substitutis
sive ex arenda sive bona fide constitutis ceterisque subditis nostris
per et infra regnum nostrum ubilibet constitutis presentibus requirendis
sincere et fidelibus dilectis favorem et graciam regiam magnifici
generosi nobiles famosi et providi sincere et fideles nostri
dilecti destructionem in muro et propugnaculis in maiori que parte
desolacionem oppidi nostri Kazimirz circa Cracoviam sitti attendentes
ex cuius oppidi sittu condicio ad defensionem predicte civitatis
Cracoviensis ex illa parte Istule magnopere necessaria dependere
cernitur cupientes propterea ut eo ferventiores incole dicti oppidi
reedificacioni murorum et meniorum eius ruinam minancium
intendant quo tucior exinde defensio fiat omnibus incolis
predicte oppidi Kazimirz libertatem nostram ab omnibus theo-
loneis pontalibus aggeralibus naulis et aliis introitibus
nostris per et infra totum regnum nostrum dedimus et graciose

contulimus in perpetuum Quocirca vobis omnibus supradictis mandamus habere volentes omnino ipsos incolas Kazimirien cuiuscunque status sexus et condicionibus existentes utriusque cum rebus venalibus et mercibus suis per Regnum nostrum euntes occasione huiusmodi theoloneorum pontalium aggeralium navigiorum et aliorum introituum nostrorum non inquietetis nec solucionem ab eis proinde exigatis seu arestetis Sed eos libere et absque quovis impedimento proficisci permittatis et permitti faciatis Aliter non facturi pro gracia nostra harum etc est subappensum Datum Cracovie feria tercia ante festum Sancti Thome apostoli Anno domini Millesimoquingentesimo

Relatio

Littere oratoribus ad Sanctissimum missis

Alexander etc Significamus etc Quia de certa nostra sciencia deque universorum prelatorum baronum et consiliariorum Regni nostri voluntate et consensu Reverendum in Christo patrem dominum Erasmum Episcopum Ploczen ac Magnificum et Strenuum Victorinum de Sienno Consiliarios Regni nostri Et venerabilem Nicolaum Czepel de Poznania prepositum Wratislavien et Canonicum Cracovien Secretarium nostrum Sincere nobis dilectos ad Sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum Julium divina providencia Sacrosancte Romane ac universalis Ecclesie Summum pontificem ac ad Sedem eius Sanctam Romanam Ecclesiam Apostolicam nostros speciales oratores decrevimus legavimus et constituimus decrevimusque legamus et constituimus presentibus Quarum vigore eis damus facultatem plenariam ad obedienciam sue Sanctitati Ecclesieque Romane nostro et Regni nostri nomine prestandam Et alia in talibus fieri solita faciendum promittentes ratum habere quicquid per oratores eosdem nostros in huiusmodi obediencie prestacione actum esset In quorum omnium fidem et testimonium Sigillum nostrum Regni que nostri per venerabilem Johannem de Lassko Regni eiusdem nostri Cancellarium mandavimusque presentibus subappendi Datum per manus eiusdem Cancellarii Regni nostri in arce nostra Cracovien die sexta decembris Anno domini 1506

Inscriptio oppidi Osswyaczym Paulo Czarny etc

Alexander etc Significamus etc Quod cum bona nostra Regalia Castrum et oppidum Osswyaczimien cum oppido Canthi et villis Dwori Manowicze Ossyek Lanki Byelawi Lipnyk Brzesczye Brzeznyka et Babicza aliisque bonis ad ipsum Castrum et oppidum Osswyaczimien ab antiquo spectantibus fuissent primum Magnifico Spythkoni de Jaroslaw Castellano Cracovien in

Tribus millibus ducatorum hungar florenorum obligata et
tandem Generoso Johanni Jordan de Zakliczyn Castellano Byeczen
et Zuppar Cracovien circa felicem Coronacionem nostram quatuor
millia florenorum in eisdem bonis fuerant inscripta Cui Jo[hanni]
Jordan ultra eam quatuor millium et predictam trium millium flor
summam debuimus mille et quadringentos flor racione edificiorum
post incineracionem Castri Osswyaczimien in eisdem bonis per nos
in Conuencione proxime preterita ex summa duorum millium
pro edificiis assignatorum inscriptos Et item septingentos floreos
in auro quos nobili Melchior pro villis Lobyernicza Brzyakow et
Poramba pro nobis soluturus erat Cumque etiam fuissemus debi-
tores spectabili nobili Paulo Czarny de Wythowicze Capitaneo ~~Brze~~
Brzesten in summa tredecim millium octingentorum Triginta
septem florenorum hungar in moneta per mediam sexagenam
computatorum quam summam paulus predictus exnunc factor
Zupparum Cracovien ultra prouentus in Zuppis perceptos
pro exequiis et funeralibus sepulture Serenissimi principis
olim domini Johanis alberti Regis defuncti predecessoris et
germani nostri opportunis Ac etiam pro Cerimoniis ad nostram
felicem Coronacionem emptis pro solucionibus stipendariorum
ac expedicionibus Curien et seruitorum olim Maiestatis sue Regie
necnon iunctiorum Turcorum et Tartarorum et exposuit et de-
bita Cracouie pro nobis premissa soluen contraxit In qua
summa ipse paulus et successores sui iuxta inscripciones olim
Maiestatis sue Regie et nostras sibi datas Zuppas nostras Cracovien
tam diu tenere debuit donec summam ipsam aut percepisset
aut eam sibi dissoluissemus Quam summam dum ipse paulus
nec perceperat in Zuppis neque nos eam sibi dissoluimus Nos quoque
ipsum Johannem Jordan ad Zuppar administracionem instituimus
prefato paulo ab illarum administracione destituto extunc concor-
dantibus et consencientibus utrisque tam Johanne Jordan quam
paulo Czarny Nos commutacionem summarum facientes
summas pauli predictas quas ei in et de Zuppis debuimus
et quas in Zuppis habuit inscriptas in bona nostra tam predicta
Osswyaczyn que ipse Johannes Jordan tenuit quam alia ordine
infrascripto transtulimus Et quia summa summarum in Zuppis
inscriptarum per ipsum quoque paulum non perceptarum nec per nos ei solutarum
erat summa tredecim millium Octingentorum Triginta septem flore
Et insuper idem paulus predictos septingentos flore in auro
Melchior predicto pro villis suprascriptis soluturus erit
quas Jordan soluere debuit Itaque paulum ipsum et successores
ipsius efficere volentes cerciores de summis ipsis et de Zuppis
translatis et de septingentis florenis Melchior per eum soluendis
Sibi ac successoribus suis litteris ad racionem tocius summe
predicte Tredecim millium Octingentorum Triginta septem

florenorum cuius residuum in alijs continetur literis per tenorem
tamen premissum duntaxat octo millia et septingentos flore
hungaricales inclusis tam edificijs quam debito Melchier
cuius summe presentibus inscripte septingenti in auro esse debeat
et reliqua summa florenorum hungar in moneta et numo
communiter in Regno currenti videlicet mediorum grossorum per me-
diam sexagenam florenorum quemlibet computando in et
super predictis bonis nostris Castro Capitaneatu ac et oppido
Osswyjarzym ac in oppido Kanthy et villis suprascriptis dicti
Manowicze Ossyjek Lanki Byelawi Lipnijk Brzeszije Brze-
szynka Babyjcza Kobyjernicza Brwjakow et Poramka et
omnibus alijs bonis ad eadem ex antiquo spectantibus duximus
reformandum et inscribendum reformamusque et inscribimus
per presentes verumquia in Conventione generali Pijotrkowien proxime
preterita ex decreto et consilio Consiliariorum quum tam situm
Castri illius in finibus regni quam illius conditionem Regno
perneccessariam attenderentur prefato Johanni Jordan Castellano
Byeczen et tunc illorum bonorum possessori pro reformatione
et restauratione prefati Castri Osswyjarzym quod antea ex insper-
ato infelici que ignis eventu conflagratum erat duo millia
flor hungar inscripseramus sed impresentiarum per certos con-
siliarios nostros qui ceptam reformationem Castri viderunt ad
hoc specialiter per nos deputati informati existentes quia ipse Jordan
mille quadringentos flor in edificijs exposuit et nihilominus
pro complenda et consummanda restauratione Castri illius
adminus mille floreni exponendi erunt quam restaurationem
finire et consummare Paulus ipse promisit et facere debeat
premissum vigore sic ut castrum illud tempore olim Johannis
Czernka edificatum erat Itaque cupientes ut reformatio Castri
prefati iuxta publicam consultationem in Conventione prefata
factam sine ordine ac debito perficiatur pro ipsa reformatione
complenda prefato Paulo Czarnij mille flor hungar per
mediam sexagenam computatos in summa prefata octo millium
et septingentorum flor annexuimus et conclusimus decernen
et inscriben per ipsum Paulum Czarnij et suos successores
legitimos in prefata summa octo millium et septingentorum
flor hungar monete et numi predictorum predicta bona nostra
Castrum oppidum et Capitaneatum Osswyjarzimien cum
oppido Kanthij et villis suprascriptis predijs curijs kmetho-
nibus censibus agris pratis campis silvis Gajis borris
nemoribus Rubetis et eorum incisionibus roborum et lignorum
demissionibus Trasschij communiter dictis fluvijs fluminibus

Stagnis lacubus piscinis piscaturis et earum demissionibus
theoloneis pontalibus mericis exactione poradlne et alijs
pecuniarijs et frumentarijs dacijs et omnibus redditibus et
obuencionibus ad ea quoquo ex antiquo ptinentibus et omni-
moda iurisdicione ptate qz capitaneatus connexa cum omnibusqz
comoditatibus et fructibus humano ingenio augendis nichil
illic pro nobis et successoribus nris iuris dominij et propri-
etatis reseruan nichil aliquid excipien pront ea ipe Jordan
et sui antecessores ab antiquo tenebant et possidebant villas
vero Cobyernycza Swyakow et porambka pront eas pdictus
Malchier et sui predecessores tenuerunt pront quoqz nobis
p ipm Malchier ville predicte sunt resignate tenen haben
vtifruendum pacifice qz et quiete possidendu tamdiu quousqz
eid paulo aut suis posteris prefata summa octo millium in
moneta et uno predicto et septingentoru flor vngar in auro
p nos aut successores nros fuerit plene et integraliter psoluta
quo facto ipa bona ad nos et successores nros redibunt et
reuertentur pleno iure Juribus nris Regalibus saluis ma-
nentibus verum vt securitati castri prefati Osswyarzym
melius consulatur volumus et ordinamus quod si ipo paulo
aut eius successoribus bona ipa vigore pmissorum possidente
contingeret aliqua insecuritas vel aliquis hostilis incursus
timeretur in eo casu ad prouidendum castri securitatem
omnes et singuli terre et capitulus illius terrigene litis seu
nuncijs ipius pauli aut successorum suoru requisiti cum
subditis eorum ad defensionem armis se ad castrum conferre
et illud pro posse fideliter tutari et defendere tenebuntur iuxta
antiquam consuetudinem in ibi seruatam Capitaneu aut
ipm et Terrigenas ac incolas dicti capitulus si sepius et
defensioni illius castri tempore insecuritatis intenderint ab
omni expedicione bellica et quauis necessitate alia nobis aut Regno immi-
nente ad quam de iure vel consuetudine ferenda obligaretur
absolutos et liberatos esse volumus etc et decernimus Si qz
contigerit quod aliqua oppugnacio ex pte alicuius hostis publici
illi castro immineret Propterea qz si ipe paulus et sui posteri
ad defensionem et reseruacionem illius castri aliquos seruiles
et armoru gentes suscipien sumptus et impensas faceret
aut Bombardas pixides pulueres et alia defensionis instru-
menta necessaria si comparauerint Illud totum quod pro serui-
libus sic vt prefertur susceptis et Bombardis pixidibus
pulueribus et defensionis instrumentis emptis fuerit expositu

sibi successoribusque suis sic ut iusticia swaserit solvere debebimus et volumus Nosque et nros successores obligamus Assecuramus insuper ex certa nra sciencia et voluntate consiliariorum nrorum ipm paulum et successores suos securiorem efficere cupientes promittimus qd in puti inscripcion seu verius translacione prefatarum summarum super ipa bona nra facta ipse paulus et sui posteri pro ipis et in ipis summis pecuniarum inscriptis vel in condicione honestatis dampnum predictorum molestiam vel aliqd gravamen non percipient nec incurrent a nobis et successoribus nris non obstantibus Regni nri constitucionibus et ordinacionibus tam in Nyeschowa quam in Conuencion pyotrcowien gnali proxime preterita factis quibus constitucionibus et omnibus in eis contentis de sciencia nra scia expresse et voluntate eorundem consiliariorum nrorum quominus effectus puium quoquo impediri possit derogamus et earum effectum quo ad putem inscripcionem nram in robore conservandam usque ad exempcionem pdctorum bonorum suspendimus decernentes de consilio consiliariorum nrorum et presertim nobiscum iuxta decretum conuencionis proxime preterite pyotrcowien existencium premissa omnia valere et firma esse semper tenore puium mediante deinde residuum summarum predictarum trium millium Octingentorum triginta septem flor quas paulus Czarny in zuppis huiusmoi inscriptas per alias speciales tras nras eidem paulo inscripsimus per speciales vero tras Iohannem Cordan de summis quas in Osswyanczym habuit inscriptus assecuravimus sic ut illarum specialium trarum tenores continent Itaque putes et omnia suprascripta decernimus valituras et valitura usque ad solucionem summe flor putibus tris inscripte Iuribus consuetis Regalibus semper salvis Et in fidem ac testimonium premissorum etc Sigillum nrum putibus est subappensum Datum Crac die dominico in vigilia sancti Martini 1502

Recognicio Residui debiti paulo Czarny

Alexander etc Significamus etc Quia post gnalem racionem cum Generoso paulo Czarny de Withowicze Brzesten et Osswyanczymen Capito et tunc zuppar Crac per nos super administracione zupparum earundem facta remansissemus sibi debitores summe summarum trium millium octingentorum

Triginta septem flor licet qz ad ronem dicte summe summarum summa octo millium et septingentorum florenorum eidem paulo in bonis nris vczt capitaneatu castro et oppido osswyarczymenbus necnon in villis dwori manowicze laki byelawi lipnyk brzeszcze brzeszynka babycza cobyernicza krzyakow et porambka etc in oppido kanthij inscripsimus de residuo tn eiusd summe summarum tredecim millium octingentorum triginta septem flor vczt de quinqz millibus ducentis et septuaginta septem florenis in moneta et nro polonicali per mediam sexagenam florenum quemlzt computando volentes paulum ipm et suos successores cerciorem et indempnem reddere illud ipe residuum summe summarum pfate vczt quinqz millia ducentos et septuaginta septem flor eid paulo et suis successoribus in verbo nro regio pro festo nativitatis xpi anni domini millesimi quingentesimi sexti solvere pollicemur. Casu vero quo ipa quinqz millia ducentos septuaginta et septem flor dicte summe summarum residuum non solverimus extunc iterum ipa quinqz millia ducentos et septuaginta septem flor sibi in bonis nris capitaneatibus et civitatibus brzeszcze et osswyarczimen que ad pns ipe paulus tenet p alias lras inscriptis reformare inscribere qz debebimus et promittimus ac nos et successores nros ad reformandum et inscribendum obligamus harum serie lrarum quibus sigillum nrm in testimonium est subappensum datum cracovie die dominico in vigilia scti martini anno domini millmo quingen qrto

Liberacio a bello victorino Wolsubski

Alexander etc

Significamus etc Quia propter minorennitatem nobilis victorini Wolsubski heredis in Kemperborg attendentes qz eciam salubre animi consilium quo ad optima arcium liberalium studia sepius applicuit ut sibi suis qz inposterum ac Reipublice profuturus esset valeat a quavis expedicione bellica in Regno nro ex quacunqz causa instituta seu instituenda hinc usqz ad duorum annorum decursum terminorum sequencium absolvendum duximus et absolvimus tenore presencium mediante quo ad psonam duntaxat suam tenebitur victorinus de bonis suis ad quamlzt motionem bellicam regni nri expedicionem sufficientem p psonas rei militaris non ignaros facere et iuxta bonorum exigenciam suorum expedire. Quapropter vniversis et singulis dignitariis et officialibus mandamus qtinus pfatum victorinum quantum ad psonam suam ob no expedicionum bellicarum interim institucionem impetere aut inquietare non audeatis usqz ad prefatorum duorum annorum decursum et expiracionem datum crac fea qrta proxima ante thome applici

Liberatio a bello

Alexander etc.

Significamus etc. Quia nobilem Felicem Valischewski terrigenam
(Vp) nostrum qui cum Reverendo patre domino Erasmo episcopo ploczensi cancellario
in nostris et Reipublice negociis ad Sanctissimum dominum nostrum papam
Oratorem legavimus, proficiscitur ab expedicione bellica in proxime
fienda liberandum et absolvendum duximus, liberavimusque et absol-
vimus presentibus vobis universis dignitariis et officialibus Regni
nostri mandantes quatenus eundem ipsum Felicem Valischewski in hac
nostra libertate sibi concessa conservetis et conservari faciatis
tam diu donec ipse dominus Erasmus de itinere suo Romano
redierit. Actum nostri factum etc. Datum Cracovie feria quarta ante Thome apostoli

Suspensio controversie occasione distri-ctuum etc. facte ad conventionem generalem

Alexander etc.

Significamus etc. Quod dum oriretur Coram nobis controversia
inter Magnificum Nicolaum de Ostrorog... palatinum Lublinensem
et tenutarium Schidlowiensem ex una et Generosum Stanislaum
Schafranijecz de Pijeskowa Skala Capitaneum nove civitatis Corczijn
ex altera partibus occasione Novecivitatis et Schidlowiensis districtuum et
(V G p) presertim Jurisdictionum Castrensium Sic quia Nicolaus palatinus
Lublinensis Spatem districtum Schidlowiensem per certa loca seu flumina
a districtu Novecivitatis Corczijn divisum fore Sic quia in eodem
districtu iurisdictionem Castrensem racione tenute sue se iuste asserebat
habere in ea Jurisdictiones possessione dicens se et suos antecessores
tenutarios Schidlowienses semper fuisse Stanislaus vero Schaffra-
nijecz Capitaneus Novecivitatis exadverso oppidum Schidlow et id
totum quod palatinus districtum spatem Castrensem Schidlowiensem assere-
bat unum et indivisum districtum Novecivitatis ab antiquo Castrum
quoque et oppidum Schidlow Jurisdictioni Castrensi Novecivitatis subiectum
esse exindeque cum uterque se referret ad acta seu libros iudiciorum
Castrensium quilibet suorum volens suam assercionem quilibet probare li-
bris et actis Castrensibus Nos tamen iustum in ea re decretum absque
plurium consiliariorum consilio ferre non valentes decrevimus eam vel
ad Novecivitatem Corczijn si ei interesse vel ad generalem conventionem
proxime futuras suspendendam et differendam suspendimusque et
differimus ubi probacionibus utrimque fiendis acceptis ac consilia-
riorum nostrorum consilio ad id accedente iusticiam utrique parti super
premissis faciemus et facere promittimus presentibus quibus in
testimonium sigillum nostrum est subimpressum Datum Cracovie feria quinta
post festum Concepcionis Marie virginis Anno 1505

Mandatu lublinen palatino &c

Alexander &c

Generoso Johanni Kaplhunski de Kanczyn marsalco curie
nre ac Sandomirien et Ploczen Capitaneo fideli dilecto Beram
nram In absen vicecapito Sandomirien Generose fidelis
nr dilecte. diu conqueri consueuit nobis Magnificus Nicolaus
de Tworzyanski palatinus lublinen contra Generosum Mar-
tinum de Skothniki tunc Judicem Sandomirien nunc vero Ca-
stellanum Zawichosten quod licet olim serenissimus dnus Johan-
nesalbertus Rex fr noster palatinum ipsum et Evam consorte
ac nobiles petrassunyn de prawkowicze Bernhardinum de Prze-
borowicze et leonardum Korkowski familiares ipius palati
ad instanciam quarumlibet psonarum iudicare prohibuerat eo qd
ipa olim mtas R. consilijs publicis eidem Nicolao tunc interesse
mandauerat propter qd ipe Nicolaus pro se pro vxore et fami-
liaribus predictis suis iudicia ipa attentare non potuit pro
maiori qz actoris habuit coram ipa olim mtas nite fru-
ctu ea inhibicon non obstante predictus Judex eam vxore
et familiares ipius iudicauit atqz ad Instanciam nonullarum pso-
narum admisit Iure condemnari Exinde contra eundem palatinum
causa plurorum a ff tua de brachio nro Regali optatur in-
tromissio rone plurorum contra Inhibicon olim fraternam
factorum Et quia pendet hec querela ad diffinicon nram
Iccirco tue ff mandamus vt nullam dictorum plurorum
contra inhibicon Regiam obtentorum execucon facere psumat
sed suspendat vsqz quo p nos et consiliarios nros in conuencon
gnali diffinitum esset si huiusmoi plura esse debeant valida
Datum no felic &c datum crac fa quinta proxima post concepcon marie

Intromissio palatini lublinen in bona Zoraw et villas ad ea pertinentes &c

Alexander &c

Magnifico Nicolao de Kamyenijecz Castellano Sandomirien et
Capito in absena ipius vicecapito Cracovien Sincere nobis
dilecto fauorem nrm Magnifice Sincere nobis dilecte. Dudum
Magnificus Nicolaus de Turozwanki palatinus lublinen
querebatur nobis qd quamuis contra Magnificam olim Dobrochnam
de Lanzenicze palatinam Kalissien atqz Zarambina certa plura
nomine Magnifice Eue de Rythwyani consortis sue iudicialiter
obtinuerit habuerit qz intromissionem de Iure sibi datam in bona
Zoraw et villas ad illa ptinen dotalicij Dobrochne pdicte Tamen
Generosus Johannes Zaramba de Kalinowa Capitaneus maioris polonie
generalis eiusdem Dobrochne filius intromissionem in eamipam villa

eidem Nicolao non admittit et vi repugnat in eius iniuriam Et quia omn iurevendicatorum ad nos pertinet executio Itaque volens Nicolao predicto de iustitie remedio providere tue ff mandamus ut visis pluribus que ipse Nicolaus contra camypam dobrothnam obtinuit ipsum secundum eas plura in bona predicta zorawo et alias villas ad illa pertinens intromittat intromissum quoque nostro et suo officii nomine tueatur et defendat Datum Crac feria quinta post Conceptionis gloriosissime virginis Marie Anno domini 1 2 0

Littere indempnitatis Luce etc

Alexander etc
Significamus etc Quia nobilem Lucam de Starzemiastho Rothmagistrum nostrum cum sua comitiva centum peditum et trium equitum in nostrum suscepimus servicium suscepimusque presentibus Ad ei et cuilibet alteri sue comitiue prefate incipiet a die conscriptionis et durabit ad quartale anni Cui super quemlibet pedestrem per quinque florenos et super quemlibet equitem per decem flor pro quolibet quartali anni daturi sumus Insuper ei et cuilibet de sua comitiva prefata pro captivitate et dampnis in ipso servicio nostro iuste perpessis tenemur etc Crac feria secunda ante Thome etc

Arenda iudeo Iossko super theolonea Leopolien et Belzen nova

Alexander etc Significamus etc Quia attendens iudei nostri Iossko industriam et facultatem eum propterea habens comendatum nobis de certa sciencia et deliberacione nostra theolonea nostra Leopol unum et aliud Belzen cum omnibus et singulis modis consuetudinibus et iuribus cum omnibus comodis et proventibus libertatibus et prerogativis quibus eorundem theoloneatorum arendatores factores provisores quoque antea usque in hactenus gaudere et uti consueverunt per triennium aliis per trium annorum integrorum unum se sequencium decursum pro quingentis marcis pecuniarum monete et numeri polonicalium quadraginta octo ~~marcis~~ grossos marcam in quolibet computando singulis annis horum trium annorum nobis per eum solvendum Convenimus locavimus arendavimus et vendidimus convenimus quoque locamus et arendamus ac vendimus tenore presencium

mediante Sub condicionibus infrascriptis per ipsum Jossko Arendatorem
nrum tenen haben possiden regen gubernan ac Juste solito more ab
omnibus psonis ad solucom eiusd theolonei obligatis recipien et exigen
Juxta morem et consuetudinem aliorum theoloneorum et Arendarum in
talibus fieri solitarum Quequidem Arenda compotum trienni inchoa-
tura est a festo purificacionis Gloriosissime virginis Marie proxime
futuro Anni domini millmi quingentesimi quinti inclusive usque ad aliud
festum purificacionis Marie Anni domini Millmi quingen octavi
proxime futuri inclusive Ita qd quolibet Anno integro eorundem trium
Annorum Theolonea ipa percipiet tenebit et gubernabit pacifice et
de quolibet anno eorundem trium Annorum usque ad predictum annum
millesimum quingen octavum incluso eo ipo prefato Anno integro quin-
gentesimo octavo ad diem purificacionis Marie dicti Anni Millmi
quingen octavi pdictas quingen marcas nobis soluturus erat ordine
infrascripto Quia ad racom dictarum quingentar marcarum Annis
singulis Census infrascriptos Spuales et Seculares soliturus erit
In primis videlicet Archiepo Leopolien Annis singulis quadraginta
marcas, palatino Russie Centum marcas Epo Camenczen viginti
marcas, Capitulo Leopolien Cathedralis quinquaginta marcas prepto
hospitalis Leopolien quinque marcas. Mansionariis ad sctam Ka-
therinam in Leopol triginta duas marcas, Et vicariis Camenczen
ecclie Cathedralis quinquaginta marcas census Annui Johanni
Johanni quoque Stryicz Cirurgico ad ipius Johannis vite tempora
decem marcas de theolonio Leopolien, Castellano Belzen decem
sexagenas vexillifero Belzen sex sexagenas plbano Hrodlen
quatuor sexagenas. preben Belzen sex marcas unum flor pro pellicea
et mediam alteram marcam pro panno. Dobrodwor plbano quatuor
marcas. prepto in Brossko sex marcas plbano in Brossko unam
sexagenam de theoloneo Belzen Annis quibuslibet pro quatuor terminis
solucom impenden Quam censuum solucom Anno quolibet pdictorum
trium Annorum Ipi Jossko theoloneatori nro ad racom predicte
quingentarum marcarum summe de quolibet Anno trium eorundem Annor
nobis debite computaturi sumus volumusque et tenebimur computare
Residuum vero dicte summe Arende ultra census ipos excrescens
solutis imprimis pdictis censibus annuis quam censuum annorum
solucom impendit tenebitur et sit astrictus nobis solvere realiter
et effective Non obstantibus quibuscunque litteris et mandatis nostris
ad peticoms quarumcunque psonarum cuiuscunque status et condicionis
exivimus sibi scriptis aut scriben Cui Jossko theoloneatori pdicto
damus et concedimus facultatem et ptatem plenariam Res et
merces bonaque omnium et singulorum subditorum nrorum theolonea
pdicta viis obliquis et inconsuetis In preiudicium et dampnum
eorundem theoloneorum nrorum declinancium aliaque omnia et singula
eorum bona venalia que tunc in tali casu przemithi in volgari

dicuntur arestandi retinendi et recipiendi quorum bonorum et rerum
arestatorum et rerum cuiuscumque quibus et pecuniarie fuerint partem
unam nobis reseruamus usibus nostris applicandam Reliquam vero
partem ipse Josko theoloneator noster pro se recipiet et conuertet Quoniam
vero consueuerint proinde contenciones et iurgia euenire et nonnunquam
theoloneatores arestatores eorumque in eis officijs factores calumnijs
litigancium molestari Ita quoque in gubernacione et prouisione theo-
loneorum impediri Unde ne occasione quacumque ipse Josko aut factores
seruitores que sui per quempiam ad iudicia quecumque tractus aut euocatus
tracti que aut euocati in prouisione et exaccione theoloneorum eorundem
impedirentur et exinde vel in iudicijs per negligenciam succumberet
vel solucionis arende nostre negligerent quod non libenter videremus Verum
vt ipse Josko attencius prouentus theoloneorum eorundem nostrorum
colligeret et diligencius colligendis intenderet ipsum substitutos serui-
tores factoresque suos ab omnibus iudicijs palatinorum castellanorum
capitaneorum burgrabiorum iudicum subiudicum ceterorumque dignitariorum et
officialium nostrorum cuiuscumque status dignitatis et condicionis existencium
~~cittati comparere~~ secularium per omne tempus trium annorum suprascriptorum
eximimus et liberamus presentibus vt coram eis aut ~~quo~~ coram ali-
quo ad instanciam quarumcumque personarum cuiuscumque status et condicionis
existencium cittati comparere non aliquas penas soluere non teneantur
nec capitaneus noster eum pignorare aut ministerialem contra eum
deputare que in ibi Dzeczkowanye dicitur durante arende tempore
poterint Sed duntaxat ipse Josko si culpa in aliquo reus fuerit
coram nobis tunc modo vel cum eum spatibus [illegible] nostris iudicium commiserimus
rendere sit astrictus Seruitores vero sui si culpa culpabiles essent coram
eodem Joskone iudice accusati rendebunt, de quibus ipse iusticiam tanto liberius
ac cicius ministrare debeat quanto plus cupiet suamipsam exempcionem inuio-
labilem esse Preterea quoniam occasione mercanciarum de Valachia et arme-
norum contigit aliquando committi cautelas theoloneis nostris preiudiciales
Itaque statuimus quod dum mercancie per aliquem mercatorem terre Valachie versus
Leopolim ducentur cuiuscumque generis siue in rebus siue in bobus esset
nullus mercatorum Leopoliensium ciuitatis nostre debebit obuiam venire, et eas
emere ad cautelam admenendum theolonei nostri donec Leopolim per eosdem
mercatores afferentur vt sic illi mercatores Valachi Leopolim cum
mercibus venientes theolonea soluerent nostra a quibus Leopolienses theolonea
non soluerent In quo eundem Josko theoloneatorem nostrum propter augmentum
prouentuum nostrorum et ipsius ciuitatis Leopoliensis condicionem meliorem tueri
volumus et debebimus Et si ita esset quod mercatoribus nostris prohiberent
Valachiam ire pro mercibus Ita quoque si Valachi videbuntur Leopolim cum
mercibus et pro mercibus venire cum non mediocre theoloneorum nostrorum
emolumentum accresceret Extunc idem Josko theoloneator noster pro quantitate
temporis debebit augere summam arende suprascripte nobis soluendam Ceteri vero
mercatores vndecumque venientes et quicumque alij qui ad solucionem theo-
loneorum obligantur nostra ipsa soluere debeant theolonea a quibus ea et
quolibet eorundem etc ab armenis si armenos decernimus ad solucionem ipsam
theoloneorum eorundem obligatos debebit ipse Josko theoloneum iure recipere
secundum modum et consuetudinem iustam et in ea solucione obseruari solita
Saluis tamen priuilegijs et exempcionibus regalibus ab eisdem et alijs theoloneis
quibuslibet personis et presertim armenis concessis quibus ipse Josko non
debebit derogare non cogens quempiam ad danda theolonea qui nouit aut
iure communi aut priuilegio vel exempcione spali ab ipsa theoloneorum solucione
liberatum esse Casu vero quo continget auferat deus vastari terras nostras
Russie aut aliquod nobile impedimentum committi propter quod ipse Josko non posset
veraciter sufferre arende huiusmodi solucionem Nos in eo casu de vtute et benignitate
nostris tenemur eam discrecionem habituri sumus vt digni[ta]ti rei et iusticie conueniet
Harum etc Dat Crac feria quinta ante festum [illegible] appli anno

Confirmacio sup ortu domino epo Ploczen

Alexander etc. Significamus etc. Quod cum exponeret nobis Rev(erendus)
in Xpo pr dnus Erasmus epus Ploczen quia licet habeat
liberum aque fluxum p canalia duo ad piscinas suas in ortu suo
in suburbio Crac. dum Nicolai pontificis sito existentes de fluvio Vy
pradnik ex antiquis regum pdecessore nrorum concessionibus
ductum. Tu pro maiori sua et suore successore certitudine
petiit concessionis literarum sup id datarum eorundem olim pdecessore
nrorum p nos ei confirmari, et insup p tempus influxum teraus canale
sibi dari et concedi. Quarum literarum predecessorum nrorum tenores
sunt tales. Wladislaus deigra Rex Polonie ac Electus Ungarie
Lythwanie qz princeps supremus et heres Russie etc. Significamus etc.
Qd dud famosus Georgius Swarcz orto suo suburbano [illegible] civitatis
nrae Cracovien retro ecclesiam sti Nicolai sito penes ortum olim Blzer
civis sic exposuit, et pluribus annis pacifice possedisse cum usu aque
de fluvio nro Pradnik ad piscinas eius in eodem orto constitutas. In cana
libus derivate. Supplicavit qz sibi nre obnixius, quatenus sibi eius aque
fluxum et influxum, put illud hucusque tenuit et habuit, confirmare
ob cautelam de futuro ipso certitudine dignaremur. Nos attendentes eius
precibus inclinati obsequiorum suorum studiis quibus a genitori nro ble me
morie et nobis solicitate diligentia multiplicit meruit complacere. Me
morati orti possessori usum aque influentis usibus supradictis sibi et
heredibus eius iure pperpetuo huius. Libere et absqz omnibus impedimentis
tenore pncium confirmamus harum quibus sigillum nrum est appensum
testimonio literarum. Dat Crac. feria secda post conductum pasce Anno dm
millesimo quadragentesimo quadragesimo. Ad relacionem magistri Petri de
Szczekoczin Regni Polonie vicecancellarii. Kazimirus deigra Rex
Polonie Magnusdux Lythwanie Russie Prussie qz dnus et heres etc.
Significamus tenore pncium quibus expedit universis. Et si petitiones iustas
et honestas subditorum nrorum ad exaudicionis gratiam admittimus
illorum sz precibus libenter annuimus quorum nobis fidei constancia et
servitiorum ~~[illegible]~~ merita cognita sunt. Oblata igitur nobis narracionis
p famosum Nicolaum Cendlar de Crac. Quod ortus post mortem olim
Georgii Swarcz de Crac in suburbio nre civitatis nrae Cracovien
retro ecclesiam sti Nicolai sitam penes olim Lezer sua gratis sit possessio
cum usu aque de fluvio nro Pradnik ad piscinas eius in eodem
orto constitutis p canalia derivate. Supplicavit qz Nobis nre quatenus sibi
huiusmodi aque fluxum et influxum put ipsum in hactenus tenuit
et habuit admittere dignaremur. Attento igitur qd Serenissimus
princeps dnus Wladislaus Polonie ac Ungarie Rex genitor carissimus

omnes literas coram nobis per eundem Nicolaum reproductas vigore
quarum huiusmodi aque usus pro orto memorato ac eius possessionis est
concessus datus et largitus, tum etiam servicia eiusdem Nicolai Kreidlar
quibus nos meruit pensatis, memorato Nicolao Kreidlar et suis suc
cessoribus dicti orti possessionem unam aque instructis usibus de flumio
nostro Prathnik ad ipsas possessiones ita prout modo est in possessione
admitti concedimus et largimur presencium per tenorem. Harum quibus
sigillum nostrum est presentibus est subappensum. Datum Cracovie feria secunda
post festum concepcionis Marie virginis gloriose Anno domini Millesimo qua
dringentesimo quinquagesimo octavo, Relacio venerabilis Johannis Lutkonis
de Brzeze utriusque Iuris doctoris Archidiaconi Gneznensis Regni Polonie
vicecancellarii. Idcirco nos de speciali favore et gracia nostris ac peti
cionibus prefati domini episcopi annuentes, premissas literas in totis earum
tenoribus confirmavimus et approbavimus, confirmamus quoque et approbamus ac tenore
canale per terras instruccionis aque de flumio Prandnik ad possessiones
suas predictas in orto predicto construendo, sibi eiusque successoribus dedimus
et damus, decernentes tam confirmacionem quam donacionem huiusmodi perpetue
duraturas, tenore presencium mediante. In quorum etc. Datum Cracovie
feria sexta In vigilia sancti Thome apostoli Anno domini Millesimo
quingentesimo quarto Regni quoque nostri quarto

Johannes de Lasko
R. P. Cancellarius ss

Consensus redimendi villam Johanni Taranth

Blinno.

Ex

Alexander etc. Significamus etc. Quia annuentes peticionibus
Magistri Johannis Taranth de Brudzewo castellani Calissiensis
et tenutarii oppidi nostri Wartha sive nobis dilecti, sibi de speciali
gracia et sciencia Regiis nostris villam nostram Regalem Blynno ad oppidum
nostrum prefatum Wartha ex antiquo spectantem de manibus nobilis
Bartholomei Bartoszowski redimere consensimus et admisimus
consentimusque et admittimus presentibus, Ita tamen quod inter redimendum
summe pecuniarum non augeantur ultra summas per nos et antecessores
nostros in eadem villa prefato Bartholomeo et antecessoribus suis iuste
et legittime inscriptas, decernentes prefatum Johannem et ipsius legittimos
successores predictam villam Blynno iuxta vim tenoris et
effectum originalium literarum per nos et antecessores nostros antecessoribus
dicti Bartholomei legittime concessarum tenendam habendam possidendam et
utifruendam tamdiu donec eadem villa quarum prefato oppido Wartha

Revenue eiusdem Johannis Zaranczky quam nos et successores nostros de manibus ipsius Johannis et successorum eiusdem fuerit redempta. Quo facto possessio tandem eiusdem ville ad nos et successores nostros redibit pleno iure iuribus nostris regalibus salvis remanentibus. Harum etc. Datum Crac. feria sexta in vigilia Sancti Thome Apostoli anno 1506.

Dominus Johannes de Lassko R. P. Cancellarius subscripsit

Libertacio a solvendis censibus Josko

Alexander etc. Significamus etc. Quia intelligentes Judeum Josko nostrum Lublinen. et Leopoliensis theoloneorum factorem arendatoremque nostrum hac tempestate bellorum in terris Russie cum hostibus nostris gestorum ex eisdem hostibus ac cruciferis armorum ingentibus in bonis fortunisque suis non mediocriter damnificatum esse. Solitum vero nobis et olim serenissimi regie servitia exhibere fidelia, de certa scientia et speciali gratia nostra hinc usque ad triennium omnes soluciones annuas quas racione persone, familie, domus et bonorum suorum more aliorum Judeorum nostrorum nobis annuatim impendere consuevit sibi indulgemus et de eisdem liberum efficimus presentibus, omnibus earundem annuarum nostrarum ex Judeis provenientium solucionum exactoribus nunc et pro tempore existentibus presentibus requirendo mandamus committimus, Judeum ipsum circa presentem libertatem nostram conservetis ac pro censibus seu solucionibus annuis predictis nostris eum non inquietetis usque ad decursum trium annorum aliter facere etc. Harum etc. Datum Crac. feria quinta ante Thome Apostoli.

Libertacio a iudiciis sectaribus Josko

Universis et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, burgrabiis, iudicibus, subiudicibus, terrigenis, nobilibus, advocatis, scultetis, proconsulibus, consulibus ceterisque quibuslibet hominibus ubique locorum, hominibus in dominiis nostris constitutis presentibus requirendo, sinceris et fidelibus dilectis favorem et graciam regiam. Magnifici, generosi, sincere et fideles dilecti. Arendavimus generosi nobiles, famosi et providi sincere et fideles dilecti, arendavimus Judeo nostro Josko theolonea nostra Leopolien. et Russensia per triennium ex vi arende huiusmodi liberamusque eundem eiusque servitores a iudiciis quibuslibet sectaribus regni nostri, ut quiecius intenderet colligendis proventibus nostris. Itaque exempcionem nostram eandem vobis intelligendam mandamus committimus, pro quibuslibet causis ad instanciam vestram eum servitoresque suos tantisper donec arende eiusdem non expirabit limitacio iudicare non presumatis. Sed si cuipiam reus fuerit in aliquo, nos de illo et servitoribus tamquam contra eos actoribus aut ministrabimus aut ministrari committemus iusticiam, quantoplus noverimus esse racionem aliter facere etc. Datum Crac. feria quinta ante Thome 1506.

Dominus Johannes de Lassko R. P. Cancellarius subscripsit

Arenda super thelonea anti-quitus instituta

Alexander etc. Significamus etc. Quia attendens Iudei nostri Josko
industria et factivitatem eum propterea habentes comendatum de certa
sciencia et deliberacione nostris theloneum triennale nostrum In terris podolie
halicien leopolien Sanocen przemislien belzen et chelmen de
omnibus negociatoribus a solucionibus thelonearum antiquitus institutorum
sit exigendi uti antiqua thelonea ubique locorum dari consue-
verunt cum omnibus et singulis novis modis consuetudinibus et qualitatibus
cum omnibus comodis et proventibus libertatibus et prerogativis quibus
ceterorum theloneorum arendatores factores provisores etc gaudere et
uti consueverunt pro triennium aliis pro trium annorum integrorum iuncte
se sequencium decursum pro quadringentis marcis pecuniarum monete
et numeri polonicalium quadraginta octo grossorum marcam in qualibet computando
pro toto triennio nobis solvendis Commisimus locavimus arendavimus
et vendidimus Committimus quoque locamus arendamus et vendimus tenore
presencium mediante Sub condicionibus infrascriptis per ipsum Josko arendatorem
nostrum tenendum habendum possidendum regendum gubernandum ac iuste ab omnibus
personis ad solucionem theloneorum obligatis recipiendum et exigendum Iuxta
tenorem et consuetudinem theloneorum antiquorum et arendarum
in talibus fieri solitarum Quequidem arenda incipiet ubique locorum
in terris predictis a die et tempore quibus illud theloneum in terris
ipsis ad fideles manus tenens venerabilis dominus Herbortus
Canonicus Camenecen et nostrum incepit exigere et durabit
ubique locorum a die incepte solucionis ad decursum integrorum trium
annorum iuxta decretum conventionis Pyotrkowien pro festo Sancte
Agnetis proxime preterite tente Quo omni tempore trium annorum
predictorum sic ipse Josko theloneum istud triennale ab omnibus
mercatoribus illis duntaxat exiget qui libertates vel perpetuas
vel temporales theloneorum non solvendorum habent aut pro se
haberent non excedit aut thelonei consuetudinem sed in omnibus
theloneorum locis sic istud triennale ab omnibus negociatoribus
libertatem a theloneis habentibus exiget prout de non liberate
exigi consuevit Et si aliqui subditorum In medietate thelonei
essent libertati ab illis quoque racione eiusdem triennalis thelonei
medietatem nostram indultam usque ad decursum triennii tociens
quociens ad loca theloneorum venerint percipiet Et ut facilius
exigat promittimus ei auxilia prebere et mandata nuncios et
litteras nostras vel aliud iuxta statutum percipiat Et si que impe-
dimenta istius thelonei racione processus fuerant a quopiam ab
illis eum eliberare volumus et debemus exigendo Et si
casu quorumque contingerit eum impediri in propterea Nos in casu
quolibet circa exaccionem istius thelonei contingenti indempnem
eum reddere debebimus Solucionem tamen pro toto triennio sic
impendet quia pro primo anno centum marcas pro altero
centum et quinquaginta pro tercio anno centum quinquaginta

marcas solvet et igitur liberius exactioni eiusdem theolonei intendat liberavimus et eximimus eum pro id temporis triennii ab omni dignitariorum officialium iudicum et subiudicum a quorumlibet subditorum nostrorum potestate iurisdictione ei quod toto eo tempore arende indulsimus et indulgemus universas solutiones exactionum quas deberet nobis pro tempore dictas et decernendas harum quibus etc. datum Crac. feria quinta ante Thome Anno domini millesimo quingentesimo quinto

Consensus super inscriptionem bonorum quorumcunque ad Krzeszcze pertinentium

Alexander etc. Significamus etc. Quia petitionibus Generosi Pauli Czarny de Wielgowicze capitanei Brzestensis et Ostrozanensis fidelis dilecti nostri ratione servitiorum annuens sibi certam summam pecuniarum in bonis nostris castro et civitate Brzesczen ac villis et bonis aliis ad castrum et civitatem predictam pertinentibus tenute sue Generoso Martino Wor... Imowski iudici Brzestensi in quorumque iure sive terrestri sive castrensi inscribere et reformare consensimus et admisimus consentimusque et admittimus presentibus Ita tamen quod inter inscribendum non augeantur summe pecuniarum ipsi Martino iudici inscribende ultra summas prefato Paulo capitaneo per nos in dictis bonis inscriptas decernens per ipsum Martinum iudicem et successores suos ipsa bona nostra sibi per dictum Paulum in tenuta sua Brzestensi consistentia inscribenda et reformanda tenendum habendum possidendum et utifruendum tamdiu
iuxta tenorem literarum originalium inscriptionum dicto Paulo per nos iuste datarum quousque ei et successoribus suis huiusmodi pecuniarum summa in dictis bonis inscribenda per ipsum Paulum et successores suos exsolvatur Quo facto possessio eorundem bonorum ipsi Martino iudici reformandorum ad predictum Paulum et successores suos revertetur si ipse rediet vel ad nos et successores nostros si nos aut successores nostri bona ipsa redimere ... pleno iure iuribus nostris salvis remanentibus harum etc. datum Crac. feria quinta ante Thome apostoli Anno 1 5 0 5

Addicio foralium Prosthewicze

Alexander etc. Significamus etc. Quia constituti personaliter coram nobis providi consules Proschowiensis exposuerunt ac licet consules foralium eis per olim mentem privatam nostram in eodem oppido Proschowicze ad exigendum et percipiendum concessere nobis pro mensa nostra duodecim marcas numeri et monete polonicalis singulis annis solvere consueverunt prout super id privilegia coram nobis per eos exhibita vidimus tamen quia hec ipsa foralia iuxta antiquam consuetudinem exigi solita sic videlicet a pecore per tres obolos a pecude per duos et a curru frumenti per quatuor obolos minime ad supplendas et constituendas huiusmodi duodecim marcas sufficiunt

sic quod ipsi oppidani dum nobis annuatim easdem duodecim marcas
dissolvent de suis cogitur apponi pecunias pro dicto quoque oppidum
nostrum in possessionibus suis diminutum in magna quoque parte desolatum est
ac plurimum decrevit propter quod supplicarunt nobis ut eis de re-
medio ea in re opportuno provideremus ac opitularemur Nos itaque
attendentes quod non modo municipium oppidi sed et communis rerum
status hac tempestate decrescit propterea quoque eorundem oppidanorum
peticionibus tanquam iustis et consentaneis annuentes de regimine
ac de speciali gratia et sciencia Regiis nostris decernimus quod a modo
et deinceps racione huiusmodi foralium in Przesthenicze diebus
fororum consules ipsi a quolibet pecore pro sex obolos a pecude
pro tres a quolibet vero curru frumenti quod ibi emitur pro unum
grossum exacturi et percepturi erunt hinc usque ad tempus bene-
placiti nostri et successorum nostrorum tenore presentium mediante Harum
etc. Datum Cracovie sabbato festi sancti Thome apostoli etc.

Donacio annalis Andree Vmarski

Alexander etc. Significamus etc. Quia cum vos Serenissime
domine Elizabeth Dei gracia Regine Polonie genitrici nostre graciose
nobili Andree Vmarski Cubiculario sue Serenitatis quinque marcas
pecuniarum nostre monete quoque Polonicalis duo vasa salis cumulatorum
pellicem ... et octo mensuras panni pratensis ... in regno
expensas in Zuppis nostris Bochnensis eidem singulis annis solvenda
dandum et donandum duximus damusque et donamus presentibus ad
tempora vite sue extrema Quocirca tibi Generoso Iohanni
Zordan de Zakliczyn Castellano Bieczensi et modo ac aliis pro
tempore existentibus Zupparum Cracoviensium committimus mandantes quatenus
prefato Andree Vmarski de omnibus supradictis proventibus annis
singulis respondeatis ad racionem earundem Zupparum Cracoviensium nostrarum quittan-
ab ipso Andrea Vmarski de premissis recepturi quas nos tamen
in racione vobiscum facienda suscepturi sumus proinde ac sigillo et
nomine nostris roborate essent Aliter non facturi etc. Harum quibus
etc. Datum Cracovie feria quinta ante Thome apostoli Anno 1506

Salvusconductus Stanislao Plochoczki Mazuriani

Alexander etc.

Significamus etc. Quia postquam nobilis Stanislaus Plochorski
terrigena preclarorum ducum Mazovie exposuisset nobis
quo a quibusdam conterrigenis suis tam in iure quam extra
ius in actionibus suis peragendis esset vite sue insecuritas
propter quod peciit sibi de remedio ea in re oportuno providere
Nos itaque volentes eidem Stanislao de securitate vite providere
dedimus sibi damusque presentibus nostrum Regium christianum -

Salvumconductum plenam ac securitate ibidem in terris Mazonie et Jurisdictione eorundem ducum omnia negocia et causas suas quecumque sibi fuerint mote per quascumque personas disponendi Jure defendendi ac illis dispositis vel indispositis ibidem secure morandi et se undecumque iustificandi rebus et persona ipsius salvis Quemquidem Salvumconductum nostrum decernimus hinc ad unius anni decursum duraturum Universis subditis nostris cuiuscumque status et condicionibus existentibus mandantes quatenus hunc salvumconductum nostrum in omnibus punctis condicionibus et articulis teneant et observent Nos quoque tenere et observare promittimus Ita tamen quod idem Stanislaus sese interea temporis videlicet infra decursum unius anni iustificaturus erit de omnibus quibus inculpatus fuerit harum et subimpressum Datum Cracovie Sabbato in die Sancti Thome apostoli anno 1506

Commutatio Osiek. pro bonis Kobiernicza etc.

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Inter ceteras actiones que per humanam fuerint industriam egregia deliberatione adinventum constat ut auctas principum actus quos perpetuo duraturos literarum munimine perhennet et immortales posteris relinquat Proinde nos Alexander dei gratia Rex polonie Magnus dux lithwanie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Russie prussie ac Culmen Elbingen et Pomeranie dominus et heres etc Significamus etc quia proposita condicionem meliorem faciendam in bonis nostris sancticis ad castrum Osswyanczym pertinentibus cum Nobili Melchiore herede de Baltazar de Kobyernycza terrigena nostro bonorum infrascriptorum fecimus commutacionem cum pro villis Kobyernicza Kroyakowo et Porabka ipsius Melchior perpetuis ac hereditariis villam nostram regalem Ossyek ad Castrum Osswyanczimen spectantem cum addicione septingentorum flor. Hungar in auro dedimus et resignavimus damusque et resignamus ac villam ipsam Ossyek eidem ~~Melchiori~~ Baltazar et suis successoribus inscribimus perpetuo tenore presentium mediante per ipsum Melchior et successores suos legittimos predicta bona seu villam Ossyek cum omnibus utilitatibus censibus redditibus proventibus predicti allodiis et cum Jure patronatus thoreis areis kmethonibus Tabernatoribus ortulanis scultecia et sculteto, et campis incultis agris pratis silvis borris nemoribus Gajis rubetis dumetis apibus et melle ex eis proveniente fluminibus fluviis rivis aquis piscinis piscinibus molendinis et eorum emolimentis cum omni quoque Jure dominio et proprietate ita late longe et circumferencialiter prout ab antiquo sunt distincta et divisa nichil iuris proprietatis et dominii nobis successoribus

precipue videlicet Lesum wellka silua alnina alias olszyna dicta Kamyzka usque ad limites seu granices Grodzyezka et Sparowska et torrentem dictum Szyrnierowi ad granicie Kamyczyskyey alias potok nunc usque

pro mris in ead villa relinquendo tenen haben venden commutan alienan resignan dan donan et ad suos successores que suorum beneplacitos usus convertend pariter et in toto puram per tenorem In cuius rei testimonium etc Datum Crac feria quarta post festum Sancte Lucie anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri quarto presentibus Reverendo in Christo patre domino Erasmo Episcopo Ploczen Necnon Magnificis venerabili et Generosis petro kmitha de wisnicze Crac et Regni nostri Marsalco Nicolao de Crzeszowski Lublinen palatinis dobrogostio Ostrorog de lwowek poznanien Johanne Jordan de Zaklyczyn Bieczen et Zuppar Cracovien Martino de Skotniki Zawichosten Castellanis Jo[hann]e de Lassko Cancellario Jacobo de Szidlowiecz Thezaurario Regni polonie Johanne Kaplyczinski de Kanczyn Curie nostre Marsalco Ceterisque Consiliariis et Curiensibus nostris et fidelibus nostris dilectis Datum per manus Generosi venerabilis Johannis de Lassko Regni etc

Hortus Czipsar inter Casimiriam et flumen Visla situs

Alexander etc Significamus etc Quia pro parte famosi Stanislai Czipsar aurifabri et Civis Crac exhibite erant nobis littere decreti certorum Commissariorum per nos deputatorum super orto inter Kazimiriam et flumen Visla sito in se continentes supplicantes petiti ut easdem litteras Commissariorum nostrorum confirmare dignaremur Quarum tenor est talis Nicolaus de Camyenyecz Castellanus Sandomiriensis et Capitaneus terre Crac etc generalis Johannes Jordan de Zaklyczyn Castellanus Bieczen etc Necnon Nicolaus de Lanczkorona tamquam Commissarii per Regiam Maiestatem in causa famosi Stanislai dicti Czipsar aurifabri et Civis Cracovien circa eiusdem orti inter Cazimiriam et inter flumen Visla siti tractorie deputati cum consulibus kazimirien determinand et iusto complemento faciend Significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis tam presentibus quam futuris notitiam presencium litteras ad cuius Commissionem litteralem Regie Maiestatis latius Canente vigore eiusdem Commissionis sive decernitatis tale decrevimus et invenimus Quia prefatum Stanislaum aurifabrum de Cracovia dictum Czipsar pencionis antiqua solucionem orti prefati remansimus et ad eandem restituimus Aliasque omnes donaciones et legaciones super eodem orto quolibet donatas et legatas presentibus cassavimus et in nihilum quietavimus ex eo quia iste qui ipsum redditum super eodem orto legaverat istud absque consensu Regie Maiestatis facere non poterat Unde idem Stanislaus Czipsar aurifaber erit liber totaliter exemptus et absolutus ab huiusmodi solucione quorumlibet redditus dicti orti desuper expressi exceptis sedecim grossis antiquitus solvi solitis de eodem orto ad hospitale Sancte hedwigis in Stradomia Quos prefatus Stanislaus Czipsar pro anima olim Johannis pis[tor] .. Consulibus kazimirien in pretorio kazimiriensi reponere debet Qui Consules Cazimirienses eos ducerent quorsum illis placebit vel ubi fuerit Et deinceps predictus Stanislaus ab aliis solucionibus Census sive redditum dicti orti erit liber pe[rpetu]e et inmunis nostro decreto Commissariali mediante solummodo solutis annuatim sedecim grossis supradictis ad hospitale Sancte hedwigis in Stradomia sito In cuius rei fidem et testimonium eciam Sigilla nostra presentibus sunt subappensa Actum et datum in Castro Crac in presencia dominorum Commissariorum de super expressorum feria sexta in Crastino festi S. petri ad vincula proxima anno Nativitatis domini Millesimo quingentesimo quarto Regiam nostram ... instantes petitionibus illis annuendum litteras prenominatas decreti nostri nostro facti in toto earum tenore confirmand et approband duximus confirmamusque et approbamus decernimus perpetuo valituras tenore presencium mediante harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum Datum Crac feria sexta post festum Sancte Lucie anno domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri quarto

Johannes de Lassko
R. p. Cancellarius subscripsit

Advocat. Lublinen.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Actus concessiones
et decreta universa in tempore gesta facile vacant ipso preterire
tempore si litteris testibusque fidedignis et sigillis autenticis non
communientur. Proinde nos Alexander dei gratia rex Polonie
magnusque dux Lithwanie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie
Lancicie Cuyavie ac Culmen. Elbingen. Pomeranie que dominus et
heres etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis
presentibus et futuris harum notitiam habituris. Quia pro parte
famosorum Johannis Bonar et Petri Morsthyn consulum Cracovien.
tanquam tutorum Stanislai et Georgii germanorum filiorum famosi
olim Stanislai Morsthyn consulis Cracovien. exhibite nobis
erant littere ac privilegia super venditione advocatie predictorum
olim Stanislai Morsthyn filiorum hereditarie in civitate Lubli-
nen. sitt quam ipsi tutores suo et dictorum puerorum ac totius
consulatus Cracovien. nomine ad quem consulatum de iure
civili tutoria puerorum orphanorum et minorennium pertinere
consuevit cum scientia quoque honeste Ursule predicti olim Stanislai
Morsthyn relicte uxoris ad id accedente consensu per speciales litteras
concesso famosis proconsuli et consulibus toti que communitati
eiusdem civitatis Lublinen. sub certis conditionibus vendiderunt
petitum que erat nobis quatenus tam venditionem advocatie eiusdem quam
litteras et privilegia ad venditionem ipsam pertinentes et ex ipsa
venditione emanatas et emanata confirmare approbare
et ratificare dignaremur. Quarum quidem litterarum et privile-
giorum sequuntur tenores. Nos Johannes Reychman ad-
vocatus provincialis iuris supremi Theutonici Maidburgen.
castri Cracovien. una cum septem scabinis iuratis videlicet Ra-
phaele Mathia Kamgysser Nicolao Szolla consulibus Kazi-
mirien. Mathia Przyaczel Jacobo aromatario civibus Crac.
Johanne Zonthak de Kazimiria consule Mathia Smigina-
tore cive Crac. per serenissimum principem et dominum dominum
Alexandrum dei gratia regem Polonie magnumducem Lithwanie
Russie Prussie que etc. dominum et heredem etc. dominum nostrum graciosissimum
ad id specialiter deputati tenore presentium significamus universis et
singulis quorum interest. Quia sabbato post festum beati Jacobi

Npti nobis in Iudicio bannito exposito et in eum diem translato tunc presidentibus Constituti domini Iohannes Bonar et Petrus Morstyn Consules Cracovien electi et constituti tutores per famosos dominos Consules Crac tanquam principales tutores orphanorum omnium et puerorum annos discrecionis non habencium cum plena potestate sufficienti consulari lecta pro parte puerorum et filiorum olim domini Stanislai Morstyn querens in iure an talis plenipotencia et tutoria habeat vigorem vel quid sit iuris ad quod decretum est ad habet robur et vigorem de forma iuris Que plenipotencia ad optata eorum ad acta nostra inscripta est et honesta domina Ursula relicta olim prefati domini Stai Morstyn per Erasmum Bethman electum Iudicialiter tutorem ad audiendum et consenciendum forum contractus Advocacie Lublinen hereditarie et ad alia que sunt iuris necessaria facien de forma iuris Ipsi itaque domini Iohannes Bonar protunc preconsul et Petrus Morstyn Consul Cracovien veluti tutores electi Georgij Morstyn Iunioris et Stanislaus Morstyn fratres omnes Senior etate et annos discrecionis habens personaliter stantes elegerunt et constituerunt Raphaelem Wyelopolski in plenipotentem ad recognoscendum forum contractus eorum Advocacie hereditarie Lublinen factum cum duobus Consulibus videlicet honorabili domino Iohanne Menzyk arcium presbitero et famoso Iacobo Koffman alias Mayzik Consule plenipotentibus aliorum Consulum Lublinen cum duobus de Communitate Stephano Aurifabro viceadvocato et Laurencio Kulbassa Scabino plenipotentibus ex parte tocius Comitatus Civitatis Lublinen et virorum aliorum in literis desuper scriptorum que plenipotencie Sentencia nostra confirmate sunt robur habere firmitatis de forma iuris Qui quidem Raphael Wyelopolski tanquam plenipotens generaliter constitutus dictorum dominorum tutorum et puerorum supra descriptorum recognovit publice forum contractum inter eos factum tali modo Quia prefati tutores unacum Stao filio Seniore olim domini Stanislai Morstyn vendiderunt foro mediante Advocaciam hereditariam Lublinen de consensu dominorum Consulum Crac tanquam Supremorum tutorum puerorum et orphanorum propter causas legitimas et arduam necessitatem et in comodum et utilitatem puerorum predictorum olim domini Stanislai Morstyn pro duobus millibus et quadringentis flor mediente in Regno Polonie currentium per triginta grossos in quolibet flor computatum ad certas ratas faciendas solvendos modis et condicionibus infra descriptis Quamquidem Advocaciam eis resignare debent liberam et nulli censui obnoxiam hereditarie et iure pleno in perpetuum Constitutus itaque prenominatus Raphael Wyelopolski nomine et parte quibus supra dictam Advocaciam hereditariam Lublinen totam ex parte Stanislai Morstin Senioris tanquam heredis et ex parte Spectabilium dominorum

Johannes Koner et petri Morstyn tutores ut puttitur electorum
Georgii Morstyn pueri etatem et discrecionis nondum habentis
de consensu et voluntate dominorum Consulum civitatis tanquam
principalium tutorum omnium orphanorum et honesta domina Ursula
relicta olim domini Stanislai Morstyn per Erasmum Bethma suum
ad hoc iudicialiter electum tutorem presentibus consencientibus dictis dominis
Consulibus et plenipotentibus Consulum et tocius Comunitatis
Civitatis lublinensis Cum omni iure dominio et proprietate pro-
venientibus fructibus redditibus utilitatibus agris pratis pascuis
~~piscinis~~ campis gajis rubetis silvis nemoribus Carnificum
pistorum calciparioꝛ sallicidarum et alioꝛ quorumcunque artificum
mensis et macellis molendinis constructis et construendis et
cum villa Bronowicze et eiusdem ville kmethonibus et eciam bal-
neo in Civitate lublinensi sitto lacubus fluviis piscinis et earum
piscaturis et aquis cum omnibus et singulis dependenciis
concernenciis ad eandem advocaciam ab antiquo spectantibus prout
ipsa advocacia in suis metis gadibus et graniciebus ita
late longe et circumferencialiter iuxta privilegium originale fun-
dacionis eiusdem limitata est et distincta nichil iuris penitus
Juris et proprietatis aut dominii pro se reservantes pleno iure
hereditario liberam ab omni censu spirituali et presertim
altaris sancti Martini ad sanctam Barbaram in Cimiterio beate
marie virginis in Civitate sitti in perpetuum resignaverunt Cum speciali
consensu Regie Maiestatis per ipsos Consules lublinenses ac totam
Comunitatem Civitatis lublinensis tenendam habendam et possidendam
et iuxta eorum beneplacitum convertendam dempta lapidea
in Circulo lublinensi sitta cum duabus areis in postica
eidem adiacentibus quam dicti pueri pro se totaliter et eorum posteris
reservant Que et ad ipsam advocaciam nunquam pertinebat
Promittens ipse prefatus Stanislaus Morstyn sicut heres
legittimus predictos Consules et totam Comunitatem Civitatis
lublinensis ab omni impeticionum impedimento cuiuscunque status
et condicionis exstiterint occasione dicte advocacie tueri et de-
fendere iuxta Juris Maidburgensis exigenciam et ipse Stanislaus
Morstyn frater senior promisit et se obligavit pro Georgio
fratre suo iuniore ipso veniente ad annos et etatem discrecionis
quod eundem volt constituere Coram Iudicio Bannito supremo ad
consenciendum et adherendum huic contractui vendicioni et resignacioni
dicte advocacie iam facte Quem si tunc annos discrecionis habentem
non constitueret extunc quodcunque dampnum Consules lublinenses
et tota comunitas exinde perceperint hoc dampnum debet esse ipsius
Stanislai Morstyn et eius successorum et non ipsorum lublinensium
Est quoque dictis Consulibus et toti comunitati Civitatis lublinensis in
eandem advocaciam intromissio data per advocatum iudicii prout extunc
per ministerialem Stanislaum Vicedominus pueri predicti Stanislai
Morstyn et eorum provisores census omnes retentos ab hinc usque

Usqz ad festum Sancti Martini proxime venturum exigere et tenere
debent pro se omnibusqz alijs bonis allodio feminibus pratis pi-
scinis ac pecoribus et alitibus pro intertenimento necessarijs uti et frui
debent equos vero boves vaccas Strophas et cuncta pecora eis relinquere
debent a festo Sancti Martini proxime venturo Agros eciam omnes ad
hyemem seminandos conseminare debebunt et a festo Sancti Martini
inclusive Consules lublinen et tota communitas Civitatis lublinen
Intromissionem realem et possessionem in tota advocaria et eius dominium
iuxta resignacionem recipere debent de forma iuris Quam resignacionem
Conclusionem et obligacionem ambe partes prefate ad acta regalia propter
maiorem certitudinem et Regie Maiestatis consensum inscripserunt Insuper prefati
Consules plenipotentes cum alijs duobus Civibus Civitatis lublinen
et Communitatis nomine pro dicta advocaria hereditaria se solucionem facere
obligaverunt tali modo Ita ut pro prima rata videlicet pro festo pu-
rificacionis gloriose Marie virginis proxime venturo trecentos flor
in pecunijs paratis ut premissum est dare debent, deinde pro secunda rata
similiter trecentos flor pro iamdicto festo Sancte Marie virginis purificacionis
immediate sequentis daturi sunt Et a pecunijs penes se habitis videlicet
duobus millibus et uno Cento racione usufructus et proventuum ipsius
advocarie qua utuntur sive Census a quolibet cento per quatuor flor
una cum rata solvenda se daturos astrinxerunt Et sic consequenter
pro predictis festis purificacionis Marie virginis se proxime et inde se
sequentibus pro qualibet rata per trecentos flor una cum summa census
a summa resultante per quatuor flor a quolibet cento solvere debent
execucione in pecunijs paratis et soluta rata ac census de summa
resultante semper census minorabuntur iuxta extenuacionem summe
solvende usqz ad plenariam et totalem summe prescripte semper solucionem
penes acta iurisdiccionis Castri Crac faciendam Si vero pro prima
secunda ut tercia ratis et pro alijs quibuscunqz non solverint aut
census non dederint Extunc residuis ratis carebunt et privabuntur
Sed pueri prescripti Stanislai Morsztyn et eorum provisores aut
successores eorum heredes in advocariam hereditariam lublinen et
eiusdem dominium totum necnon in villam Konopnycza se intromittere
debent et intromittent plenario iure Cum omnia prescripta tenendi
habendi possidendi utifruendi censibus et proventibus omnes levandi
tollendum a kmethonibus et omnibus incolis ad talia spectantibus
labores servicia et cuncta dictam advocariam et villam Konopnycza
concernencia tamdiu habendi et utifruendi modo obligatorio tamdiu
donec prefati Consules ac tota Communitas Civitatis lublinen
iamdictis pueris et eorum provisoribus summam resultantem totam
et integram tam ratarum quam censuum integraliter simul et semel
persolverint ad que omnia prescripta prefati plenipotentes omni consulatu
et tocius Communitate Civitate lublinen se fatentur et partibus
adheserunt et consenserunt de et super contractu fori ulterius eos
facti ut premissum est in omnibus tales fuisse factum et ordinatum Que
omnia premissa superius descripta Sentencia nostra mediante sunt
confirmata robur habere debent firmitatis de forma iuris
In cuius rei testimonium et pleniorem evidenciam Sigillum officij nostri
presentibus est subappensum Actum et datum in Castro Crac die
superius prenotato Anno domini Millesimo quingentesimo quarto etc.

Lublinenses se obligant

Nos Nicolaus Strasch de Kyjalczow iudex et Joh[illegible] Brodowicz
subiudex terre Cracovien. quales Significamus tenore presentium quibus expedit
universis presentibus et futuris presentium noticiam habituris Quomodo dum
et quando in Curia Serenissimi principis et domini domini Alexandri dei gratia
Regis Polonie etc. pro tribunali iudiciali residebamus Ibique constituti per-
sonaliter Coram iure famati viri honorabilis Johannes dictus Nan-
zyk presbiter et Jacobus Koyzman Consules ac Stanislaus [illegible]
Faber vice advocatus necnon Laurencius Kyttbassa Scabini tanquam
plenipoten. et nuncii a Consulibus et Iuratis Czechmagistris Contuber-
niorum tocius artificii et tote Communitatis Lublinen. libere ac publice
recognoverunt quia famosis Stanislao Morsztyn Seniori tanquam gen[illegible]
et annos discrecionis habenti ac Johanni Bonar et Petro Morsztyn tanquam
tutoribus pueri iunioribus olim Stanislai Morsztyn Consulis Cracov.
Duo millia et quadringentos flor. pecunie in medientibus quemlibet
flor. per mediam sexagenam computatam ad tempora et ad ratas inferius
descriptas inherendo inscriptioni capitali in iure supremo Maidburgen.
Castri Cracov. per ipsos plenipoten. Lublinen. ipsis Stanislao Morsztyn seniori
Johanni Bonar et Petro Morsztyn tanquam tutoribus per consilium Cracov.
a predicto Georgio filio iuniore nondum annos discrecionis habente
ad id delegatos et deputatos solvere se obligarunt et inscripserunt
sub his condicionibus inferius descriptis iuxta quod ipsorum inscriptio
capitalis in iure supremo Maidburgen. contenta super advocaciam Lublinen.
Lacius in se obloquitur. quam predicti plenipoten. seu ordines a nominatis
Lublinen. eisdem Stanislao Morsztyn Johanni Bonar et Petro Morsztyn sicut
tutoribus cum eadem inscriptione capitali Maidburgen. in iure supremo
Castri Cracov. contenta coniunxerunt associaverunt et istam per illam
ac illam per istam confirmaverunt et incorporaverunt Ita videlicet quod
ad festum purificacionis beatissime virginis Marie proxime futurum
trecentos flor. et ab isto festo proximo purificacionis beatissime virginis
 Marie per unum annum trecentos flor. pecunie quos trecentos flor. secundum
ratam a quolibet cento flor. per quatuor flor. redditum seu censum ipsi Lublin.
et sic consequenter singulis annis pro eodem festo purificacionis Marie
semper super summam duorum millium flor. et quadringen. dare et solvere
debebunt ac se obligant Quod si aliquam ratam de super facta pro quocunque
tempore non solverint aut solvere neglexerint sive primam trecentorum
flor. sive secundam cum reddito quatuor flor. a cento flor. extunc iam
nunc prout extunc et pro illo tempore sicut nunc dant dederunt per ipsis
realem coram iure intromissionem et tenutam effectualem in totam
villam ipsorum hereditariam dictam Konopnyczka simul et advocaciam
Lublinen. per ministerialem Nicolaum de Lublyn de iure additum iuxta
inscriptionem capitalem in supremo iure Castri Cracov. Maidburgen.
contentam et presentes lacius in se obloquuntur et sic unitas et invicem
coniunctas et associatas cum omni iure et toto dominio atque omnibus
proprietatibus ad dicta bona Konopnyczka et advocaciam Lublinen.
antiquitus spectantibus nihil penitus excipien. nec aliquid pro seipsis
ibidem reservando in toto obligaverunt et inscripserunt per ipsos Stanislaum
Morsztyn Johannem Bonar et Petrum Morsztyn tutores pueri predicti
tenen. haben. utifruen. modo obligatorio ab uno festo Nativitatis
Christi consequenter ad alia festa similia continue se sequencia usque

Ad exe[illegible] totalem psolucom cuiuslibet rate flor cum reddit[u]
desuper expressis tanquam veri et legittimi heredes et non debebunt
ipis lublinen eadem bona pdicta condescende neque dimittere tam
diu donec ipis omnes ratas residuas cum reddita rebento pdicto
uno simul et semel totalr psolverint et tempa seu istas ratas
supius expressas et in inscripcon totali capitali iurissuprem
maydburgen castri crac ac ptes lacius contentas ipi lublinen
iam amittent rone non psolucois et non complecionis ratarum
pfatarum cum lublinen predicti istud se complere obligaverunt
et inscripserunt p plenipoten oratores desup scriptos et omnia
in hac inscripcione et in inscripcon capitali iurissupmi maydburgen
iurissupmi castri crac coniuncta et unita prout eadem inscripcones
lacius in se obloquuntur et una ad aliam se extendit Et ipi lublinen
in hac rata quamcumque ipis Stanislao morstyn Johani bonar et
petro morstyn tutoribus predictis non psolverint Et ipos Stanislaum
morstyn Johannem bonar et petrum morstyn bona predicta
in obligacione tenere contigerit extunc ipi lublinen eandem
summam quam ipis cuiuscumque rate dederint non amittent neque
dampnum aliquod consequentur Et debent ipi plenipoten et ores
lublinen pdicti eosdem Stanislaum morstyn Johannem bonar et
petrum morstyn occone predictorum bonorum sic ipis obligatorum ab
omnibus impedimentis et dampnis ~~intercedere ac obiczy~~ quarumlibet
psonarum sexus et status utriusque secularis et spualis ab omnibus
impedimentis et dampnis intercedere ac obiczy sub dampnis terre-
stribus tueri eximere ac eliberare Quod si eosdem ipi lublinen non
tuerentur seu non eliberarent ac obiczy occone dicte ville Co-
nopnycza et advocacie lublinen non intercederent et non eximerent
et se occone non tuicionis et non eliberacionis citare pmiserit
extunc recedendo a suis terris districtibus et iuribus quibuscumque
ipsorum theutonicis et terrestribus hic in iudicio Regali in
castro crac in pmo termino tamquam peremptorio parere et respon-
dere tenebuntur et nullibi alibi et neque ad (?) se excipe
poterint In quo termino peremptorio poterint ipos lublinen
in lucro pro toto condempnare occone cuiuscumque non eliberacois
et non intercessionis bonorum predictorum desup expressorum ipis
obligatorum Et si quis defectus ipis Stanislao morstyn Johani
bonar et petro morstyn pdictis in pnti inscripcone citacionis
convitacionis condempnacionis ad satisfaciendum in data titulo
aut in toto pmis progressus cause contigerit Illi ipis non
debent obesse sed prodesse et eisdem lublinen obesse debebunt
non evadendo ipos pro pmissis omnibus litis regalibus expe-
dicionibus bellica districtu prescripcione colloquio aut quocumque
generali conventione laudo aliquo terrestri novo et veteri aut aliquo
colore nec aliquo quovismodo exquisito sub amissione ipsorum
cause Et quicumque ipi lublinen contra ipos sibi in auxilium
accipere vellent illo causam suam amittere debent In cuius
rei testimonium sigilla nra ptibus sunt appensa Actum et
datum in curia pfati Serenissimi principis etc feria quarta
ante festum Sancti petri advincula Anno domini millesimo quingen
quarto ptibus ibidem nobilibus Jo[hanne] de Bantkowicze Nicolao
de ibidem Sbigneo de kossorzicze Johanne de ibidem Nicolao de Zagor
zany Johanne de Radwanowicze Mathia de ibidem heredibus
et aliis quampluribus fidedignis ad pmissa

Nos Iohannes Szyeltrzemyecz Preconsul Nicolaus [illegible]elski
Andreas Schadurka Iacobus Bayek Iohannes Neko Thomas Proszyecz
Mathias Mazurek Nicolaus Byalek Iohannes Brek Stanislaus Zydenka
et Nicolaus Douszwoy Consules Stephanus Aurifaber Viceaduocatus vnacum
Scabinis Iohanne Myerznyk Iohanne Skala Iohanne Swyeczypolyecz
Alberto Smarslek Necnon vnacum Czechmagistris Senioribusque Mechanicorum
ac quorumque mechanicorum et contubernatorum Alberto Stanzyczoy et
Martino Swaczyny pellificum Petro Krzemula Mathia Lipka Sutorum
Stanislao Sartore et Petro l. Tonwisar Sartorum Iacobo Czarny Mactatore
Nicolao Kudla Carnificum Urbano Scrifice Paulo fabro fabrorum
Simone Kotifice Nicolao Swyrcz Doleatorum Stanislao Zelazo Bernardo
pileatorum Thoma et Bartholomeo lanificum Ciues lublinen vnacum
tota Comunitate Ciuitatis lublinen Recognoscimus publice per presentes
vniuersis et singulis quibus expedit Quia de vnanimi maturoque consilio
voluntate et assensu prefati misimus et direximus de medio nostri
Honorabiles dominos Iohannem Mazyk et Iacobum Bayek confratres
nostros Consulares Stephanum Aurifabrum Viceaduocatum et Laurencium
Kyelbassa Scabinum nostros et tocius Comunitatis nostre plenipotentes litteris
nostris et sigillis confirmatos ad tractandum facisandum concludendum
et emendum Aduocaciam lublinen a Spectabilibus dominis Iohanne
Bonar et Petro Morsthyn per dominos Consules Cracouienses tanquam
supremos prouisores omnium impuberum et annos etatis non habencium
tutoribus ad id constitutos, Et signanter Stanislai Morsthyn et
Georgii fratris sui puerorum et heredum olim domini Stanislai
Morsthyn ipsius Aduocacie possessorum Annuencium plenipotentes
nostri prefati ad nos reuenientes literas Iurissupremi Theutonici
Maydburgen Castri Cracouien sub sigillo ipsius iuris appenso
produxerunt In quibus ipsius Aduocacie prefate fori contractum
resignacionem nobis coram eodem iure factam et obligatam per eosdem
plenipotentes nostros heredibus prenominatis ad certas ratas videlicet
contineri prout ipse litere Iurissupremi lacius in se continent
Annuencium resignacionem fori contractum et obligacionem premissam
sic ut premittitur nomine nostro et tocius Comunitatis factam
propter maiorem certitudinem presentibus literis et sigillis nostris approbamus
ratificamus et confirmamus In omnia sic per eosdem nostros plenipotentes
facta consencientes promittentes insuper ipsam obligacionem et terminos
solucionis faciende et alia omnia per eos obligata ordinata et
facta manutenere adimplere et inuiolabiliter obseruare verbo
nostro Consulari In cuius euidenciam pleniorem Sigillum nostri
officii Consulatus et aliorum omnium Mechanicorum et Ciuitatis
prefate lublinen presentibus appendimus datum in lublin feria
tercia post festum Egidii Confessoris et abbatis proxima Anno domini
Millesimo quingentesimo quarto Itaque nos peticionibus illis nostri
exinde tanto libencius eis consencientes duximus quatenus melius constet
vendicionem ipsam de voluntate et consensu nostris factam hanc ipsam
vendicionem et resignacionem Aduocacie suprascripte ac condiciones et
articulos in contractu vendicionis eciam super villam Conopnycza
expressos necnon literas et priuilegia preinsertas et preinserta
velut iustas et legittimas iustaque et legittima in totis eorum

et earum [illegible] omnibus articulis punctis et condicionibus approbamus
confirmamus et ratificamus approbamus que confirmamus et ratificamus
decernentes sic valitur et vallitura prout omnia ut sunt descripte atque
descripta tenore presentium mediante. Et in fidem ac testimonium omnium et
singulorum premissorum sigillum nostrum est presentibus subappensum. Actum
Cracovie feria tercia proxima post festum sancte Lucie Anno domini
millesimo quingentesimo quarto Regni nostri anno quarto. Presentibus
Reverendo in Christo patre domino Erasmo episcopo Ploczensi Necnon Magni-
ficis venerabili et Generosis Petro Kmyticza de Wissnicze Cracoviensi et
Regni nostri Marsalco Nicolao de Crzesczwanki Lublinensi palatinis Dobro-
gosio de Ostrorog Poznaniensi Stanislao de Chodecz Leopoliensi Marchis
de Sobuniki Zamchostensi et Johanne Iordan de Zaklyczyn Byeczensi
Castellanis Johanne de Lassko Cancellario Jacobo de Schydlowyecz
Thezaurario Regni nostri Johanne Kapstynski de Tanczyn Sandomiriensi
et Ploczensi Capitaneo Marsalco curie nostre Nicolao Firley de Dam-
browicza vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi Nicolao Lanczkorunski
procuratore Sandomiriensi Ceterisque consiliariis baronibus et curiensibus nostris
sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Johannis de
Lassko [struck: Ar] ecclesie Gneznensis et Regni Polonie cancellarii sincere nobis dilecti

Pro debitis olim Erasmi Kredlar

vplg. Alexander dei gratia etc. Significamus etc. Quia postquam famosus Valen-
tinus Weijdenth civis Cassoviensis et Nobilis olim Erasmi Krandler
civium nostri gener, bona et res post mortem dicti olim Erasmi soceri
sui derelictas et derelicta, in nostris que manibus consistens ad nos
veniens iure propinquitatis coniugis sue ad ipsum devolutas capere
voluisset, plures que accrevissent creditores eiusdem demortui solucionem
debitorum suorum ab ipso Valentino de rebus derelictis repetentes, que
quidem debita fortasse extendebant se, ultra que bona derelicta va-
lebant, Licet tunc Valentinus ipse singula dissolvere uti debebat
voluerit, Tamen veritus ne facultatibus propriis in huiusmodi dissolu-
cione apponere cogeretur, propterea quod valor debitorum res
derelictas, ut dicitur, excederet, Quamobrem idem Valentinus coram
nobis protestatus fuit, quod si huiusmodi res prefati olim soceri
sui percipere sic vellet, quod non plus debitorum soluturus esset
quam res eiusdem demortui se extenderent quatinus ipse casu
deficiente solucionis contingente, nullo iure possit stringi ad
debita amplius dissolvenda, Ideo nos ea in re ipsius Valentini
protestacionem approbavimus, sub ea que protestacionis condicione eum
ad successionem et percepcionem rerum predictarum admisimus. Quod ad

omnibus quorum interest intererit ac in futurum notum dedimus tenore
presencium mandantes universis et singulis dignitariis ac officialibus ceterisque
subditis nostris cuiuscumque status seu gradus existentibus et eorum cuilibet
mandantes quatenus eum Valentinum Millatinum nostrum iudicatum ad sol-
vendum plus debitorum quam id quod sufficere potest ex rebus eius descripta
alias non faciatis. Datum Cracovie feria quinta proxima post festum Epi-
phaniarum Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Reformatio dotalitij Dorothee de Obeltze in et super villa Zapole

Alexander dei gratia rex [illegible] Significamus tenore presencium quia Nobilis Andreas Chamyecz de
Dobranowycze tenutarius [illegible] fidelis coram nobis personaliter constitutus
non compulsus nec coactus sanus mente et corpore, amicorum suorum
fretus consilio, sponte et libere recognovit. Quia zelo coniugalis
affectionis motus Nobili Dorothee de Obeltze consorti sue
legitime, quinquaginta et duodecim marcas cum media-
tione dotis et alias quinquaginta et duodecim marcas in media
tione dotalitij monete et numeri communis in Regno nostro
currentis, quadraginta octo grossos quamlibet in marca compu-
tando in et super bonis nostris Regalibus videlicet villa Zapolye
Tenute sue sibi per magnificum Alexandrum de Chozynow
relicta magnifici olim Nicolai de Chanczyn [illegible]
Russie reformat ad Castrum Lubomla pertinentem, cuius quidem
Castri ipse Alexander et pueri sui [illegible] consistit. Et in quadam
agri parte ab eadem Zapolye usque ad viam dictam [illegible] eundo
per campum [illegible] protractam. Et pratis que a
[illegible] incipiunt et agris Lubomla confinant alias
in finibus terminantur, in eisdem bonis villa Zapolye agris et
pratis sibi inscriptis et legitime per dictum Alexandrum inscriptis
reformavit et inscripsit reformatque et inscribit tenore
presencium mediante, per ipsam Dorotheam consortem suam dicta bona iura
superius expressa metalibus et continencia tracto originalium
inscriptionum datarum et habitarum tenendum habendum possidendum et [illegible]
pacifice et quiete. Ita tamen quod summa predicte reformationis non excedat
summas originalium inscriptionum bonis Lubomla inscriptis et [illegible]
inscriptionis. Quia dotis et dotalitij reformationem et inscriptionem
[illegible] iuxta consuetudinem nostram [illegible]
nostri [illegible] presentibus est subappensum. Datum in [illegible]
feria [illegible] dominica Ramispalmarum Anno domini 1507

Decretum pro dissolvendis certis debitis olim Crendlar Erasmi quibusdam Civibus Crac.

Czepl.

Alexander dei gratia etc

Significamus etc Quomodo dum hic coram nobis et Consiliariis nostris inter
famosos Johannem Bonar Federicum Schilling Casparum Bar magistrum montarie nostre
Erasmum Crupek Claus Stal Nicolaum Salomonem et Andream Fogelweder Cives Crac.
tanquam creditores ortos ex una et Valentinum Weydenth de Cassovia tanquam generum
et successorem nobilis olim Erasmi Crendlar Curien. et factoris Camere nostre Terre
Lithuanie partibus ex altera occasione certorum bonorum mobilium per mortem
eiusdem Erasmi in Camera nostra et tanquam in manibus nostris derelictorum orta fuisset
controversia Sic quia prefatus Valentinus ipsa bona derelicta iure propinquitatis
Coniugis sue ad ipsum devoluta habere et percipere volebat Ex adverso vero ipsi
Cives Creditores pro dissolucione debitorum suorum per eundem olim Erasmum apud
ipsos novissime ante diem obitus eius uti referebant contractorum parimodo habere
voluissent Interea quoque quidam plures alii Creditores sepefati olim Erasmi ibidem accurris-
sent similiter debitorum suorum de eisdem rebus derelictis solucionem eis impendi
petentes Exinde nos cupientes iusticiam utrique prout consuevimus et debemus
ministrare in premissis non dubitantes primum eiusmodi bona per olim Erasmum
derelicta iure propinquitatis et naturali ad ipsum Valentinum alias eius consortem
devoluta demandavimus preclaro domino Mathie Marschalko Curie nostre Lithua-
nie per quem nostro tamen nomine et auctoritate dictus olim Erasmus ad illud
officium Camere Terre in Magnoducatu surrogatus erat ut eas omnes res dere-
lictas ipsi Valentino daret ac extraderet Denum receptis plenis documentis et
testimoniis ex quibus dictus olim Erasmus ante diem obitus sui apud prefatos
Johannem Bonar Federicum Schilling Casparum Bar Erasmum Crupek Claus
Stal Nicolaum Salomonem et Andream Fogelweder debita contraxerat novis-
sime et posterius quam apud reliquos Sic quod nullo dubio impedimento eorum
solucio differri potuit Quamobrem decrevimus et iussimus eidem Valentino ut
ipsa debita novissime contracta imprimis dissolvisset Et deinque aliis credito-
ribus in quantum plus earundem bonorum et rerum ultra solucionem eiusmodi debitorum
ipsis Civibus Crac. impendendorum extaret harum quibus sigillum nostrum est
subimpressum testimonio literarum Datum Crac. feria quinta proxima post festum
Epiphaniarum Anno domini millesimoquingentesimoquinto Regni nostri quarto

Confirmacio Libertatum opidi Brzess-nicza super non soluendis Theoloneis

Ex.

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Consueuit Regum et quorumuis sublimitas principantium vniuersa decreta que aut de nouo concedit, aut iamdiu concessa confirmat perhennis commendare tenoribus litterarum. Proinde nos Alexander dei gratia Rex polonie Magnusdux Lithuanie Dominus terrarum Cracouie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyauie Russie prussie Culmen Elbingen pomeranie que dominus et heres etc. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris, Quia constituti personaliter prouidi opidani nostri de Brzessnicza in conspectu Maiestatis nostre, Exhibitis litteris et priuilegiis infrascriptis per Serenissimos olim Wladislaum Auum, Ladislaum patruum et kazimirum genitorem nostros, Reges polonie super libertatem theloneorum concessis et datis petiuerunt ea per nos approbari et confirmari. Quorum sequitur tenor. Wladislaus dei gratia Rex polonie Lithuanie que princeps supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis Quod nuper pro parte fidelium nostrorum ciuium et tocius communitatis Ciuitatis nostre Brzessniczen. instans nobis oblata peticio continebat, quatenus literam gloriosissimi principis, bone recordacionis domini kazimiri Regis polonie predecessoris nostri carissimi, super non solucione theloneorum per totum Regnum nostrum vbiuisque positorum ipsis Ciuitati Ciuibus et communitati concessam, Suo Sigillo appendenti sigillatam, non rasam sanam et integram, non suspectam Sed omni prorsus vicio et suspicione carentem, contentaque in ea de certa nostra confirmare dignaremur, Cuiusquidem litere tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Kazimirus dei gratia Rex polonie fidelibus suis omnibus theloneatoribus et eorum vicesgerentibus ad quamcumque dignitatem ipsa thelonea pertineant In locis quibuscumque constitutis per totum Regnum. Volentes nostre Ciuitati nostre Brzessnicza succurrere, Vt amplius non atteratur desertacione ea qua interuenerat multis annis super ipsam decreuimus omnes ciues eiusdem hac gaudere vsquequaque concessimus libertate, Ad hinc et inde per totum Regnum nostrum sint mercibus emitendo a solucione theloneii pontis et Targowe et pepris in Bazarum sint exempti, propter quod omnes et singuli Ciues Brzessniczen. pariter et diuisim huc et illac transeuntes, excepto tantum

nro theloneo salis in Siradz quod soluunt ab aliis omnibus solucionibus
Juribus et consuetudinibus vniuersis sunt immunes. Que omnia et singula
harum serie confirmamus Dat Cracouie die beati Stanislai Anno domini
Millesimo Tricentesimo quadragesimo quarto nro sub sigillo. Nos itaque
predictorum Ciuium et ciuitatis Brzesinen iustis peticionibus in hac parte
inclinati prefatam literam et contenta in ea in omnibus suis clausulis condi
cionibus Sentenciis et punctis rata grata et firma habentes ipsa de certa
nra sciencia approbamus ratificamus et tenore presencium confirmamus
Harum quibus sigillum nrum est appensum testimonio literarum Dat in Czchow
ipso die diuisionis apostolorum Anno domini Millesimo tricentesimo Nonagesimo
Septimo. Wladislaus dei gracia Polonie Vngarie Dalmacie Croacie etc Rex
Lituanieque princeps supremus ac heres Russie etc vniuersis et
singulis Castrorum et Ciuitatum opidorumque atque villarum in Regno
Polonie consistencium Capitaneis Tenutariis et Ciuibus Theloneariisque
et exactoribus foralium fidelibus dilectis fauorem et graciam Fideles nri
dilecti Querelam fidelium nrorum opidanorum opidi nri Brzessiniga
accepimus continentem qualiter priuilegia et libertates predecessorum
nrorum diue memorie Regum et principum Polonie et signanter Regis
Kazimiri et genitoris nri carissimi diue memorie Illustrissimi domini
Wladislai dei gracia Regis Polonie prefatis ciuibus super relaxacione et re-
missione thelonei per totum Regnum Polonie perpetuo concessa. Vos
aut aliqui vestrum non curantes compellitis prefatos ciues nros Brzessin
zen thelonea soluere contra eorum huiusmodi priuilegia et libertates Cum
aut nos priuilegia et Jura predictorum nrorum predecessorum seruare
et tenere Jurauimus Satis nobis et acerbum et molestum est quod vos
prefatos ciues ad solucionem thelonei et foralium compellendo intimum
nos facere presumitis. Quocirca vobis omnibus committimus et mandamus
quatinus amplius et deinceps thelonea et foralia a prefatis nris fidelibus
Ciuibus Brzesinen nullatenus exigere presumatis Alioquin si vos aut
aliquem vestrum contra predictorum Ciuium nrorum Brzessinzen priuilegia
et libertates thelonea aut foralia et contra nra presencia mandata exi
gere senserimus Non solum ad vestram castigacionem procedemus Sed
et modis congruis et vestris transgressionibus exigentibus Jura priui
legia et libertates vestras eciam non curabimus obseruare. Datum in
Othwan feria quarta ante festum assumpcionis virginis Marie gloriose

Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo Sigillo nostro
maiori presentibus subappenso. Ad relacionem Magnifici domini Johannis de
Conyeczpole Regni Polonie Cancellarii Sincere dilecti. In nomine domini amen.
Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore vacantibus
imposterum pariat detrimentum Acta Regum et principum decreverunt consulta
ea literarum apicibus et testium annotacione perhenniri ne lapsu temporis evanescant.
Proinde nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Necnon terrarum Cracovie Sando
mirie Siradie Lancicie Cuyavie Pomeranie Magnusdux Lithwanie heres Russie
et dominus Prussie Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et
futuris presencium noticiam habituris. Quod inter ceteras reipublice curas id nostram
mentem sollicitat ut civitatum Regni nostri defectibus clementer occurramus Ne
tempore felicis nostri regiminis aliquibus detrimentis succumbat, sed potius accipiant
incrementa. Nunc quia pro parte fidelium nostrorum civium et tocius communitatis Civi
tatis nostre Brzeszinensis instans nobis oblata peticio continebat, quatenus literas Sere
nissimorum principum dominorum Kazimiri Wladislai genitoris necnon Wladislai
germani eadem gracia bone recordacionis Regum Polonie predecessorum nostrorum ca
rissimorum super non solucione theloneorum pontalium et foralium per totum
Regnum nostrum ubilibet positorum ipsis Civitati Civibus et communitati perpetue con
cessas eorum sigillis appensis sigillatas Non rasas Sanas salvas et integras
Non suspectas non viciatas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes
contenta que in eisdem de certa nostra sciencia confirmare approbare et ratificare
dignaremur. Nos itaque predictorum civium et civitatis Brzeszinensis iustis
peticionibus in hac parte acclinati volentes ut eadem suffulta munimentis
ab omnibus insultibus inimicorum prospere possit tueri et defendi multitudine
que populi magis valeat abundare et que diligencius reformare et edificare
prefatas literas et contenta in eisdem In omnibus suis clausulis condicionibus
sentenciis et punctis rata grata et firma habentes ipsa de certa nostra sciencia
approbamus ratificamus et tenore presencium confirmamus robur perpetue firmitatis
habere. Quocirca vobis omnibus et singulis Castrorum et Civitatum opidorum
que aliarum villarum et locorum in Regno Polonie consistencium Capitaneis Te
nutariis et Civibus Theloneorum que pontalium et foralium exactoribus
districte precipiendo mandamus quatenus amplius et deinceps thelonea ponta
lia et foralia ut contra nostra presencia mandata exigere presumpseritis. Non
solum ad nostram castigacionem procedemus Sed et modis congruis et variis
transgressionibus exigentibus Iura et privilegia necnon libertates eorundem
ceteris non curabimus observare. In cuius rei evidenciam testimonium

Sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum in Pyotrkow
feria tercia ipso die festi sancti Mathei apostoli et ewangeliste Anno domini
millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, presentibus ibidem Magnificis
Johanne de Czyzow Castellano et Capitaneo Cracoviensi, Johanne de Tanczin
Cracoviensi, Derslao de Rytwyany Siradiensi, Petro de Opporow Lanciciensi
et Nicolao de Stiborze Brestensi pallatinis, Przedborio de Conyeczpolye
Sandomiriensi, Crczeslao de Curozwanky Lublinensi et Hynka de Rogow Si-
radiensi Castellanis, et aliis quampluribus testibus circa premissa. Datum
per manus Venerabilis patris domini Johannis episcopi Wladislaviensis Regni Polonie
Cancellarii. Itaque nos peticionibus dictorum oppidanorum Brzesnyczen(sium)
inclinati eadem ipsa privilegia velut iusta in omnibus eorum punctis
articulis clausulis et condicionibus approbavimus et confirmavimus,
approbamusque et confirmamus tenore presencium mediante, ~~...~~ imperpetuum
decernentes illa debite et perpetue firmitatis esse. In cuius
rei testimonium etc. Actum Cracovie feria quarta ante Thome apostoli
proxima Anno domini millesimo quingentesimo quarto, Regni nostri quarto,
presentibus Reverendo in Christo patre domino Erasmo episcopo Ploczensi
ac Magnificis Venerabilibus et Generosis Petro Kmitha de Wy-
snicze Cracoviensi, Nicolao de Crzeszowanki Lublinensi
palatinis, Dobrogostio Ostrorog de Lwowek Poznaniensi, Johanne
Iordan de Zakliczyn Bieczensi Castellanis, Johanne de Lassko
Cancellario et Jacobo de Szydlowyecz Thezaurario Regni nostri,
Victorino de Syenno Vicethesaurario, Stanislao de Brzezye, Laurencio Swya-
czowski et Stanislao Hynek de Wyeniawye aliisque quampluribus
Consiliariis et Curiensibus nostris Sincere et fidelibus dilectis ad
premissa testibus. Datum per manus eiusdem Venerabilis Johannis de
Lassko Regni nostri Cancellarii Sincere nobis dilecti.

Inscripcio C flor. Judeo Isac super Judeis Cracoviensibus ad tempora vite sue

Vp

Alexander etc. Significamus etc. Quod cum Serenissimus
olim princeps dominus Johannes Albertus Rex Germanus et
predecessor noster censum annuum regium centum flor. un-
garicalium per Judeos Cracovienses solvi solitum providdo olim
Frederico de Olomuncz Cirurgico suo dederat ad ultima
vite tempora percipiendum sub hac condicione quod post mortem
eiusdem Frederici si illa Maiestas Regia defuncta aut successores
eius, nos vero illum censum habere vellent aut vellemus,
extunc trecentos flor. hungar. successoribus dicti Fre-
derici soluturi solutorique essent et solvere deberemus,
tunc aut prout accepimus idem olim Fredericus de

medio ... latus iam fuerit et nos alijs publicis oneribus
impediti Trecentos flor. eliberando censum illum solvere no
curavimus Iccirco ad intercessionem ac ad petita Reverendissimi
in Xpo patris domini Andree Archiepi Gneznen. et primatis
admisimus et consensimus admittimusque et consentimus
tenore presentium medio Isaac ... dom. Archiepi
fisco censum illum de manibus predicti olim Frederici
liberandum sive solvendo sibi successoribus illius predictos trecentos
flor. sive cum eis utrumque componendo, postquam vero Isaac
ipse liberaverit censum illum, conservabimus nos successores
que nostri Isaac predictum in perceptione census predicti non ex-
imendo illum nec ad eximendum cuipiam consentiendo donec
Isaac predictus vitam aget in humanis eo in mortuo extunc
census ipse ad nos successores que nostros absque ulla redemptione
convertetur pleno iure Harum etc. Datum Cracovie feria quarta
post festum Concepcionis gloriosissime virginis Marie anno 1510

Confirmacio litterarum N. Jordan super villa Lanthorwnitze et Raba

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Consuetudo
Consuevit Regum et Principum sublimitas principaliarum vendicia decreta
que aut demo concedit aut ... gesta confirmat perhennibus commen-
dare litterarum apicibus, Proinde nos Alexander etc. Significamus etc.
Quod Constitutus presentialiter coram nobis Generosus Nicolaus Jordan de
Zakliczyn, Exhibuit privilegium infrascriptum a divis olim antecessoribus
nostris Regibus maioribus super certa bona gessta petijt ea per nos
approbari et confirmari, quorum sequitur tenor In nomine domini amen
Reges decet subditorum subditorum commoda prospicere et dignos
digna vicissitudine ampliare Ut ergo subditi fideles Regni sui ...
... et efficiantur ad quelibet virtutum opera promptiores Proinde
nos Kazimirus dei gratia Rex polonie Necnon terrarum Cracovie San-
domirie Siradie Lancicie Cuyavie Pomeranie ~~dux et heres~~ Russieque
dux et heres etc. Nobilium Nicolai Jordan ... fratrum germanorum
Andreae ... semper devenerunt Ac consideratione et inspectione
fidelibus servicijs que nobis Nobiles ... Malesziow

multipliciter exhibuit et ostendit ac in posterum est paratus. Volentes itaque ipsum
specialibus favoribus prosequi, et tanta servitia sua remunerari, eidem
eidem Verzbientze et suis legitimis successoribus villam nostram Lanthow-
vij. nycze, vulgo Wyslunicze et latine Hungarice nuncupatam damus donamus
ascribimus sibi Verzbientze et suis legitimis successoribus cum omni iure
et toto dominio et perpetuis temporibus resignamus cum omnimoda potestate
prefatam villam iure hereditario perpetue ipsum Verzbientham velut
heredem possidendam habendam vendendam tenendam et in suos beneplacitos
usus libere convertendam, nichil pro nobis iuris et proprietatis reservando.
Memoratus itaque Verzbientha petiverat nos ut metas prefate
donacionis graciose limitare dignaremur. Nos itaque consciencie dignis et
iustis peticionibus eidem Verzbienthe et suis posteris limitas dedimus inci-
piendo a ostio fluvii dicti Lanthownia ubi emanant ...
dividunt ab utraque parte usque ubi prefatus dictus fluvius Lanthownia
intrat in fluvium Raban a fluvio dicto Raba protenditur usque ad
ostium fluvii dicti Varzeczow, abinde usque ad locum ubi emanant
fluvii dicti Wronczerza parva et magna, abinde vero usque ad
emanacionem rivuli dicti Slomyczka, damus de benignitate nostra regia
perpetuis temporibus duratura. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus
est subappensum. Datum in Zarnowiecz feria quinta post octavas assump-
cionis beate virginis gloriose, sub anno domini millesimo trecentesimo
quinquagesimo quinto, presentibus hiis testibus Joanne palatino, Velliczkone
Castellano Sandomiriensi, Jasskone voyvoda, Nicolao Judice Crac. et domino
Henrico ... Sandomiriensi, Dobeslao dapifero Crac. et Bodzenta
preposito ... aliis quam pluribus fidedignis. In nomine domini amen.
Rerum gestarum litteris roboratarum oblivio ... defendit ...
detergit. Ideo nos Nicolaus ... miles dominus Nicolay filius heredis
olim de Myecziczow heres. Notum facimus ...
nos cupientes bonorum nostrorum hereditatis ampliare loca deserta
plenitudine ... collocare, fidelibus nostris Andree et Petro fratribus
germanis filiis legitimis Janussii kmethonis de Olszowka et
suis legitimis successoribus, prout et alter eorum frater vero dictus Joannes
dicti Nicolay ... filio, utrique germanis dederamus primo dicte
fratribus. Nunc vero roborando privilegium damus concedimus ac con-
ferimus plenam potestatem et omnimodam facultatem locandi construendi

Villam Raba vulgariter nuncupandam in siluis desertis ad p(ro)p(ter) signa
certa ac metas descriptas videlicet a vltra fluuio Raba inferius decurrente
vsque ad fluuium dictum Byaly potok inclusiue Et ab eodem fluuio siue tor-
rente inferius decurrente vsque ad fluuium dictum Kamyenny potok et
inde progressiue vsque ad fluuium dictum potok [illegible] descendendo ab eodem
fluuio inferius ad fluuium siue torrentem dictum Klynyasthy et a
vltra Klynyasthy vsque ad vltra Skomylna et a vltra Skomylna
vsque ad vltra Lubansky et a vltra Lubansky vsque ad medium montis
Lubany et a medio dicti montis vsque ad torrentem dictum Myedzrana
et a vltra Myedzrany potok vsque ad torrentem Skalisti et ab eodem
torrente superius ascendendo ascendendo vsque ad torrentem Slomy potok
Et ab eodem progrediendo superius ad fluuium dictum Powyezna Et ab eodem
fluuio vsque ad principalem fluuium Raba circumferencialiter circumscripta
et limitata et signata metis. In qua quidem villa Jure Maydeburgensi
de decem Mansis alias franczki Lany dictis [illegible] ac [illegible] in sil-
uis Nemoribus et locis desertis cum superius descriptis De quibus Mansis
ad honorem dei omnipotentis et Marie virginis eius gloriose et in honorem omnium
Sanctorum ob spem nostre salutis et in augmentum [illegible] pro ecclesia [illegible]
ville eiusdem assignamus et incorporamus et perpetualiter inscribimus Mansum
vnum in meliori loco ac agro. Sculteto vero tres Mansos quartum
vero pro pellendis gregibus alias pro Skothnicza quinque dicti
Mansi habebunt [illegible] perpetuum Item Molendinum vnum ad vnam
Rotam vt [illegible] steterit vel vbi sibi melius et vtilius videbitur
construere habebunt potestatem. alias vero [illegible] supradictus
[illegible] et suis successoribus vt [illegible] essent in locatione dicte
ville. damus potestatem locandi Molendinum ad duabus Rotis si
autem aque non fuerint sufficiencia locent sibi duo Molendina
vnum quodque ad vnam rotam Item liberam eidem et damus facultatem
duas [illegible] construere infra limites dicte [illegible] Item
duas [illegible] duas [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible]
[illegible] vero de [illegible] tam magnus [illegible] supradictus perpetuis
heredibus et successoribus [illegible] vnam ad fabricandam dicte
[illegible] et [illegible] eiusdem et successoribus [illegible] incorporamus

Item confirmamus suprascriptis fratribus et successoribus et ceteris incolis li-
beram facultatem venandi, capiendi omnes feras omnes aves, pisces
piscandi in fluminibus infra granicies et limites predicte ville. Et si
gratia dei permittente et Regum nostri Regis augmentante hii descripti
fratres et sui successores sua industria mediante lucrati essent
in fluvijs et metis supradicte ville mineram cupri argenti auri
argenti ferri etc. operarios inducant fideles laborent et pro utili-
tate Regum ac nostra nobis manifestare studeant. In quo si diligentes
et fideles fuerint ad hoc opus, gratiosam nostram nobis apparebunt. Insuper
damus dictis fratribus pro sculteria dicte ville et suis successoribus potestatem
plenariam capiendi judicandi et condempnandi ac puniendi fures et cause
mediante justicia. Kmethones et incole ac homines eorum utriusque
de suis querulantibus non coram alio nisi coram suo sculteto ad obiecta
Iure Theutonico respondere tenebuntur. Insuper removemus propellimus
et annichilamus omnia iura polonica et consuetudines que solent
Jus Theutonicum perturbare. Ipse scultetus et sui successores de suis
querulantibus nisi coram nobis tenebuntur ad obiecta respondendum.
Deinde ut eo fortius et citius eadem hereditas possit extirpari
et hominibus habundantius adimpleri damus viginti quinque annorum
libertatem, quos eximimus ab omnibus contributionibus et angarijs servicio
et labore cuiuslibet molestia que solet homines perturbare, et ab [illegible] ope-
re predicto durante. Elapsa vero libertate hujusmodi fratres supradicti pro
sculteto nostro, et sui legitimi successores ad gueram expedicionem duos
equos [illegible] [illegible] [illegible] solvere sunt astricti et obligati.
Incole vero et kmethones de quolibet manso ad festum Martini
annuatim per octo grossos currentis monete sunt ad solvendum obligati.
Decimam vero [illegible] de jure debetur solvant iuxta morem et formam
[illegible] ab antiquo servatam. [illegible] nostram facimus potestatem damus
omnibus et singulis hominibus utriusque sexus, qui sub nostra dicione
confugerint liberam [illegible] [illegible] [illegible] defendendi et ampliando.
Auctoritatem presentis privilegii originalis [illegible] reddendi obtentis
sub nostra donatione servandi. Si autem quis [illegible] [illegible]
Regimine [illegible] quinque [illegible] ad nostras manus vel [illegible] sculteti
et in villa hic descripta habeat jus [illegible] [illegible] [illegible]

repetendi sive bellico insignando manifestando ad terra magna iudicia pro
domino veniendo vel si per se venire non poterint unum familiarem
fidelem mittent ad quelibet iudicia bellico unum parandum. Kmethones
vero dicte predia preparabunt, sive aut restaurare vias etc. non esse
tur pro quolibet laborando per unum festum astringuntur eos apprimat
ad solvendum bellica gratia bellicis quatuor. et diligenter agatur in tenuis
a via Mensa resipiendis ipsi conferunt, dicit a quolibet kmethone pro duos
Ballos armatum ad castrandi valentes. ad vocate ipso solvere tene-
mur. Et duos dies ipsi domino laboret pro sua utilitate. In cuius rei
testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Neuwarde
feria tercia proxima post festum Assumpcionis Marie virginis gloriose
Sub Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto. presentibus
viris Nobili Stanislao de Zagorzany Nobili Bartholomeo de Grzegorzew
Joanne Spithkone et Mathia Thezaurario familiaribus dicti domini
et domino Mathia vicario de Nigorowicz Et aliis fidedignis. Itaque nos
peticionibus dicti Nicolai Jordan annuentes eadem ipsa privilegia velut
iusta in omnibus eorum punctis articulis clausulis et condicionibus approbandum
et confirmandum approbamus et confirmamus tenore presencium mediante in
perpetuum. decernentes illa robur et perpetue firmitatis habere. In cuius rei
testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracovie feria sexta
ante festum Nativitatis domini. Anno cristi Millesimo quingentesimo
quarto Regni nostri quarto. presentibus Magnificis venerabilibus et Generosis Nico-
lao de Crzeszowsky palatino lubliniensi. Dobrogostio Ostrorog de Lwo-
wek posnaniensi. Joanne Jordan de Zaklyczyn Bieczensi et Zuppario Cracoviensi
Martino de Skothniky zamiehostensi Castellanis. Joanne de Lassko
Cancellario. Jacobo de Schydlowiecz Thezaurario Regni nostri. Joanne
de Thranczyn Curie nostre Marsalco. ac Sandomiriensi et plerisque Cappitaneis
Ceterisque Consiliariis et Curiensibus nostris testibus ad premissa fidedignis
Sinceris et fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis
Joannis de Lassko Ecclesie Gneznensis et Regni poloniae Cancellarii Sinceri
nobis dilecti

Jossko

Alexander

Sigismundus etc. Quia facta racione sufficienti cum Judeo Jossko Theloneatore nostro de Theloneis nostris Leopoliensi Belzensi quod a festo sancte Lucie Anni domini 1501 usque ad festum sancte Lucie Anni domini 1502. positis in racionibus perceptis et expositis licet sufficientem racionem fecerit per nos procedere quittandum erat tamen quia idem Jossko dicebat se habere quittanciam super trecentis aureis quam in racionibus non posuit Itaque postquam ipse Jossko dictam quittanciam 300 aureorum coram nobis reddiderit quittare eum de ipsis Theloneis debebimus harum etc. Cracovie feria 4ta ante festum Thome apostoli 1502

Vidit

Firley Quittatur

Alexander etc. Sigismundus etc. Quia ex literis Magistri Petri de Wisznycze prepositi Cracoviensis Regni nostri Marsalci Sandecensis et Opoliensis Capitanei tamquam publici depositarii accepimus. Quod Generosus Nicolaus Firley de Dambrowicza Capitaneus Lublinensis pro tunc exactor Lublinensis, facta racione sufficienti de exaccionibus Lanealibus et fertonum terre Lublinensis Anni 1502 positis in racionibus perceptis et distributis universis. nobis et reipublice satisfecit de eisdem exaccionibus de quibus ipsum Nicolaum et successores eius quittamus imperpetuum harum quibus etc. est appensum Datum Cracovie feria 2 post festum sancti Thome apostoli Anno domini 1502

Vidit

Johannes de Lassko R. p. Canc. ms. subscripsit

Salvusconductus Mirowsskey

Vidit

Significamus tenore presentium quibus universis. Quia postquam ex querela coram nobis deposita intellexissemus Nobilem Johannem Generosi Bokardi de Mirowsska Judicis Lyvvensis filium quasdam vite sue insecuritates habere in ducatibus Mazovie Sic quod tam in Jure quam extra Judicia non potest ut accepimus libere ac secure res suas agere propterea nos volentes eidem Johanni de remedio providere optimo quemadmodum sciamus inter magis Regium esse qui bona omnia equitatem pacem et securitatem petentibus tribuere Ideirco de gratia et voluntate nostra Regia Salvumconductum nostrum Regium eximium Johanni predicto dedimus damus per presentibus hinc ad unius anni decursum duraturum Sic ut sub eodem nostro Salvoconductu omnem securitatem et facultatem habeat omnia negocia licita et honesta tam in Jure quam extra ubique in Regno nostro ac in terris Mazovie et in omnibus dominiorum nostrorum locis presentis et Jurisdictioni nostre

Regni de iure et consuetudine subiectis agendi et disponendi persona
et rebus suis salvis Quemquidem salvumconductum nostrum ad Regni
Cancellariam nostram inserimus Et insuper omnibus subditis nostris cuiusvis status
et ordinis existentibus innotescimus mandantes Ut eum in omnibus punctis
Articulis et clausulis teneant et firmiter observent Quem et nos in verbo
~~[illegible]~~ Regio nostro tenere promittimus hinc ad unius Anni decursum Harum
quibus sigillum nostrum est subimpressum testimonio literarum Dat. Cracovie
feria tertia In vigilia Nativitatis Xpi Anno domini Millesimoquin-
gentesimo quarto Regni quoque nostri quarto

Ad relationem J. de Lasko
R. p. Cancellarii

Salvusconductus Ade de Curozwanky

Vg

Alexander etc Significamus etc Quia de certa scientia et deliberatione
nostra Nobili Adam de Curozwanki Magnifici Nicolai de Curo-
zwanki palatini Lublinen. filio nostrum Regalem xpianum salvumconductum
perfectam per securitatem cum personis duodecim in Regno nostro standi
morandi negotia que sua disponendi dispositis que ut indispositis suis
negotiis ad loca que sibi videbuntur securiora rebus et personis suis
salvis recedendi dedimus et presentibus damus Eundem que salvumconductum
nostrum in omnibus articulis et punctis toto que eius tenore in verbo
nostro tenere promittimus inviolabiliter hinc usque ad trium septimanarum
decursum Quem salvumconductum nostrum universis subditis nostris
cuiuscumque Status et conditionis existentibus innotescimus mandan-
tes Eundem salvumconductum nostrum in toto eius tenore inviolabiliter
teneant et observent aliter que facere non presumant harum etc Datum
Cracovie Sabbato festi Sanctorum Innocentium anno 1505

Sculteria ville Swyerzany Incorporatur pro Officio predicature Omn. sanctorum eccl. in Cracovia

~~[illegible]~~
~~[illegible]~~

Alexander etc Significamus etc Quia ~~[illegible]~~
peticionibus Ven. Stanislai Zelig decretorum doctoris Canonici
Crac. et decani ecclesie Omnium Sanctorum intra muros Crac.
devote nobis dilecti et honorabilis [illegible] Rosyar prebendarii
in Melsztyn et Sculteto in villa Swyerzany dictam sculteriam
[illegible] pro officio predicature dicte ecclesie Omnium Sanctorum [illegible]
eidem que ecclesie et predicature inscribendi et resignandi atque illam
sculteriam propter libertati et [illegible] ecclesie asscribendi et incor-
porandi consensimus et admisimus Consentimus que et admittimus
tenore presentium mediante per predicatore ecclesie predicte Omnium Sanctorum [illegible]
sculteriam [illegible] iuxta vim et effectum literarum originalium quas
super eandem advocaciam sculteriam habitand tenendi et possidendi
pacifice iure hereditario ville Swyerzany predicte salvo harum etc
Datum Crac. feria quinta ante festum Sancti Thome apostoli anno 1505
peticio [illegible]

Quia ad peticionem [illegible] ... Andree [illegible] ... [illegible]

Vg. absque ubic

Dilatio termini inter N. Czepel et V. Siemensky pro quibusdam iniurijs archidiaconatus Zavichosten

Alexander etc.
Significamus etc. Quomodo constituti personaliter coram nobis venerabilis
et Generosus Nicolaus Czepel prepositus Sandomirien archidiaconus
Zawichosten tanquam possessor ville Popowo ad archidiaconatum
illum pertinentis ex una et Victorinus de Sijenno villarum Valo-
nicze et Szczepanowo aliarumque dicte Popowo vicinarum heres par-
tibus ex altera omnes et singulas iniuriarum actiones quas inter se
inter villas predictas in granicziebus villarum predictarum parte ex utraque
earundem pro graniciebus occasione habere consueverat ad ipsius Nicolai
Czepel de Romana curia reditum et post eius reditum ad medium
anni decursum inscripserunt et distulerunt, inscribunt quoque et differunt
tenore presentium mediante his conditionibus expressis Quia Victorini
nulla prescriptio si que de iure aut consuetudine pro eum contra
dictum Nicolaum archidiaconum dici possit nec taciturnitas Nicolai
suffragabitur ex eo quod ipse Victorinus sepes quasdam locaverit
et agriculturas et aliquas Nicolaus fecerit intra limites ville
Popowo pro quibus actio inter eos suspensa existit sic quod durante
dicta suspensione inscriptione seu dilatione ad adventum ipsius Nicolai
et post eius adventum ad medium anni nec ipse Victorinus nec
officiales sui prata et agros huiusmodi de quibus controversia
agitur colere nec pascua in eis facere aut ea seminare nec de
eis intromittere debeant quovismodo ad tempus prefatum Erit
nihilominus Victorinus duntaxat illis contentus in graniciebus
predictis circa Popowo et illis utifruetur agris pratis campis
et pascuis que possidebunt pacifice vivente olim Sigismundo archidiacono
et predecessore Zawichosten prefato de illis aut que ipse olim
Sigismundus eius archidiaconus racione ville Popowo possidebat durante
isto tempore suspensionis se non intromittet Colliget vero ipse
Victorinus ea pro una vice duntaxat que in illis agris pro
quibus actionem habent anno presenti seminavit Quandoquidem
ipsorum inscriptionem dilacionem ac composicionem sic ut premittitur
inter eos factam de consensu prius ipsarum inscripsimus et inscribimus
presentibus ad tempus prefati decursum Harum etc. Datum Crac.
feria quinta proxima ante festum Sancti Thome apostoli 1502

Quittatur Martinus Skothniczky de exactione civili

Alexander etc. Significamus etc. Quia facta racione cum Generoso
Martino Skothnijczki de Bogoria castellano Zawichosten de
exactione civili anni domini Millesimi quadringentesimi nona-
gesimi oppidorum infrascriptorum videlicet Pijandzijczow Paczanow
Przeczlaw de exactione vero Czoponis anni eiusdem Millesimi qua-
dringentesimi nonagesimi et anni domini Millesimi quadringentesimi nona-
gesimi primi de oppidis infrascriptis videlicet Pokrzijwnijcza Ossijek
Polaniecz Paczanow Busko Stobnijcza Pandzijczow Osslecza
Opatkowijecz Nowemijasto Wijslicz Korczow Przeczlaw Comperimus
quod eum tam de perceptis quam expositis earundem utrarumque exactionum
de annis suprascriptis satisfecisse nobis propter quod eundem Martinum
et suos legitimos successores de eisdem exactionibus annorum suprascriptorum
quittamus presentibus in premissum Harum etc. Crac. Sabbato festi Sancti Thome etc.

Comutatio villaru dni Andree Rosa he[re]ditariaru Slabossow Niesskow etc pro vill[is] Abbat[is] Andrzeovien[sis]

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quecunque prin-
cipes pro suorum commoditate fidelium concedunt sub tempore ideo ut a notitia
mortalium non excedat litteris mandare ac testimonio fidedignorum et sigillorum
autenticorum subappensione perpetuare consueverunt. Proinde nos Alexander
dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. universis et futuris harum no-
titiam habituris. Quia intelligentes commutationem bonorum infrascriptorum
inter Reverendum in Christo patrem dominum Andream Archiepiscopum Gneznensem et
primatem heredem de Korzyschowicze et villas suas hereditarias
Slaboszow Nyeskow Dzyrdusczicze in districtu Xyasch ac Nieskow
in terra Cracoviensi ex una et venerabilem Jacobum abbatem Andrzeoviensem
conventumque suum et villas ad abbatem et conventum predictum
pertinentes videlicet Slonye Lukoszyecz in districtu Sandomiriensi ac Chyncza
Boruchna Skowrodno in terra Sandomiriensi et districtu Wislicensi partibus
ex altera. Hincinde factam. per quam commutationem pars una alteri
suas predictas villas terram pro terra, bona pro bonis dando
commutarunt et resignaverunt. Informati quoque existentes, quod hec ipsa
commutatio et resignatio fuit facta, ad utilitatem et conditionem
meliorem abbatie et conventus predictorum. Itaque inclinati
petitionibus dicti domini Archiepiscopi annuentes ad commutationem et
resignationem predictam decernendo villas predictas Slonye Luko-
szyecz Chyncza Boruchna et Skowrodno per dominum Andream Roza
archiepiscopum Gneznensem heredem de Korzyschowicze et ipsius legitimos
heredes ac successores, villas vero Slaboszow Nyeskow Dzyr-
duszicze et Nieskow per dictum abbatem et suum conventum ipsorumque
pro tempore successores, iuxta vim et conditiones in inscriptionibus
resignationum et commutationum predictarum expressas. Et quia de bonis
que abbatis erant labores et frumentarias solutiones debentur nobis
de bonis autem predictis hereditariis que erant domini Archiepiscopi
bellica expeditio nobis debebantur. Et insuper ille ville que abbatie
fuere erant immunitati adscripte ecclesiastice. Itaque villas que abbatie
erant et domino Archiepiscopo cesserunt de immunitate ecclesiastica con-
senciente abbate ipso in ius terrestre sectare reincorporamus et
decernimus expeditioni bellice more aliorum bonorum terrigenarum
subiacere. Illa autem que domini archiepiscopi fuere et cesserunt abbati
conventuique suo in iure et toti immunitati ecclesiastice univimus et
incorporavimus ipsaque bona ac villas que abbati cesserunt ab omni
expeditione bellica perpetui eximimus et liberamus eciam terrene. Volumus
tamen quod de villis predictis que domino Archiepiscopo cesserunt et labores
et stationes et frumentarias solutiones alia quoque onera omnia nobis
et successoribus nostris reservata et [illegible] partibus refer-
namus partibus utrisque predictis super id consentientibus. Ac omnia
et singula premissa decernimus perpetui roboris esse tenore presentium
mediante. In cuius rei testimonium etc. Datum Cracovie feria tertia
in vigilia Nativitatis domini Anno eiusdem Millesimo quingentesimo quarto

[Left margin, beside "resignationem predictam":] et consensu
consentiens ipsius partibus

[Right margin, beside "pro tempore successores":] teneant habeant
possideant et uti
fruantur perfrue
et in perpetuum

[Right margin, beside opening lines:] Ex

Alexander etc. Significamus etc. Quod cum serenissimus olim princeps dominus Johannes Albertus rex germanus noster charissimus censum annuum regium centum flor. Ungar. per Judeos Crac. solui solitum pro modo olim Frederico de Olomuncz cirurgico suo dederat ad ultima vite tempora percipiendum sub hac condicione quod post mortem eiusdem Frederici si illa vita sua defuncta aut successores eius nos vel ipsi illud censum habere vellent aut vellemus extunc tricentos flor. Ungar. successoribus dicti Frederici solutura soluturi que essent et soluere deberemus. Verum aut prout accepimus idem olim Fredericus de medio sublatus iam fuerit et nos aliis publicis oneribus impediti tricentos flor. eliberando censum illud soluere non curauimus. Idcirco ad intercessionem ac ad petita Reverendissimi in Christo patris domini Andree archiepiscopi etc. admisimus et consensimus. Admittimus que et consentimus iudeo Isaac ipsius domini archiepiscopi phisico ut censum illud de manibus successorum predicti olim Frederici liberandum sive soluendum successoribus illis predictos tricentos flor. sive cum eis utrumque componendo. Postquam vero Isaac ipse liberauerit censum illum conseruabimus nos successores que nostri Isaac predictum in perceptione census predicti non eximendo illum nec ad eximendum cupiam consencientes donec Isaac predictus vitam aget in humanis eo in mortuo extunc census ipse ad nos et successores nostros absque ulla redemptione reuertetur pleno iure harum etc. Datum Crac. post festum Conceptionis Marie Anno 1 [illegible]

Salviconductus Laudamussowa Civi Crac.

Significamus etc. Quod intelligentes honestam Barbaram Laudamussowa civem Cracoviensem non per aliquam prodigalitatem seu dilapidacionem sed cum adverse fortune eventu, tum eciam nonnullorum ipsius debitorum sibi precipue quas hisdem debitoribus pro sua mercis domestica promissione facienda credere conduxerat [illegible] debita [illegible] hactenus ei pro hiis [illegible] impensis soluendum impendeventium quedam debita apud certos creditores contraxisse que libenter soluere ut accepimus vellet si modo aliquantulas inducias pro ulteriore termino et racionis obtinere posset, sub quibus aliquid debitorum suorum extraheret, ac ad presentem fortune statum et meliorem condicionem deveniendo, aut cum ipsis creditoribus pro eisdem debitis componeret aut illis id quod debet solueret. Proinde nos certorum consiliariorum et curiensium nostrorum peticionibus pro eadem Laudamussowa porrectis annuentes, sibi de speciali gratia et liberalitate auctoritateque regia nostra libertatem et salvumconductum regium nostrum hinc ad unum

Anni decursum dandum et largiendum, duximus damusque et largimur
presentibus liberantes ac eximentes predictam Barbaram Landamssowa
ab omni iurisdictione et potestate universorum iudicum et subiudicum officialium
ordinariorum extraordinariorum Regni nostri ceterorumque subditorum nostrorum cuius-
cunque status ordinis sexus et conditionis existunt sic quod nullus
eandem Barbaram occasione quorumvis debitorum et quarumvis causarum citare
ad instanciam cuiuspiam iudicare arrestare seu detinere poterunt aut debebunt
Quocirca vobis omnibus et singulis palatinis castellanis capitaneis iudi-
cibus et subiudicibus vicecapitaneis burgrabiis proconsulibus consulibus
advocatis ceterisque subditis nostris ubilibet in Regno nostro constitutis
presentibus requirendo mandamus et habere volumus quatenus suprascriptam
Barbaram ad instanciam alicuius pro quibuscunque debitis non indirecte
nec directe arrestetis aut detineatis sed eam in presenti libertate et exemptione
tate inviolabiliter conservetis et conservari iubeatis hinc usque ad unius
anni decursum. Aliter non facturi pro gratia nostra. Datum Cracovie feria
quarta ipso die festi Circumcisionis domini Anno eiusdem Millesimo
quingentesimo quinto Regni vero nostri quarto

Incipit feliciter Regestrum Venerabilis domini Johannis de Lassko Ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellarii Ad Annum domini Millesimum quingentesimum quintum

Super Censum innovatio ad altare plocen

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Et si regi
ditas omnia decreta suarum munimine roborare consuevit, illa
tamen que pia misericordia pro re fiunt ferventiori zelo ac benigniu
concedere et confirmare debet. Proinde nos Alexander dei gratia Rex

Ra

Polonie etc. significamus etc. presentibus et futuris presencium noticiam ha-
bituris quod pro parte venerabilis Mathie Koszyeszka canonici
et altariste altaris nostri in ecclesia kathedrali plocen privile-
gium infrascriptum sigillis ducali et consulum plocen subappensis
sigillatum super censum et dotacionem eiusdem altaris quod affirmat se
pacifice possidere canens coram nobis exhibitum cum hac peticione
ut illud tum propter karam in eo delecionem ex vetustate factam tum
propter sigilli civilis fraccionem innovare et confirmare dignaremur
cuius tenor sequitur. In nomine sancte et individue Trinitatis
patris et filii et spiritus sancti amen. Semovitus dei gratia dux Mazo-
viae terrarum princeps et dominus plocen ravensis sochaczovien, gostinen,
plonen ac heres visnen. Ad memoriam cunctorum tam presencium
quam futurorum quorum presencia interest cupimus et volumus effica-
citer devenire. Quod cupientes pro dei filio Iesu Christo eiusque inte-
merate genitrici virgini Marie gloriose debite servitutis salubria
impendere obsequia, ad laudem gloriam et honorem preciosissimi
sanguinis Christi cuius una gutta sufficiebat ad totius mundi
salutem et redempcionem altare in ecclesia nostra cathedrali ploczen
in capella sancti Martini fundamus ob respectum nostrorum pecca-
minum et remedium anime nostre et predecessorum nostrorum principum
gloriosorum ymmo et successorum nostrorum legittimorum. Nichilominus volentes
ut ibidem cultus divinus augeatur de nostra magnificencia
cum nostris successoribus utriusque sexus natis et nascendis
damus ascribimus et in perpetuum incorporamus Rectori seu altariste
eiusdem capelle seu altaris ob reverenciam ipsius preciosissimi corporis
Christi decem sexagenas grossorum pragen sexaginta grossos in sexa-
genam quamlibet computando nostre ploczen in pretorio annuatim
decem sexagenas prefati consules singulis annis perpetuis temporibus
super festo sancti Martini de peccuniis nostris videlicet quinquaginta
sexagenis grossorum latorum quas nostro dive recordacionis genitori
pro annua pensione dabant et nobis dare tenentur Rectori
altaris pro tempore existenti sunt astricti solvere et obligati resi-
duitatem pro nobis et nostris successoribus reservantes. Volumus
eciam quod idem Rector altaris missam per se vel per alium presbiterum
circa et apud ipsum nostrum altare singulis quintis feriis canta-
bilem missam altavoce, quotidie vero legibiles habebit et
dicat. Sed ne sudor laborum evanescat absque dulcedine premiorum ad-
iungimus quod idem Rector nostri altaris nobis presentibus et eius
clericus expensas circa nostram mensam habebunt, nobis aut
absentibus cum nostris capitaneis seu burgrabiis aut eorum

exigerent protunc a Nobis et nris ~~surrogatis~~ successoribus surrogatis Nos
vero Consules civitatis Ploczen decrevimus et consideratos tanta
devotionem et cordis contricionem ipsius gloriosissimi principis et domini
domini Semoviti huiusmodi altaris fundacionem in plocio nro et
annona pfata pensione quam tenemur ipsam approbamus ratificamus
et in nos solucionem decem sexagenarum grossorum pragensium solutarum
recipimus et nos ad eandem obligamus et in maius robur et
testimonium sigillum nrm et civitatis nre una cum sigillo ipsius
graciosissimi domini nri presentibus appendimus et appendendum
precipimus Actum et datum in Plocz feria tercia infra octavas
ascensionis domini nri iesu xpi Sub anno eiusdem millesimo
tricentesimo nonagesimo tercio presentibus viris dominis et nobilibus
paulo vexillifero Andrea castellano Andrea succamerario Bo-
tardo iudici Ploczen Stephano succamerario Czanen et Gostinen
Vlrico preposito ecclesie sancti Michaelis Collegiate et canonico
generali Ploczen ac ecclesie Cathedralis canonico ibidem in Plozko
Caspero de Krambki et Alberto Vicethezaurario curie nre
et aliis quampluribus fidedignis datum per manus Alberti prothonotarii
notarii curie nre. Nos itaque attendentes preinsertum privilegium
esse iustum et omni suspicionis vicio carens peticionibus prouide
huiusmodi tanquam iustis annuentes illud de speciali gracia sciencia
quoque regiis nris ac de consensu consiliariorum nrorum nobiscum
tunc existencium in omnibus punctis clausulis et articulis duximus
innovandum, ratificandum approbandum et confirmandum Innovamus ratificamus
quoque approbamus et confirmamus decernentes illud robur de-
bite ac perpetue firmitatis obtinere tenore presencium mediante In cuius
rei testimonium sigillum nrm presentibus est appensum Actum Cra-
sabbato ante festum Sanctorum Simonis et Iude apostolorum anno
domini Millesimo quingentesimo quarto Regni nri tercio presentibus Reverendissimo
et Reverendis in xpo patribus dominis Andrea archiepiscopo Gneznen
et primate Iohanne Cracovien et Erasmo Ploczen Ecclesiarum
episcopis Necnon Magnificis nobilibus venerabilibus et generosis
petro Myskowski de Mirow Cracovien Nicolao de Krzczowanki
Lublinen palatinis Iacobo de Szydliky Voynicien Iohanne
Iordan de Zakliczyn Byeczen castellanis Iohanne de Lassko
Cancellario Iacobo de Schidlowyecz Thezaurario Mathia de
Drzewicza vicecancellario Regni nri Iohanne Kaystinski
de Tanczyn curie nre Marsalco ac Sandecien et Ploczen
capitaneo ceterisque consiliariis et curiensibus nris testibus
fidedignis ad premissa datum per manus eiusdem venerabilis Iohannis
de Lassko ecclesie Gneznen et Regni Polonie cancellarii sincere nobis dilecti

Testimonium probitatis

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo Famosus Zacharias Vogel indigena Cracoviensis civitatis nostre ab ineunte etate sua tam nobis quam etiam aliis nostris predecessoribus fideliter omni tempore servivit et hominem probum virtuosum et constantem verum decet
Mp ipse quod inter militares homines et in prelijs et extra vitam agens propter fidei integritatem et constanciam atque propter corporis sui industriam quam in nostra regia curia non solum dimicando verum etiam aliis militaribus decernentibus actibus et armis dimicando satis egregie comprobavit. Proinde quod semper in curia nostra et ubique in regno nostro homo probus virtuosus et constans reputatus de qua ipsius probitate fide constancia et virtute suis testimonium perhibemus et ad omnium quorum interest noticiam in tempore futuris deducimus tenore presentium mediante harum quibus etc. Datum Cracovie feria quinta post festum Circumcisionis domini 1507

Exactio etc. quit.

Alexander etc. Significamus etc. Quia nos facta ratione cum Generoso Johanne Bochotniczky de Olessniza de etc.
Mp exactionibus cunctibus czopowe personalium et villarum anni domini Millesimi quadringentesimi nonagesimi octavi posite in eadem racione tam propter omnibus que distribute comperimus et de propter Hungaris et exposite earumdem cum exactionum de anno suprascripto satisfecisse nobis propter quod eumque Johannem et suos legitimos successores de eisdem exactionibus cunctis personalium czopowe ac villarum quittamus presentibus in perpetuum harum etc. Datum Cracovie Sabbato in die Sancti Thome apostoli 1506 Regni nostri quinto

Jones de Lassko etc.

Alexander etc. a bello
Mp Significamus etc. Quia nobiles Johannem Vlodek de Dzyzbowicze vicecapitaneum Jacobum Lebowiczski iudicem castri Cracoviensis et Nicolaum Strzala de Sosnowicze terrigenam nostrum pro tutamento castri Cracoviensis necessarios ab expedicione bellica in regno nostro facienda ab hinc ad unius anni decursum duximus liberandos et absolvendos liberamusque et absolvimus presentibus Ita tamen quod tempore huiusmodi bellice expedicionis in castro ipso nostro personaliter resideant eiusque defensioni intendant. Quocirca vobis omnibus dignitarijs et officialibus nostris mandamus quatenus eosdem Johannem Jacobum et Nicolaum in hac ipsa presenti libertate nostra conservetis et conservari faciatis. Nec aliter facturi etc. Cracovie feria quinta in crastino Circumcisionis domini 1507

Condictamen Regis cum Chirurczki mit salis
circa salis

V p.

Alexander etc. Significamus etc. Quia cum Generoso Johane
Czyerruczizki de Marzowa et in Nowemyasto terrigena Regni
Bohemie condictamen fecimus pro sale de zuppis nris Crac. in
terras Bohemie inferen. Quia ipe Johannes Czyerruczizki
p vectores oppidi et depositarij sui Nowemyasto alis Gradisczie
sal de eisdem zuppis nris in Bancz osswyaczymen modis infrascriptis
emere et recipe debeat Nos vero et zuppar nri predictis eidem
Johanis Czyerruczizki et quibuscunque aliis de Bohemia vectoribus
de pdicto depositario Nowemyasto ac eiusdem depositarij nomine venien
Bancz quemlibet osswyaczymen pro valore communiter dari solito
minus tn medio flor daturi sumus quicunque aut eorundem vector
sal minutum in zuppis eisdem nris emere voluerint id eis sic et eo
precio dari decernimus et volumus vt illud aliis vectoribus de Slesia
venien dari et vendi consueuit Quodquidem sal tam ipe Johanes Czye-
rruczizki quam vectores pdicti et sui et alii nomine depositorij Nowe-
myasto de Bohemia venien in illis locis ex hac pte oppidi et de-
positarij eiusdem Nowemyasto sed tn modo in opido et depositorio pre-
dictis ac in districtu Nowemyasto et vltra districtum illum vbique
locorum remociorum vendent Cui Johani Czyerruczizki propt depo-
sitarium salis nri in opido suo Nowemyasto nos et successores nri
als zuppar Crac pro tempore existen tamdiu quamdiu vectores
aut sui aut alii Bohemi cum testimonio depositorij illius de No-
wemyasto in zuppis pdictis nris sal predictum nrm cum augmento
thezauri nri ement et recipient Sal Bancz osswyaczymen
in valore Centum flor communiter in Regno nro currencium annis
singulis absque vlla solucon de spali gracia dare tenebimur et nos
ad dandum inscribimus Sed ne vectores aliqui in sale ipo de
zuppis nris recipien istahac prerogatiua pntibus pro deposi-
torio Nowemyasto inscripta vti vellent cum iactura thezauri
nri que iactura tunc procul dubio fieret quando sal minori precio
emptum illud in locis istis propinquioribus ex hac pte Nowe-
myasto venderet Quodquidem ipe Johannes Czyerruczizki prouidere
debeat in illis ne in aliis locis venderet[2] quam pntibus condicios
sunt inscripte prouidere vero minime posset si cuilibet vectori absque
eius testimonio venienti sal illud in pdicto minori precio venditum
esset quam aliis vendi consueuit Ideirco volumus et statuimus
vt ipe Johanes Czyerruczizki vectoribus quibusque pro sale
ipo ad zuppas pdictas nras de Bohemia veniet semp litteras
testimoniales quod de depositorio Nowemyasto essent det quasquidem
litteras vectores pdicti vt ab ipo Johane Czyerruczizki et successo-
ribus suis vt sub sigillo opidi illius secum habituri erunt eas
zuppar seu vicezuppar nris exhibituri Quam ordinacionem con-
dictamen et inscriptionem nram vobis Generoso Johani Jordan
de Zaklyczyn Castri Cracouien moderno ac pro tpe existentibus zuppar
Cracouien Innotescimus mandantes vt eam teneatis de ipo quoque
sale iuxta ordinacionem pntibus inscriptam ipi Johani et vectoribus
Bohemis de depositario predicto Nowemyasto venientibus ~~rudeta~~
rudeatis ad nrm et successorum nrorum beneplacitum Si quidem

premissa omnia quemadmodum ex hac nostra et successore nostrorum commoditas atque lucrum videbitur pervenire sic decrevimus duntaxat ad nostrum et successore nostrorum beneplacitum valitur Harum etc Dat Crac feria quinta in crastino Circumcisionis domini anno 1501

Colaty

Vlp Alexander etc Significamus etc Quia nos facta com-
puti cum Nobili Stanislao Kmitek de Visnycze Curiae nostrae prefecto
mensis nobis per ipsum tam in Regno quam Magnoducatu
nostris exhibitis positis in eadem computacione deservitis salariis et
equorum dampnis remansimus eidem Stanislao debitores summe totius duorum
millium octingentorum et quadraginta flor. Sic quidem quia
pro servicio Lithuanico sibi et comitibus suis remansimus
debemus per mille quadringentos et quinquaginta tres flor. pro
prima vice pro alia vero vice eiusdem servicii Lithuanici
debemus sibi pariter et comitibus suis mille aliud et centum
flor. pro servicio autem nobis in regno per eum exhibito debemus
sibi ducentos octuaginta septem flor. Cuius quidem totius
summe solucionem sic ei pollicemur impendere Nam medie-
tatem ipsius pro festo Nativitatis Xpi proxime futuri videlicet anni
1501 Reliquam vero medietatem pro alio festo Nativitatis
domini videlicet anni 1502 facere solucionem quia id quod in regno
nobis serviens promeruit de thezauro regni nostri solven-
dum erit quod vero in magnoducatu promeruit id erit de
thezauro eiusdem ducatus solui debebitur Harum etc Dat
Crac feria sexta proxima post festum Circumcisionis 1501

Alexander etc Belz Libertas

Vpol. Significamus etc Quia attendentes destructionem et depopula-
cionem oppidi nostri Belz per Tartaros et alios communes fidei ho-
stes factam Exinde quod ad desertationem devenire timentes
quoque ut ad priorem possessionariorum perveniat condicionem pre-
sertim vero eo respectu habito Quia oppidani ipsi muni-
cioni oppidi illius intendunt Ideirco universis eiusdem oppidi
incolis sic uti aliis regnicolis nostris per ipsos hostes in eorum
bonis destructe iuxta laudum conventionis Piotrcoviensis
proxime preterite de speciali gracia ac scientia regiis nostris de consilio
quoque consiliariorum nostrorum exactionem Czoponas hinc ad duorum
annorum decursum dimisimus et indulsimus dimittimus quoque et
indulgemus presentibus Quocirca vobis exactoribus terre
Belzen mandamus quatenus prefatos Belzen incolas accon
eiusmodi exactionis Czoporowe non inquietetis sed eos in
presenti libertate nostra conservetis hinc usque ad tempus
suprascriptum de qua eos quittamus presentibus Harum etc Dat
Crac die dominica in profesto Epiphanie 1502

Alexander etc. Belz

Significamus etc. Quia attendentes destructionem depopulationem opidi
nostri Belzen per Tartaros ac communes fidei hostes factam, Cupientes
proinde ut facilius ad priorem possit devenire condicionem pre-
sertim vero hoc respectu quia opidani ipsi municioni eiusdem
opidi intendunt, Ideirco de speciali gratia ac sua regia nostris eosdem
Belzen opidanos ab expeditione cursus bellici hinc ad quatuor annos
immediate se sequentes liberavimus et absolvimus liberamusque et
absolvimus presentibus excepto quod nos ipsi propria in persona ad
bellicam expeditionem progrederemur tunc iidem opidani sicut ubi
et alia opida nostra in terris Russie consistentia ad expeditionem
cursum bellicum erunt obligati et obnoxii. Harum etc. Datum Cracovie
in vigilia Epifaniarum Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo

R[egestu]m

Civi: Statera Crac:

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo dum orta fuisset
differencia inter famosos proconsulem et consules civitatis nostre
Cracoviensis ab una et nobilem Jacobum Kostowski ab altera partibus
pro denegata seu repulsa per eosdem consules ut Jacobus dicebat
possessione statere seu libre communis alias Wagy in civitate Cracoviensi site
cuius ipse Jacobus possessionem habere voluit vigore literarum pro-
ut asseverabat per eum contra famosum Georgium Kremar
civem Cracoviensem iure obtentarum quarum vigore dum possessionem ipse
Jacobus in eadem statera recipere voluit proconsul et consules
predicti eam repulerant pro qua re dum prefatus Jacobus Ko-
stowski pretendens sibi et pluries suis iniuriatum esse prefatos
proconsulem et consules ad conventionem generalem Piotrkoviensem
proximam preteritam per nostras patentes citacionis literas evocaverat
ibique coram nobis dum iidem proconsul et consules predicti
respondere noluissent sed se ad ius eorum ac ad nos dum Cracovie
constitueremur excepissent iuxta privilegiorum suorum vigorem
in quibus eandem habent inscriptam prerogativam quod non alibi
quam coram nobis dum in castro Cracoviensi constitueremur citari
essent Nos exinde partem utramque ad urbem Cracoviensem proximum post
dictam conventionem adventum remisimus hic tandem dum in-
presenciarum constitueremur et ipse Jacobus suas contra pro-
consulem et consules diligencias faciebat terminum contra
eos in primo nostro post conventionem predictam hic adventu atten-
dendo licet ei dilationis aliquot terminos terminosque inscribi
mandaverimus aliis tunc gravioribus existentes occupati ne-
gotiis, tum finaliter die date presencium pro qua utrique parti
Jacobo petente prefixeramus terminum coram nobis idem Jacobus

R[egestu]m

in pretoria prefatis sue aduerse exhibita citacion illa Pijotrowien iuxta eandem citacionem peteret iusticiam sibi per nos decerni et ciuibus mandari vt possessionem ei darent in statera Cum que ciues respondissent nunquam citatum fuisse de domo illa statere Georgium Kremar quod ostendunt tenores citacionum plurore et Sentenciarum per ipsum Kostowski contra Georgium Kremar obtentorum et coram nobis productorum et dato quod de domo illa citasset dicebant illam domum non Georgij ymo nec ipsorum sed reipublice communem esse Sic quod iure extendi non posse plurore illorum execucionem in domum illam in qua Georgius proprietate nichil habuit sed vt in bona si que habet vt in personam Georgij extendi nos mandauimus coram nobis et plurima et citaciones produci illis que per nos et consiliarios nostros diligenter recensitis Cognouimus et decreuimus decernimusque presentibus Georgium non fuisse citatum de domo illa statere seu libre publice ipsum que Georgium domum seu stateram prefatam ab annis duobus vt ciues ipsi dicebant non habitasse propter quod et item quod domus illa fuerat publica in qua nulli personam competit proprietas abiudicamus et abiudicamus ipsi Iacobo execucionem plurore possessionem que plurore vigore in domo illa libre seu statere petentem pro qua domo et actione totali quam eis Iacobus ipse occasione dicte domus et suorum plurore vigore mouerat eidem Iacobo silencium imposuimus perpetuum Sed decernimus quod execucionem plurorum illorum suorum fariat vt in persona vt in bonis dicti Kremar sic ut ius ei competit harum quibus etc Datum Cracouie feria quinta ante festum Sancti Marci etc.

Donatio Subiudicatus Terre Sandomirien Generoso Stanislao de Kazanow Sucamerario Lublinen

per promocionem Generosi Nicolai Swotski de Kedlino ad Iudicatum eiusdem terre vacant feria quinta post festum Epiphanie proxima Anno domini 1707

passus littera

Vniuersis et singulis dignitarijs et officialibus ceterisque subditis nostris cuiuscunque status ordinis sexus et condicionibus exstantibus vbilibet in regno et dominijs nostris consisten presertim vero theloneorum pontalium et aggeralium factoribus presentibus requiren Sincere et fidelibus dilectis fauore et graciam Regiam Magnifici Generosi Nobiles famosi et circumspecti Sincere et fideles nostri dilecti Honorabilem Iozeph Zelenzki notarium nostrum fidelem dilectum in Kamijenijecz pro restauracione municionem que castri et ciuitatis predictorum misimus ei precipiens ut illic tantisper maneat huiusmodi reformacionem intendendo donec eciam restauracio perficiatur Itaque vobis et vnicuique vestrum mandamus habere

Volentes q̄tinus quevis[?] multum eiusdem Zelenszki cum presentibus
vris et ipius l[itte]ris de Kamyenyecz ad nos ubi oportunum fuit
pro comparandis rebus ad restaurandum reedificandum q[ue] castrum et
Civitatem Kamenecen predictorum necessarijs euntem et econuerso
cum eisdem rebus comparatis in Kamyenyecz redeuntem libe
et absq[ue] cuiuscunq[ue] Thelonei solucionis impedimento et arresto per-
mittatis et permitti faciatis totiens quotiens presencium vigore
requisiti fueritis. Secus si feceritis extunc id totum quod in
exaccionem huiusmodi preceperitis, nos ex vobis repetituri sumus.
Aliter non facturi pro gracia vestra. Datum Cracovie feria vi[t]a p[ost] Epiphaniarum

Casimiriensis extra Cracoviam

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Consueuit Regum
et quorumuis sublimitas principantium vniuersa certa que aut de nouo
concedit aut iamdiu concessa confirmat perhennium commendare
tenoribus literarum. Proinde nos Alexander etc. Necnon terrarum etc.
Significamus etc. Quia constituti personaliter Coram nobis Proconsul
Consules suo et totius Ciuitatis nomine de Kazimirz circa Cracoviam
exhibiti[?] literis et priuilegijs infrascriptis per Reges nostros olim
Reges polonie predecessores nostros super iure Theutonico et certas
libertates in eis descriptas concessis et datis petierunt ea per nos
approbari innouari et confirmari quorum sequitur tenor.
In nomine domini Amen. Quoniam ea que matura delibaracione
sanoque principum consilio pro commodo et vtilitate terre fiunt dignum
est ipsa testium et literarum testimonio propter in memorarum
longinquam quorum labilis est memoria solemniter eternari. Hinc
est quod nos Kazimirus dei gracia Rex polonie Necnon terrarum
Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie pomeranie que duc
et heres etc. notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris
noticiam presencium habituris. Ad cupientes Regni nostri defensionem
condicionem facere meliorem et commoda terre nostre Cracovie et amplius
ampliare intendentes de maturo ac salubri nostrorum Baronum
consilio nostris Ciuibus Ciuitatis Kazimiriensis quam de nouo deo
nobis suffragante incepimus locandam et ipsi Ciuitati Kazimiriensi
iure Theutonico quod ius Maydburgensis vulgariter nuncupatur
gaudendi et fruendi damus tradimus et donamus plenam
liberam et omnimodam facultatem aduocaria pro nobis nostrisque
posteris ipius Ciuitatis tenore presencium imposterum reseruato
concedentes Ciuibus eisdem ibidem commorantibus omnia et singula
iura Theutonicalia predicti Iuris Maydburgensis in iudicijs
collectis solucionibus exaccionibus et alijs quibuslibet con-
suetudinibus quocumque nomine censeantur imperpetuum valitura
hoc adiecto quod nulla persona Ecclesiastica vel secularis cuiuscumque
status preeminencie condicionis vel dignitate existat nullam
Tabernam pistorem Sutorem Carnificem et quosuis artifices qui
iure Ciuitati predicte possunt aliquod preiudicium generare infra

miliare aliqualem demo locare valeat ad distan civitate
eiusdem habebunt quoque cives nostri memorati in aquis vide-
licet Wisla et Wilga ad distantiam unius miliaris ligna ad edi-
ficia quelibet pro necessitate ipsorum deducenda plenariam et
omnimodam potestatem libertatem Omnes autem et singuli qui intra
muros et extra castri muros usque ad flumen Rudawa ubi
cadit in Wislam sunt iam locati vel in futurum locabuntur
ad civitatem predictam Kazimiriensem cum eiusdem civitate iure
omnimode parebunt Preterea in ipsa civitate Kazimiria
feria quinta perpetuis temporibus forum duximus statuendum qualiter
dantes ex predictis civibus nostris ac eorum posteris plenam
liberam quoque facultatem in antiqua civitate nostra Cracovie et
in aliis omnibus civitatibus sive oppidis regni nostri pannos
ipsorum vel mercimonia qualiacumque vendendi forisan et
alias merces emendi quecumque sunt aut quocumque nomine
censentur impedimento quocumque non obstante Insuper came-
ras ubi panni raduntur pensam quoque metallorum necnon
vecturam que Srotlen dicitur in vulgari cum omnibus iuribus et
solucionibus eorum secundum consuetudinem civitatis nostre Cracovie
supradicte que omnia debent esse libera et pro eosdem cives
nostros ac eorum posteros libere sunt tenendi Ceterum volumus
promittentes civibus nostris ut nullis extra granariorum
videlicet solucionibus et exaccionibus quibuscumque quocumque
nomine censeantur gravabuntur Hoc eciam addito quod ipsi
cives coram nullo palatinorum castellanorum et eorum iudi-
cum et subiudicum iure polonicali comparere et respondere
tenebuntur. Excepto hoc nisi forte maior casus emer-
serit extunc ad nostram presenciam per nostras literas nostro sigillo
sigillatas evocati in nostro castro Cracoviensi iudicium iure suo
theutonico premisso fruantur nec ipsi coram iudice ci-
vitatis Cracovie pro aliquo debito ~~castri cives~~ debet iudicare
aut pro ipsum iudicem iudicari Insuper volumus et invio-
labiliter observari mandamus quod si aliquem civem civitatis
predicte contra suum concivem gladium cultellum seu cu-
spidem in ipsa civitate contingat evaginare sine offensa
aut lesio aliqua exinde fuerit subsecuta sine non offen-
sor et evaginator huiusmodi medium fertonem grossorum dare
et solvere civitati sine contradiccione teneatur In cuius
rei testimonium et perpetuam firmitatem predictis nostris civibus
presentes literas dari et scribi mandavimus et nostri sigilli
appensione communiri Actum Sandecie tercio kalendas Ianuarii
Sub anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto
presentibus nobilibus viris dominis baronibus nostris Mstugio
Sandecensi Nicolao Cracoviensi palatinis Pascone iudice Zawissa
vexillifero Sandecensi Thoma de Zagyenczkowicz Swyenie-
cza dicto Mandroska cum aliis testibus fidedignis Datum
per manus domini Sbignei prepositi et cancellarii nostri Cracoviensis
In nomine domini Amen Quoniam ea que ad augmentum
reipublice racionabiliter disponuntur. solent scripturis autenticis

ac testimonio fidedigno ad perpetuam humane condicionis memoriam
comendari Proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex etc Notum facimus
universis tam presentibus quam futuris facimus manifestum Quod cum nos
iamdudum cupientes Civitatem nostram Kazimiriam ultra flumen
Wisla prope Cracoviam per nos divina favente clemencia fundatam et
de novo erectam iuribus amplioribus salubriter decorare ex
quibus potuissent utilitates comoda et profectus incolis civitatis
eiusdem provenire Statueramus decreverimus in civitate predicta forum
annuale in festo beati laurencij incipiens et per octavas eiusdem Tamen quia
modicus fructus et utilitas propter tempus messium velud
consideravimus proveniebat Civitati predicte ex foro antedicto Ex nunc
igitur statuimus decernimus in Civitate predicta forum annuale
inchoando a vigilia Corporis xpi in primo pulsu vesperorum
usque ad diem dominicam inclusive proximum sequentem annis
singulis quod annuale forum debet esse a quibuslibet solucionibus dacionum
seu exaccionibus thelonearum et dacionum cuiuscumque condicionis liberum
penitus et solutum forum quoque ebdomadale in predicta Civitate ferijs
sextis in qualibet septimana successiue perpetuis temporibus
duraturum Preterea in consolacionem dicte Civitatis et ipsius in-
colarum medietatem ville nostre que Zablocze vulgariter nuncupatur
cum omnibus ingressibus et egressibus pratis agris pascuis
rubetis quercetis ac iuribus et pertinencijs universis prout ad
nostram dumtaxat medietas ville predicte noscebatur pertinere ad
Civitatem Cazimiriensem predictam damus adiungimus ascribimus
et donamus de nostra gracia speciali volentes insuper ut eadem villa
zablocze in parte ipsius prelibata dicte Civitati attributa eo iure
gaudeat quo ipsa Civitas Cazimiriensis regitur et gubernatur
In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum
Actum Cracovie proxima feria tercia post octavam beati Iacobi apostoli
Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo presentibus
Iohanne Castellano Cracoviensi petro Sandomiriensi dobeslao Cracoviensi
palatinis Raphaele Wisliciensi Clemente Radomiensi et petro
Sandecensi castellanis ac alijs nostris fidelibus fidedignis Datum
per manus domini Iaroslai doctoris dicti cancellarij Cracoviensis et
Iohannis de Czarnkow archidiaconi Gneznensis vicecancellarij
nostrorum Scriptum autem per Simonem de Kuskow notarium nostre
aule Regalis In nomine domini amen Ad magnifica
Regum decencius auctas dignum est ut litterarum testimonio robo-
borentur Proinde nos Elizabeth dei gracia Ungarie polonie et
dalmacie senior Regina Notum facimus quibus expedit
universis Quod cum nuper ad nostram nostrorumque Baronum presenciam
accedentes providi viri Consules et Cives nostre Civitatis Kazimiriensis
prope Cracoviam humiliter supplicaverunt quod in dicta Civitate ipsorum
forum equorum et pecorum quod in Civitate Cracoviensi per triginta annos
Cracovie die forensi solet exerceri ipsorum Civitati Kazimiriensi
restituere et concedere dignaremur prout tempore recolende memorie
domini Kazimiri Regis polonie fratris nostri charissimi et quia
ex informacione et fidedigno testimonio Baronum nostrorum
predictorum et nostri fidelis domini Sodzentha procuratoris nostri

gnalis terre Crac. vidimus qd dicta Ciuitas Kazimirien
tempe dicti Kazimiri Regis foro pdicto gaudebat. Et nos igr
consideratis supplicacom dictorum Ciuium consona et congrua
eam forum equorum ex vtraqz pte visle et forum pecorum ex
illa pte tantum dicte Ciuitati Kazimirien et dictis Ciuibz
imppetuum restituimus et concedimus pntes Inhibentes
omnibus et singulis terrigenis pdicte terre Crac. ex vtraqz
pte visle pecora tm et non alia dictum forum exere et fori-
stare psumant nisi in Ciuit Kazimiria. Addicta In cuius
rei testimonium sigillum nrm pntibz est appensum Actum et Dat
Crac. in die bti Marcini epi et cfessore glosi Anno dom
millmo Trecentesimo nono pntibus floriano epo Iohanne
Castellano Dobeslao palatino Crac. Petrassio Malogoston
Dimitrio vicethezaurario Symone vicecancello et aliis
pluribus fidedignis In nomine domini Amen Ad ppetuam rei
memoriam ad hoc eterni Regis psidio glosi principatus for-
ciam assumsimus Ad hoc Regni recepimus dyadema vt
subiectus nobis pplus nro felici suffultus regimine in pacis
dulcedine conquiescat et ab omni oppssionum grauamine iu-
giter liberetur Proinde nos vladislaus dei gra Rex polonie
necnon terrarum Crac. etc Notificamus tenore pncium tam
pntibus qm futuris quibus expedit vniusis Ad considerate
et in animo reuolute multiplicibus oppssionibus graua-
minibus laboribus et iacturis Ciuibus Regni nri et incole
ex frequencia vectigalium ducturare et equitaturare que pod-
vodi dicuntur et alio quibuscuqz nominibus censeantur innuen-
tibus digna salubri animaduersione eadm vectigalia ductu-
ras equitaturas ut pmittitur podvodi dictas merito
decreuimus abolendas vt Ciues et Incole Ciuitatum Reg
et dominiorum nrorum a grauaminibus ipsarum respirare
valeant et Creatoris nri clemenciam pro nobis Consorte
et prole nris charissimis liberius exorare Et ut Ciuitas
nra Kazimirien hac plenitudine grae nrarum gaudeat
Notificatur et letetur Ciues et incolas eiusdm Ciuitate
nre Kazimirien ab omnibus vectigalium ducturarum equi-
taturarum que podvodi dicuntur oppressionibus et graua-
minibus eximimus absoluimus et ppetuo liberamus decer-
nentes et constanti firmitate statuentes qd a modo ab
eisdm Ciuibus et Incolis Ciuitate pdicte Kazimirien equi
pro vectigalibus ducturis equitature podvodi dictis tam
pro curribus qm pro victualiis qm etc falconistis et aliis
nulla recipiantur p nros quoscuqz officiales et nuncios cone
Sed qd ipi Ciues oppidani et Incole ab ipare dacon sint
soluti liberi et exempti Illa nra naui tm modo excepta
et exclusa qd cum ibidem in Kazimiria constituti fuerimus
Ipi Ciues et incole eiusdm Ciuitate pro deduccon nris vten-
silibus coquinalibus teneant quatuor Currus nobis et dne
Regine Consorti nre charissime simile dare tenebuntur ad
Ciuitatem sue ad locum proximum in qua vel in quo stacionem
tunc nos facere contingat iuxta consuetudinem felicis re-
cordacionis domini Kazimiri Regis polonie pdecessore nri

obseruatam Si aut aliqua oportunitates emergente ipi ciues huius
vectigalia ducturas et equitaturas racione requisicionis nostre
dederint et assignauerint ista ad solucionem debita pecuniarum
nrarum et non alr dare et assignare tenebuntur Vobis igitur
Capitaneis procuratoribus tenutariis mutis et officialibus vniuersis
nris firmiter damus Regalibus in mandatis quatinus eosdem ciues
vros circa hanc quam ipis concessimus conseruare debeatis
harum quibus sigillum nrm iussimus presentibus est appensum Actum
in nouacivitate die dominico infra octas assumpcionis scte
marie virginis gloriose anno domini millo quadringen nono
presentibus hiis reuerendo in xpo patre domino nicolao scte Gneznen
ecclie archiepo necnon validis strenuis qz viris Ia-
nussio de Koliczkowo kalisien nicolao de Michalowo Woj-
nicien castellanis Iacobo de Conyeczpolye palatino Siradien
Sbigneo de Brzezie curie nro marsalco et Sassino de
Kyge Agazone Crac militis qz alijs nris fidelibus fidedignis
datum per manus venlis nicolai ppti scti floriani ante
Crac polonie vicecancellarii nobis sincere dilecti Nos itaqz
peticionibus dictorum consulum Cazimirien pnotis eadem lra
priuilegia velut iusta si in libertatibus in hiisdem priuilegiis
descripte hactenus fuerunt conseruati in omnibus eorum punctis
articulis clausulis qz et condicionibus approbandum innoua-
mimus et confirmamus approbamus qz et confirmamus
tenore presencium mediante insuper decernentes illa debite et
perpetue firmitate esse Vigorum rei testimonium etc Actum
Crac die dominico proximo post festum scti martini anno
domini millo quingen quarto Regni nri tercio presentibus reuerendo
et reuerendo in xpo patribus dominis Andrea archiepo
Gneznen et primate Iohanne Crac et Erasmo ploczen
ecclesiarum episcopis necnon magnificis venlibus et generosis
petro kmitha de Wissnicze Crac et Regni nri marsalco
petro Myskowski de Mirow lancicien nicolao de Cxoro
zwanki lublinen palatinis dobrogostio ostrorog de lwowek
poznan Iacobo de Szyekyerka Woynicien et Capitaneo Sijeren
petro Szafraniecz de pyeskowaskala Wislicien Iohanne
Iordan de Zaklyczyn Sijeren castellanis Iohanne de lassko
cancellario Iacobo de Schidlowyecz thezaurario Mathia
de Drzenicza vicecancellario Regni nri et Iohanne de Tanczyn
curie nre marsalco ceterisqz consiliariis et curien
nris testibus fidedignis ad premissa sincere et fideli dilectis
datum per manus eiusdem venlis Iohannis de lassko ecclesie
Gneznen et Regni polonie cancellarii sincere nobis dilecti

Alexander etc. Vislicien

Universis et singulis locorum capitaneis ubilibet in regno nostro
consistentibus sincere et fidelibus dilectis gratiam regiam. Ma-
gnifici, Generosi et Nobiles ~~famosi et providi~~ sincere et fideles dilecti.
Providi consules Vislicien deposuerunt coram nobis in querela
quia dum aliqui eorundem oppidanorum Vislicien cives negocian-
tes hereditates et bona terrigenarum subditorum vestrorum pertranseunt
aut cum aliis mercibus eunt extunc ipsi terrigene licet
iuribus et privilegiis vestris aut antecessorum vestrorum super exactiones
thelonearum careant tamen eosdem Vislicien cogunt et astrin-
gunt ad solutionem eorundem thelonearum quicquid sic exigunt
ut cuius voluntas et arbitrium est. Quod volentes ergo de re-
medio oportuno prefatis Vislicien negociatoribus providere vos
et unumquemque vestrum committimus mandantes quatenus quelibet terrige-
narum predictorum quem ipsi Vislicien pro huiusmodi iniusta
exactione thelonearum coram detulerint vos ad sui presentiam ad-
vocetis et literas super exactionibus talium thelonearum coram se repro-
duci mandetis quibus si caruerint nobis istud per literas patentes
vestras significetis ut nos statutum regni nostri contra eos qui
absque concessione regum thelonea exigunt editum extendamus
ad privationem que bonorum contra eos ut iuris est procedamus.
Si vero iustas desuper habuerint literas extunc iuxta earum
continentiam iusticiam partibus ministretis. Aliter non facturi. Harum etc.
et sub impresso datum in Nova Civitate Korczyn feria sexta intra octavas
Epiphaniarum anno | [illegible] | o |

Zuppam

Alexander etc. Significamus etc. quod cum post rationem cum Generoso
Paulo Carmyn de Wysthovicze Sandecen capitaneo et tunc zuppario
nostro super proventibus zupparum Maiorum per ipsum administratas
per medium consiliariorum nostrorum factam remansissemus Paulo
predicto debitores in tredecim millibus octingentis triginta
septem flor debitores in quibus millibus includebantur debita
expeditionum tam funeralium regalium quam Turcien olim fratris nostri
regis, cum que instituissemus ad earundem administrationem zuppar
Generosum Iohannem Iordan de Zaklyczyn castellanum Byecen
et capitaneum Tenczinen que Osswyanczimien modernum zuppar pre-
dictarum factorem a quibus tamen zuppis Paulum ipsum amovere
non potuimus donec primum satisfecissemus illi pro predictis debitis
sui millibus extunc eliberantes zuppas predictas nostras de ma-
nibus Pauli predicti sibi maiorem partem summarum Marcarum in
Osswyanczyn inscripsimus prout istud specialiter significavimus per literas
nostras eidem Paulo per nos super Osswyanczym datas. Verumquia Iohannes
Iordan habuit suas summas speciales flor percuniarum que in Osswya-
czym inscriptas quorum eidem Iohanni satisfactionem impendere sumus
polliciti itaque satisfaciens promissioni nostre ac eidem Iohannem ipsum
Iordan indempnem reddere cupientes pro flor ac pecuniarum summis
quas habuit in Osswyanczym inscriptas de certa scientia et deliberatione
nostris fatemur quia debemus Iohanni Iordan predicto tria millia
et quingentos flor hungaricales in auro et pondere bono. Item

duo millia ducentos nonaginta octo flor hungar in medijs grossis
pro mediam sexagenam computatos quas et quos inscriptas inscriptos
quam habuit in bonis Ossvyarzyn predictis Cumasquidem flor summas et in
auro et in monetis videlicet tria millia et quingen flor in
auro et ponde bono et duo millia ducentos nonaginta octo
in moneta et numero predictis eidem Iohanni Iordan et successoribus
suis in et super zuppis nostris earum quam proventibus inscribend
duximus et inscribimus presentibus sub condicionibus inscripte
dantes ei facultatemque summas predictas per nos ei debitas in
auro et in monetis in et de proventibus salis utriusque Wye-
liczen et Bochnen zuppar percipiendi ad zuppar illarum uti ac com
tassu vero quingente scilicet de proventibus salis comiter in zupp
illis venden summas illas collige percipere quod non posset extunc
ut certior fieret de solucion et perceptione summe seu summarum
predictarum suarum flor in auro et in monete decrevimus
et decernimus summam predictam trium millium et quingentorum
flor hungar in auro et ponde bonis ac duorum millium ducentor
nonaginta octo in moneta et numero suprascriptis eidem Iohanni
Iordan et suis successoribus in et super cisticula zuppar omnis
impuriarum famosus Iohannes Bonar Consul Crac possessionem
tenet et possidet inscribend et inscribimus presentibus volentes et
decernentes possessionem dicte cisticule per ipsum Iohannem Iordan quidam
et successores suos tunc cum primum Iohannes Bonar predictus
summas flor ac pecuniarum in eadem cisticula inscriptas non ex eaipa
cisticula perceperit quia Iohannes Bonar quamdiu suas summas non perceperit
tamdiu pacificam habebit dicte cisticule possessionem postea quam vero
tempore Iohannes Bonar summas pecuniarum seu flor sibi in
cisticula predicta inscriptas integre perceperit immediate possessio dicte cisticule
devenire debeat in manus et possessionem Iohannis Iordan predicti
qui et successores sui tamdiu cisticulam ipam possidebunt donec
predicta trium millium et quingentor flor in auro et duo millia
duceta nonaginta octo flor in moneta summas perceperit quibus
perceptis possessio dicte cisticule ad nos et successores nostros redibit
pleno iure sed quamdiu flor et pecuniarum et pro summas tam
presentibus quam in quittanciarum litteris sub alijs tenoribus litteris
recognitas et inscriptas ipse Iordam et successores sui non pre-
perint tamdiu eum et successores suos a possessione dicte cisticule
amovere non debebimus nec poterimus Et sub eo tempore
quo ipse Iordan tam predictos flor et pecuniarum summas quam
alios in alijs recognicionum et quittacionum litteris per nos descriptas
non perceperit si eundem Iordan ab administracione zuppar et
similiter eum ac successores suos a possessione cisticule removere
aut alienare voluerimus successoresque nostri voluerint extunc
nos prius eum amovere alienare quod ab administracione zuppar
et pari modo non prius possessionem cisticule sibi et suis subtrahere admittere
poterimus nos successoresque nostri donec summas predictas sibi
inscriptas et per alias quittanciarum litteras recognitas ut perceperit
ipse et successores sui de zupp et cisticula predictis vel nos et
successores nostri easipas summas flor pecuniarum quas quibus non
perceperit eidem Iohanni Iordan et suis successoribus exsolverimus
cum effectu et integre Dat Crac feria sexta intra octavas epifaniarum 1507

a bello

Alexander etc. Significamus etc. Quia ad dum impetraret
Gnoso Iohanni Wyelopolski Burgrabio Castri nri Crac
Consensimus Burgrabiatum illum suum Nobili Nicolao Phi-
lipowski resignandum cuius Burgrabiatus racione sicut liber
exemptus qz extitit ipe Iohannes Wyelopolski ab omni ex-
pedicione bellica ad quam eciam idem Nicolaus non erat
neqz modo est obligatus sic ad vota Serenissime principis
domine Elizabeth deigra Regine polonie genitricis nostre
charissime Iohanni ipsi in eadem prerogativa quam racione
Burgrabiatus habuit conservari ab ipa qz expedicione bellica
quocienscunque reipublice int incurrere commissum esset Cum et ipse
Nicolaus cui Burgrabiatus resignatus est non esset prout
non est vel fertur ab expedicionibus bellicam obligatus eximen
et liberandum duximus conservamus qz eximimus et liberamus
presentibus usqz ad ultima ipius Iohannis vite tempora harum etc.
datum Crac feria quinta infra octavas epiphanie 1505

Consensus ad resig. Burg. Crac

Alexander etc. Significamus etc. Quod licet superiori tempore
Consensum prebueramus nrum Gnoso Iohanni Wyelopolski
Burgrabio Castri nri Crac Burgrabiatum eundem suum Nobili
Nicolao Philipowski pincerne Curie nre resignandum Tamen
quia consensus ille scriptus erat sub sigillo anulari nostro
ad gestarum decirco ratum habentes priorem consensum inno-
vamus presentibus sub sigillo maiori Regni nri ideo qz quemad-
modum prius consenciendum duximus sic presentibus consentimus
Burgrabiatum ipm per dictum Iohannem Nicolao predicto resignandum
decernentes per dictum Nicolaum Burgrabiatum predictum postquam
resignatus sibi fuerit usqz ad ultima vite sue tempora
more aliorum Burgrabiorum et Burgrabiatum cum censibus
proventibus et prerogativis ad eundem Burgrabiatum de iure
ac consuetudine pertinentibus possidendum Auctoritate vobis Magnifico et
Gnoso Nicolao de Kamyenyecz etc. et Iohanni Iordan etc. man-
damus quatenus postquam coram te Capitaneo aut in absencia tui
coram Vicecapitaneo Crac Burgrabiatus ipse resignatus fuerit
tempore Capitanei et in absencia Capitanei vicecapitaneo Nicolaum predictum
ad possessionem dicti Burgrabiatus intromittas vos vero moderni
et pro tempore existentes Zupparii de censibus proventibus et
salis ad eundem ipm Burgrabiatum pertinentibus annis singulis quibuslibet
quatuortemporibus anni videat et videri faciatis post singulas soluciones
quittanciam ab eodem Nicolao recepturi quas vobis providebat in eas
in racionibus computaturi faciemus ad Zupparias et terras racione harum
etc. datum in Conventione generali Radomien feria quinta festi Sancti Stanislai
in maio anno domini 1505

Confirmacio privilegii super advocacia seu sculteciam in villa Wrothkow Nobilis Andree Schadurka consulis Lublinen

In nomine dni amen. Ad perpetuam rei memoriam. Omnis humani
generis actio, nisi industria eius firmata fuerit et sic sustentata facile
prolabitur et e memoria excidit. Equum igitur fuerit ut sic memorie
mandetur posterorum, quatinus in perpetuum robore per successores eius
sempiterno posteritatis conservetur. Proinde nos Alexander dei gratia
dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie, Necnon terrarum
Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie, Russie Prussie ac Cul-
men Elbingen Pomeranieque dns et heres etc. Significamus tenore presencium
quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris
Quomodo constitutus personaliter coram nobis nobilis Andreas de Schadurki
consul Lublinen et advocatus in villa Wrothkowo, exhibito coram
nobis privilegio super advocacia seu sculteria ipsius prefata cancti
petiit illud per nos confirmari. Cuius sequitur tenor. In nomine
dni amen. ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus tercius dei gratia
Rex Polonie Necnon terrarum Crac. Sandirie Siradie Lancicie Cuya-
vie Lithwanie princeps supremus Pomeranie Russieque dns et heres etc.
Significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et
futuris presencium noticiam habituris. Quod consideratis serviciis Nobilis
Andree de Kyski que nobis nobilis constanter et fructuose exhibuit
temporibus, et exhibiturum se offert, diligenciori constancia in futurum
Confidentes ex de legalitate et providencia sua quod bona nra ingenio
et sollicitudini sue vestrum sit recepturum incrementum. Unde sibi
heredibus et successoribus suis de consilio nrorum consiliariorum
advocaciam sive sculteciam in villa nra Wrothkow in terra et districtu
Lublinen sitt damus donamus et perpetuo presentibus largimur proserimus
Adiungimus [struck through] preterea sibi ad dictam advocaciam tres lancos
agri liberos in Chlopije, unam thabernam sive liberam ibidem in
Wrothkow unum prati ad dictos lancos pertinentem, et obstaculum in
superiori parte piscine in Chlopije, tercium denarium de qualibet re iudicata
et sextum denarium de censu tunc temporis quos una sua duxerit col-
locandos in ipsa villa. Quaquidem advocaciam ipse Andreas heredes et
successores sui legittimi cum omnibus lancis thaberna prato obstaculo
premis et censu supradictis tenebunt habebunt utifruentur et pacifice
possidebunt, Necnon vendent commutabunt alienabunt obligabunt et in suos
ac suor heredum et successorum legittimorum usus beneplacitos convertent
Nro tamen et nrorum successorum consensu ad id accedente speciali. Pro qua
donacione nra presenti ipse Andreas heredes et successores sui cum una
balista bene disposita ad qualibet expedicionem servire nobis erunt astricti quales
Et ut ipsa villa nra Wrothkow tanto melius vota possit recipere
incrementa, eandem quam gaudere ponimus ipsam de iure polonico in
ius Theutunicum quod Maydenburgen dicitur transferimus perpetuo duraturum
Removentes ibidem omnia iura polonicalia et quevis alia que ipsum ius Theu-
tonicum consueverunt perturbare. eximimus quoque omnes ipsius ville incolas
ab omni iurisdiccione et potestate omnium Regni nri quomodocunque dicantur

et nomine officiatum et ministerialium eorundem. Ut pro quibuscunque causis sive parvis sive magnis coram ipso vel coram altero altari minime respondebat neque aliquas penas solvere tenebuntur. Sed kmethones et incole predicte ville coram Sculteto eorum predicto, Scultetus autem ipse coram nobis aut Capitaneo nostro Lublinensi dumtaxat si fuerit per literam nostram evocatus seu cittatus et hoc si in reddenda iusticia negligens fuerit vel remissus tunc non alibi quam suo iure Theutonico predicto omnibus de se querulantibus respondere sint astricti. In causis autem Criminalibus quibuscunque prefato Sculteto heredibus et successoribus suis sentenciandi condempnandi puniendi et plectendi pena damus et omnimodam facultatem prout hec ipsum sub Theutonicum in omnibus suis condicionibus clausulis atque punctis postulat et requirit. harum testimonio literarum quibus sigillum nostrum est appensum Actum Sandomirie feria quinta post ducatum sancti (?) Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono presentibus ibidem Reverendis in xpo patribus dominis Johanne archiepiscopo Leopoliensi Sbigneo Episcopo Cracoviensi Magnificisque Johanne de Czizow Castellano Johanne Johanne de Thanczin palatino Cracoviensi Dobeslao de Olesnicza Sandomiriensi Petro Odrowasz Leopoliensi palatinis Clemente de Wyelicze (?) Sandomiriensi Thomislao de Brzi: bow (?) Visliciensi Pzedborio de Konieczpolye Rospriensi Castellanis aliisque multis militibus et nobilibus testibus circa premissa Datum per manus Magnificorum Johannis de Konieczpolye Cancellarii et Petri de Szczeko: czini Vicecancellarii Regni polonie sincere nobis dilectorum. Nos itaque peticionibus ipsius Andree annuentes premissum privilegium super advocacia seu Sculteria prefata ipsius in villa Brodkowo sitis (?) velud iustum et omni vicio carens in omnibus eius clausulis punctis condicionibus et articulis in toto eius tenore approbandum ratificandum duximus approbamusque ratificamus et confirmamus decernentes illud robur perpetue firmitatis obtinere tenore presentium mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Actum in Lublin feria quinta proxima post festum sancte agnetis Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri quarto presentibus Reverendis Venerabilibus et Nobilibus Johanne de Lasko Regni polonie et Gneznensis Ecclesie Cancellario Stanislao Curopathwa de Laczuchow Chelmensis Paulo de Chodza polanensi (?) Castellanis Nicolao Fierley de Dambro: vicza Cracoviensis et Capitaneo Lublinensi Johanne de Sprowa Sandomiriensis vexillifero et Capitaneo oppoznensi Johanne Kopsinski de Chanczin Curie nostre Marsalco ac Sandomiriensis et plecensi Georgio Krupski de Orzechow Chelmensis et Belzensis Capitaneis Janussio Strzeszowski Commissario in Koprziwnicze et Curie nostre et aliis quamplurimus Consiliariis et Curie nostre testibus fidedignis ad premissa sincere et fidelibus dilectis Datum per manus eiusdem Venerabilis Johannis de Lasko Regni polonie Cancellarii sincere nobis dilecti

Tribunatus Gostinensis

Datus est tribunatus Gostinensis per obitum olim Cassimiri Crampski (?) vacans generoso domino Mylanowsky Thezaurario Curie. Datum Cracovie feria quinta infra octavas Epiphanie
1506

(margin:) Ms.

Donatio Thelonei Chelmen(sis) Generoso Georgio Crupskij de Orchow ad unius anni decursum

r/s

Alexander etc.

Significamus etc. Quia attendentes destructionem et annihilationem Castri nostri Chelmen(sis) tanta esse, quod sine magnis impensis eius restauratio fieri non potest pro cuius reparatione et si Generosus Georgius krupskij de Orchow Belzen(sis) et Chelmen(sis) Capitaneus iam non nihil impenderit, non nihil quoque in eius lapsarum munitionum et fortaliciorum reedificaverit. Tamen quia ad illud opus suis sumptibus perficiendum sufficere non potest nisi nostris adiutus esset. Itaque nos volentes ut Castri illius lapsi restauratio debite inchoata firmatur per nos quoque omissione negligentie ad reformationem non perducatur, eidem Georgio pro ipsius Castri Chelmen(sis) fortaliciorum reedificatione Theloneum nostrum Chelmen(sem) a festo purificationis gloriose virginis Marie proxime venturo usque ad aliud festum purificationis eiusdem virginis Marie alias per integrum annum cum omnibus et singulis eiusdem Thelonei proventibus redditibus introitibus consuetudinibus penis pertransitis alias przewiszcze cum aliis quibusvis obventionibus ad ipsum Theloneum nostrum de iure vel consuetudine spectantibus dandum et donandum duximus dedimusque et donamus presentibus per ipsum Georgium predictum Theloneum eidem tenendum exigendum levandum proventus et pro Castri illius Chelmen(sis) reformatione convertendum. Sic tamen ut post lapsum anni illius idem Georgius tam de perceptis quam expositis eiusdem Thelonei nobis rationem erit redditurus. Harum quibus sigillum nostrum est subimpressum testimonio literarum. Datum in Lublin feria quinta proxima post festum sancte Agnetis Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni nostri anno quarto

Consensus obligandi Theloneum Chelmen(se)

r/s

Alexander etc.

Significamus etc. Quia constitutus personaliter coram nobis Generosus Georgius Crupskij Chelmen(sis) et Belzen(sis) Capitaneus exhibuit literas infrascriptas super arendationem Thelonei Chelmen(sis) sibi per nos donati canentibus petiit easdem per nos approbari et confirmari. Super huiusmodi quoque arendationem consensum nostrum Regium prebere. Quarumquidem literarum sequitur tenor. Georgius krupskij de Orchow Chelmen(sis) et Belzen(sis) Capitaneus Significo tenore presentium universis quibus expedit. Quia Theloneum Chelmen(se) Capitale Judeo Josko de Lublin Theloneatori Leopolien(si) et Belzen(si) arendavi, quod a Sacra Maiestate Regia per unum annum pro reformatione Castri Chelmen(sis) datum habui pro centum et decem marcis pecuniarum et pro athlasio bino item pro quatuor libris piperis et pro duabus libris Croci a festo purificationis Marie proxime futuro usque ad unius anni decursum hoc est ad aliud festum purificationis eiusdem virginis Marie. Tali tamen conditione, quia omnes spirituales aut Ecclesiasticos proventus ipse Josko solvet. Eam vero summam scilicet Centum et decem marcas una cum suprascriptis omnibus mihi Georgio dare debebit, prout iam partem eorum dedit

In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est subimpressum Datum
in Lublin feria sexta proxima post festum sancte Agnetis virginis Anno domini
Millesimo quingentesimo quinto Georgius qui supra manu propria scripsit Itaque nos
peticionibus prefati Georgii Capitanei annuentes consensum nostrum super huiusmodi
arendacionem prebuimus prebemusque presentibus Ac litteras preinsertas arendacionis
predicte in toto earum tenore approbavimus et confirmavimus approbamusque et
confirmamus per presentes harum quibus sigillum nostrum est subimpressum
testimonio litterarum Datum in Lublin feria sexta proxima post
festum sancte Agnetis virginis anno domini Millesimo quingentesimo quinto
Regni nostri anno quarto

Confirmacio privilegiorum super molendinum in villa Chlopije

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Maiestas Regia quidquid vel
origini concedit pro tempore vel concessum roborat id perhennium
tenoribus litterarum notitie posterorum demandare consuevit Proinde nos Ale-
xander dei gratia Rex Polonie Magnusdux Lithwanie Necnon terrarum
Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Russie Prussie ac Culmensis
Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus
expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quod
constitutus personaliter coram nobis Nobilis Andreas de Schadurski Consul
Lublinensis et Molendinator in villa Chlopije Molendini in flumine Bystrzyca
siti exhibitis coram nobis privilegiis super Molendinum prefatum habitis
supplicavit humiliter per nos ea confirmari quorum sequuntur tenores.
In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Cum inter humane
nature commoda nihil dignius memoria habeatur oportunum existit
ut actus hominum litterarum apicibus et testium annotacione perhennentur
ne lapsu temporis evanescat Proinde nos Wladislaus dei gratia Rex Polonie
Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium
quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris
Quod in animo revolventes industriose sagacitatis indiciam et artificialis
magisterii promptitudines quibus Johannes filius Michaelis de Dzierzkow
vices molendinatoris nostri Lublinensis in conspectu nostro claruit in quibus
ipsum fore abiliorem expertum et magis promptiorem volentes sibi terciam
mettretam seu mensuram de Molendino nostro sito in Chlopije in flumine Bys-
trzyca erigendo et per ipsum construendo decernimus omnis grani quodcumque
in ipso molendino contigerit sub condicionibus infrascriptis damus conferimus
liberaliter et donamus donacione perpetua et irrevocabili Itaque eandem
mettretam seu terciam mensuram idem Johannes Molendinator ac sui liberi
et successores legitimi tenebunt habebunt utifruentur cum consensuque nostro
commutabunt ac vendent et perpetuis temporibus possidebunt Sic tamen quod pro
reformacione et lapidibus eiusdem molendini ipse Johannes terciam partem
et nos duas dabimus Racione cuius donacionis idem Johannes et eius liberi ac
successores legitimi arte carpentaria laborare in Curiis nostris tenebuntur et
servire harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum Actum
in Szrzkazow die dominico proximo ante diem beate Margarethe virginis.

Anno dni Millesimo quadringentesimoquinto Presentibus Strenuis Nobilibusque viris
Spythkone olgik Succamerario Sandomirien Johanne Curopathwa Judice
Lublinen Cristino Myska de Myeprzessnya Bartossio de Charbinowice
Maczissio de Vrogimowice et Passkone de Bogumilowice multis que alijs viris
fidelibus fidedignis Datum per manus venlis Nicolai prepositi Sancti floriani
in Cracovia Regni polonie Vicecancellarii sincere nobis dilecti Nos Stanislaus
de poddambice Capitaneus terre Lublinen generalis Significamus tenore
presentium quibus expedit universis presentibus et futuris presentium notitiam
habituris Quod habentes in mandatis dni nostri Regis ad melioracionem bonorum
suorum intendere Molendinum circa piscinam Chlopye quod iam multis desertum
erat temporibus et propter hoc in edificijs colapsum minabatur et ruinam Ma
thie Molendinatori qui iam erat unicus heres eius superstes extiterat
reedificandum et construendum commisimus ad quod unum laneum ante eundem
Molendinum penes thabernam in qua Carnia residet ex consensu Rege
adiunximus cum prato quod prius erat Chrosthini kmethonis de vrothkow
presentibus temporibus possidendum longe lateque prout in suis metis est protensum
cum mellificio alias Barcz in borra Chlopsky et in mirica sulislawice
que modo est et in posterum quod per ipsum reparari poterit sibi et suis
successoribus legittimis adiunximus et presentibus appropriavimus cuius medietatem
melius pro se recipiet et medietatem ad castrum dabit per eundem Mathiam
et suos successores legittimos tenendum habendum et pacifice possidendum Necnon
vendendum alienandum et ad usus suos beneplacitos convertendum prout sibi
et suis melius videbitur expedire harum quibus sigillum nostrum est subap
pensum in testimonium literarum Datum in Lublin dominico die infra octavas
corporis xpi Anno dni Mo quadringentesimo decimo octavo presentibus Nobilibus
Johanne Wlostowski Nicolao de prawedniki Gotardo de Velegepolie
Janussio de Zamborzice Dirnassio de Krzessimow Mathia de Czerhanki
heredibus et alijs fidedignis Itaque nos peticionibus dicti Andree permoti
visis premissis privilegijs super Molendinum in Chlopye iustis tam
etsi alterum eorum titulo Regio non fuerit scriptum super unum agri
mansum tam quam constat ex tenore prescripti alias quam de madato
Regio mansum illum datum est exinde per omnia tempora preteritorum
monita per andream ipsum et ipsius predecessores pacifice possessum Itaque
de speciali gratia et benignitate nostra utrumque privilegiorum prefatorum confir
mandum et ratificandum duximus confirmamusque et ratificamus donaciones
illa per Capitaneus Fetoz approbamus et ad eam consentimus decernimus tenere
ipsum Andream et ipsius legittimos successores molendinum prefatum iuxta
literas premissas cum manso per Capitaneum ad molendinum predictum dato
iuxta tenorem privilegiorum prescriptorum per nos confirmatorum tenere et
possidere perpetuo tenore presentium mediante In cuius rei testimonium Sigillum nostrum
presentibus est appensum Actum et datum in Lublin feria quinta post
festum Sancte agnetis proxima Anno dni Millesimo quingentesimo quinto Regni
vero nostri primo presentibus Venerabili et Generoso Johanne de Lassko Vicecancellario
et Regni nostri Cancellario Stanislao Curopathwa de Lazuchow Chelmen
paulo de Chothyza polaniczen Castellanis Johanne Kapstinskij de Tham
tzin Curie nostre Marsalco Sandomirien et plozen Nicolao firlej de
dambrowiga Lublinen Georgio Crupskij Chelmen et Belzen Capitaneis
et alijs pluribus consiliarijs et Curiensibus nostris ad premissa testibus sincere
et fidelibus dilectis

Confirmatio decreti inter Barbara consorte Johannis Swnthko ex vna et Johanne Swneizki de Vasthosche

Alexander etc. Significamus etc. Quia nob(is) honeste Barbare consortis prouidi
Johanis Swnthko oppidani de Vanschosche l(itte)re infrascripte sub sigillo terre-
stri Vissnen. certa sentencia pro parte eius(dem) Barbare contra prouidum
Ex Johannem Swnelyzki incolam Vanschoschen bon(o)rum certor(um) bonor(um) imobiliu(m)
in hisce l(itte)ris descriptoru(m) in iure et iudicio seu in terminis generalibus
Vissnen. latam continentes exhibite erant nobis sunt quoq(ue) petitio
porrecta ut illas approbare(mus) ratificare(mus) et confirmare(mus) Quaru(m) sequitur
tenor. Termini generales in Vissna celebrati feria q(ui)nta an(te) festum
om(n)i(um) s(an)ctor(um) Anno d(omi)ni Millesimo quingentesimo q(ua)rto in p(rese)ntia Magnifici
et Generosoru(m) Stanislai de Szrinsko Castlni Jacobi de Blinki Capitanei
Luce de Blinki vexilliferi Nicolai de Taraskowo succamerarii Ma-
thie de Grandi iudicis Petri Czarnij de Zalyessije subiudicis Nicolai
de Grampz Notarij Stanislai de Blinkij vicecapitanei Nicolai de Nyna-
zowstijza venatoris Alberti de Corosski Ministerialis Vissnen.
d(omi)ni superius scripti. Revisis et diligenter recensitis rescripta et decreti
domini principis et suor(um) dictor(um) et decretu(m) omnibus iudicij vna cu(m) ceteris
rescriptis Bamniti iudicij nullum timere d(um)taxat d(omi)ni et instra pre-
sentibus haben. in hunc qui sequitur mod(um) decreuerunt. Q(uo)d Johannes Swnij-
lyzkij de Vanschosche licendo pena quinquagenalem iudicio vna cu(m) altera
priori debet mittere mansum minus duobus Morgis ibid(em) in Vanschosche
inter quatuor mansos. et pro eod(em) perpetuu(m) silentiu(m) habere. et Barbara
consortis Johannis Swnthko de Vanschosche filia olim Margarethe
Cozelowa de ead(em) Vanschosche perpetuam possessio(n)em d(i)cti Mansi minus duob(us)
Morgis ibid(em) in Vanschosche adiudicauerunt et p(rese)ntib(us) adiudicant iuxta
decretum eius superiore. Ex eo quia predicta Barbara non agebat
pro manso integro seu pro porcione matris sue qua porcione p(ro)pria mater
sua olim Margaretha que sibi cessit inter fratr(es) vendidit tria Johani
Swnelyzkij super quem Mansum id Johannes habet priuilegiu(m) Sed pro alio
manso minus duob(us) Morgis agit. Quem mansu(m) minus duob(us) Morgis olim
Margaretha mater dicte Barbare postmod(um) lucrata est propinquitate post
quasda(m) mortuas manus olim Gotardi et clemetis iuxta decretu(m) domini
principis et acta libri terrestris. sup(er) eod(em) Johannes Swnelyzki lucrado
in(...) tenuit ad vita(m). Quem mansu(m) minus duob(us) Morgis dictus Johannes
Swnijelyzki per duos ad indicatu(m) d(i)cte Barbare filie olim Margarethe t(ra)ns-
actor ebdomadas debet remetsurare et ei Barbare in possessione(m) conferre
sub pena quinquagenali iudicio et pyathnadzesta et damnum d(i)cte sexagenar(um)
in citatione expressu(m) pro fenicion d(i)cti Mansi minus duob(us) Morgis tria in
eod(em) cursu t(em)p(or)is persoluere d(ebe)t sub ead(em) pena quinquagenali Judicio et
pyathnadzesta d(omi)ni et in q(ua)ntu(m) d(i)cta Barbara presumpsisset summa(m) iuramento
iuramenta prestare. Ex libro Vanschoschen Itaq(ue) nos petentib(us) pro parte
d(i)cte Barbare velud iustis et rationi consonis oblatis permoti l(itte)ras pre-
insertas tanq(uam) iustas et omni prorsus suspicione viti(o) carentes In om(n)ibus
clausulis p(u)nctis articulis et condicionibus in totoq(ue) earu(m) tenore d(i)cta sentencia et
liberatam Regiis nostris confirmandas approbam(us) et ratificam(us) dixim(us) Confirmam(us)q(ue) approbam(us)
et ratificam(us) decernen(tes) illas robur debite firmitatis obtinere. Ceterum p(rese)ntium mediante
harum quib(us) sigillum nostrum e(st) subimpressum testimonio l(itte)rarum Dat(um) in Lublin f(eri)a sexta in
vigilia conversionis s(an)cti pauli ap(osto)li Anno d(omi)ni Mill(esim)o quingentesimo quinto

Confirmacio decreti pro parte Nobilis Dorothee Lodwigoska facti

la

Alexander rex Signumfacimus quia pro parte nobilis Dorothee filie Nobilis
olim Mathie de Lodwigowo litere infrascripte sigillo terrestri Wyssegr.
consignate certam sentenciam in causa inter ipsam Dorotheam ab una et Nobilem
Raphaelem filium nobilis olim Pauli de Lodwigowo partibus ab altera
racione certorum bonorum in eisdem literis latius descriptorum in iure et iudicio terrestri
Wyssegr. lata continentes exhibite erant nobis. Simul cum peticione porrecta ut illas
approbaremus ratificaremus et confirmaremus. Quarum sequitur tenor in hec verba. Quibus
feria quinta proxima ante Thome apostoli Anno domini Millesimoquingentesimo quarto
in Wyssegrodt in presencia Magnificorum et Nobilium Mathie de Szarandi Judicis
Petri Czarny de Zaluskie Subiudicis Stanislai de Blunker vicecapitanei
[illegible] de Blunka vexilliferi Nicolai de Tarczynowo succamerarii Wyssegr.
dominorum et quando Nobilis Raphael filius olim Pauli de Lodwigowo ex
una citatus Nobilis Dorothea filia olim Mathie de Lodwigowo parte ab
altera iudicialiter egit quia tu superequitando alias Wyarthalisku cum
curribus et equis tuis [illegible] sedia in hereditatem ipsius super bona Lodwigowo
possedisti post ipsius avum olim Mathiam Czarnowski et post ipsius patruos
germanos post Joseph Johannem filios olim Mathie post defunctos mansos
ibidem in Lodwigowo domum aream et hereditatem mobilem ibidem tibi appropriando
et ipsi alienando. Ad quam hereditatem ipse propinquior est quam tu quam here-
ditatem tu possedisti violenter. dampnificasti ipsum in omnibus utilitatibus
in pomeriis in piscinis in molendino ut decem sexagenas grossorum in mediis
possessionibus. Pars vero adversa respondit domine ego ad eandem hereditatem tam
sum propinqua sicut et ipse. Nos auditis proposicionibus et responsis in hunc modum
decernimus quod dicta Dorothea cum Raphaele per medium debet tenere
eadem bona in Lodwigowo hereditaria ex eo quia ipsa est tam propinqua
post patrem et germanos suos in citacionem expressos sicut et ipse. Hoc tamen excepto
quod prefata Dorothea unum mansum cum media octava morgos debet sibi ex-
cipere contra Raphaelem in recompensam porcionis patris olim Raphaelis
vendite viginti unius mansi cum octo morgis eiusdem hereditatis et hoc ex
eo quia in citacione non sunt expressi quod ea per fratres suos tunc maritaverunt
nec abrenunciacionem aliquam ipsius ponebat Dorothee et hanc medietatem dicta
Dorothea Raphaeli mittere debet. Luendo penam sexo Marcarum ad quos ebdo-
madas excepto uno manso et octo morgis sub pena quinquagenali pro iudicio
et Pyethnadzesta. dampnum iudicium admiserunt ex eo quia alie partes
ibidem in Lodwigowo hereditatem tenent. Anno die quo supra Nobilis Dorothea
de Lodwigowo nolens penas pati mittit libere medietatem bonorum heredi-
tariorum ibidem in Lodwigowo Nobili Raphaeli de ibidem iuxta decretum decretorum
superius contente excepto manso et octo morgis ex libro terrestri
Wyssegrodiensi. Itaque nos peticionibus pro parte dicte Dorothee velud iustis et
iuri consentaneis oblatis permoti literas prescriptas tamquam iustas et
cum processu iuris suffultas eorum in omnibus clausulis punctis articulis
et condicionibus in toto ac earum tenore de certa sciencia et deliberacione
regia nostris confirmandas approbandas et ratificandas duximus

Confirmamusque ratificamus et approbamus decernentes illas robur debite
firmitatis obtinere. tenore presentium mediante harum quibus sigillum nostrum
est subimpressum testimonio litterarum. Datum in Lublin feria sexta in vigilia
Conversionis sancti Pauli Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri quarto

Consensus obligadi Chordzeza

Alexander etc. Significamus etc. Quod veniens ad nostram presentiam Generosus
et Nobilis Petrus de Wroczimowicze dapifer Cracoviensis heres de
Chordzyeza coram nobis recognovit, Quia villam suam hereditariam
nuncupatam Chordzyzza in districtu et terra Lubliniensi iacentem quam
habet et possidet de bonis mense nostre Regalis sub condicionibus feoda-
libus ut privilegium suum continet, per olim predecessores nostros
sibi aut predecessoribus suis iure feodali donatam, de nostro consensu
quem presentibus damus invadiavit et obligavit Nobili Jacobo heredi de
Dzwolnowicze (?) terrigene nostro terre Lubliniensis in ducentis sexaginta duabus
cum media marcis monete nostre et numeri polonicalis communis in
qualibet marca quadraginta et octo grossos computando tenendam modo obli-
gatorio ab uno festo Nativitatis domini ad aliud usque ad plenariam
exempcionem et solucionem prefatarum ducentarum sexaginta duarum cum media marcarum
cum tali et toto iure ac titulo cum eius domibus kmethonibus agris
campis pratis silvis borris piscinis molendinis et eorum emolumentis
cum mericis (?) stagnis aquis et earum decursibus Mellificiis dacijs et generaliter
cum omni iure dominio et proprietate Nichil pro se nec pro suis legittimis
successoribus penitus reservando prout ipsa villa Chordzyeza in se et
in suis metis et granicibus circumferencialiter est distincta et limitata
utque eam solus tenuit habuit et possedit. Et eam sibi coram nobis dedit
realem et effectualem intromissionem in prefata villa Chordzyza per mi-
nisterialem Georgium terrestrem Lubliniensem per nos sibi additum et dat
ipsum tueri et intercedere a qualibet persona obstante eumque (?) et presertim
a nobili Johanne de predicta Wroczimowicze fratre suo germano sub
vadio ducentarum sexaginta duarum cum media marcarum. Et si ipsum tueri
nollet et se premiserit tuitare (?) pro prefata non tuitione ac pro prefato
vadio extunc reddendo ab omnibus terris et districtibus sub hac corona nostra
Capitaneo aut pro tempore capitaneis existentibus in Castro Lubliniensi coram nostro
Castrensi Lubliniensi parere debet et respondere, nullomodo terminum differendo Nec
bello nec tribus iuris Regalibus nec colloquio generali Nec vera aut simplici
infirmitatibus Neque convencione generali neque quovis alio exquisito et quovis
modo terminum differre vellet, eo causam suam perdet in prefatoque vadio
succumbet. quod vadium debet converti commendique in essencialem pecuniam
quod tandem vadium a parte non vincente solvere debet. Et poterit ipsum prefatus
Jacobus condempnare in primo termino tanquam in peremptorio in iure hic
in Castro Lubliniensi Et si aliquis defectus esset in presenti inscripcione atque quittancia
ille defectus non debet ipsi Jacobo obesse sed prodesse Nulla prescripcione
terrestri ipsum quadrando (?), quam recognicionem et obligacionem admisimus et admittimus
decernimusque perinde sic ut suprascripta est valiture. Et insuper consentimus

villam predictam Chodzijeza per ipsum petrum de Vrazinovicze eidem Jacobo
et successoribus suis masculis perpetua vendicione vendenda non tamen augendo
summas pecuniarum in privilegio donacionis descriptarum que per nos aut successores
nostros solvende essent femminini sexus successoribus masculino deficiente sexu decernimus
villam ipsam Chodzijeza per Jacobum ipsum et ipsius successores ultimos sexus masculini
iuxta vim et tenorem donacionis privilegii per olim antecessores nostros petri eiusdem
antecessoribus super villam ipsam iure feodali dati petro habenda Condicionibus
predictis per privilegium donacionis predicte in possessoribus ville predicte pro nobis
et successoribus nostris inscriptis ac reservatis remanentibus semper salvis harum
quibus sigillum nostrum etc. Datum in Lublin feria quinta ante festum conversionis sancti
pauli Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri quarto

Iuspatronatus Nicolao firlei datus conferendi duas mansionarias in capella castri lublinensis

vp

Alexander etc. Significamus etc. Quia propter fidelia servicia et benemerita generosi
Nicolai firleij de Dambrovicza vexilliferi Crac. et Capitanei Lublinensis fidelis dilecti
que nobis et olim serenissimis principibus dominis fratribus serenissimis Maiestatibus Regibus polonie et
predecessoribus nostris ac reipublice Regni nostri exhibuit. Idcirco intuitu de speciali
gracia et clemencia Regiis nostris Iuspatronatus nostrum et presentandi super duas mansio-
narias Capelle sancte Trinitatis in Castro nostro Lublinensi site in proximo per quoscunque
mansionariorum cessum vel decessum vacaturas pro vita dumtaxat vite dandi
et conferendi duximus damusque et conferimus per presentes dantes sibi facultatem
plenam et omnimodam personas quascunque duxerit idoneas ad easdem duas
mansionarias divisim vel coniunctim in proximo vacaturas presentandi Quocirca
vobis Reverendo in Christo patri domino Johanni moderno ac aliis in futurum pro tempore
existentibus episcopis aut vicariis in spiritualibus generalibus Cracoviensi vel aliis ad id
potestatem habentibus sincere nobis dilectis presentem donacionem nostram innotescimus
hortantes paternitates vestras quatenus ipsas personas quascunque prefatus Nicolaus
firleij interim dum Capitaneatum tenuerit gerit ad easdem ipsas mansionarias in
Castro Lublinensi in proximo divisim aut coniunctim paternitatibus vestris presentaverit
idoneas eas ad eiusmodi mansionarias ad dicti Nicolai firleij Lublinensis
Capitanei presentacionis vestras instituatis investiatis et confirmetis Nos etenim
eas presentaciones prefati ffirleij ratas firmas atque gratas esse volumus
et presentibus tenere pollicemur perinde ac sigillo et nomine nostris essent robo-
rate harum quibus sigillum nostrum est subimpressum testimonio litterarum
Datum in Lublin feria quinta proxima ante festum conversionis Sancti
pauli apostoli Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri quarto

Johannes de Lassko Regni poloniae Cancellarius

Confirmacio donacionis domus in Proschowycze fraternitati litteratorum

lix In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Et si Regie Maiestatis
omnia decreta sua litterarum muniminis perhennium roborare convenit
Illa tamen que pia misericordie racione fiunt fervenciori zelo ac benignius
concedere roborareque debet Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc.
Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quia
constitutus personaliter coram nobis venerabilis Johannes de Ostrowanczyn
sacre Theologie professor Canonicus Cracoviensis plebanusque in Proscho-
wicze et presentis capelle nostre devotus nobis dilectus exposuit Quod licet
Serenissimus olim dominus Johannes Albertus Rex et germanus noster donacionem
testamentariam providorum Johannis Porwosnyk et Margarethe coniugum
legitimorum oppidanorum de Proschowicze qui domum suam in acie inter
domum Panrowniczk ex una et plateam communem qua itur circa ecclesiam
partibus ex altera sitam fraternitati sancte Marie que inibi fraternitas litte-
ratorum nuncupatur testamentaliter legaverunt approbaverit super
eamque consensum suum prebuerit Tamen quia idem consensus
per dictam olim serenissimam Regiam Maiestatem super huiusmodi donacionem
concessus erat duntaxat ad beneplacitum Regnum datus Quapropter
nos peticionibus dicti Johannis Theologi permoti eandem donacionem
predicte domus in Proschowicze testamentariam approbavimus consensimus
eciam ad eam prebuimus approbamusque et consentimus decernimus predictam
domum per ipsam fraternitatem litteratorum tenendam habendam possidendam et
utifruendam perfrui et gaudere iuxta tenorem presencium mediante aliis
iuxta descripcionem in donacione contenta Iuribus tamen oneribus
et proventibus nostris Regalibus et Civilibus per omnia salvis
et remanentibus In cuius rei testimonium etc. Datum Cracovie Sabbato infra
octavas Epiphaniarum domini Anno eiusdem Millesimo quingentesimo quinto
Regni vero nostri quarto presentibus Magnificis venerabili et Generosis Petro
Kmytha de Wyschnycze Cracoviensi et Marsalco Regni Polonie Johanne
Jordan de Zaclyczin Woyniczensi ~~castellanis~~ Martino Drothnyczkij de Bo-
guria Zawichostiensi Castellanis Johanne de Lasko Cancellario Jacobo
de Schydlowyecz Thezaurario et Johanne Kapsthynskij de Thanczyn
Curie nostre Marschalco ac Sandomiriensi et Plozensi Capitaneo Et aliis
quam pluribus consiliariis et curiensibus nostris testibus fidedignis ad premissa
sincere et fidelibus dilectis Datum per manus eiusdem venerabilis
Johannis de Lasko electi Gnesnensis et Regni Polonie Cancellarij
sincere nobis dilecti

Donacio domus in Rawa Nobili Andree Milanowskij

lx In nomine domini amen Convenit ut ea que sub tempore geruntur ne simul
cum tempore a memoria hominum evanescant perhennibus commendentur litterarum
tenoribus Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significa-
mus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quia attendentes fidelia

-servicia Nobilis Andree Milanowski Curien nostri fidelis dilecti Nobis
et olim prius Regie Maiestati nostre per ipsum hactenus constanter exhibita
sibi de speciali gratia ac facima regiis nostris domum et eius aream cum
omnibus aliis bonis mobilibus et immobilibus in oppido nostro Kamyn post
mortem providi olim Nicolai piscatoris alias Czapnijk lege caduca ad nos
devolutam et devolutis dandum et donandum duximus damusque et donamus
perpetua et irrevocabili donacione decernentes predicta domum cum omnibus
bonis supradictis per ipsum Andream et eius legitimos successores ita late
longe et circumferencialiter prout ex antiquo consistit cum omni iure dominio
et proprietate prout ipse olim Nicolaus tenuit habuit et possedit tenendum
habendum possidendum vendendum dandum donandum alienandum commutandum et in suos
successorumque suorum usus beneplacitos convertendum merom In cuius
rei testimonium etc. Actum et datum in Novacivitatekorczyn feria sexta
in octava Epiphaniarum domini Anno eiusdem Millesimo quingentesimo quinto

Iohannes de Lassko R p Cancellarius

census obl.

Alexander etc Significamus etc Quia consideratis fidelibus
serviciis Nobilis Petri Salomonis consulis Cracoviensis que nobis et [illegible]
exhiberi consuevit Volentesque eidem consolationem reddere et ad fidelia
servicia efficere promptiorem Sibi censum annuum florenorum [illegible]
de duobus ortis cum medio ipsius Salomonis hereditariis in nigra
villa sitis prelimen quorum unum Stanislai Mrzygwiecz et alterum in
medio Nicolai Bronzeck titulum inscripcionis possidet pro capella
quattuor ampliatorum domini in capella sancti [illegible] in ecclesia
sancte Marie in circulo Cracoviensi sub campanili sita dare donare
et inscribere ecclesiastice libertati incorporare et inviscerare consensimus
et admisimus Consentimus et admittimus ac nostri regii census Immunitati
et Iuri ecclesiastico incorporandum inviscerandum et annectendum Illudque eximendum
ab omni potestate iurisdictionis et omni secularium exaccionum in perpetuum de
[illegible] et [illegible] per altaristam dicti altaris pro tempore posses-
sorem iuxta inscriptionis per ipsum Salomonem facientis tenorem pos-
sidendum etc. [illegible] data Cracovie feria sexta proxima
post festum Epiphaniarum domini 1507. Regni nostri anno quarto.

Inscripcio quingentarum Marcarum Josskoni super Theloneis Leopoliensi et Belzensi

Alexander etc
Significamus etc Quia postquam pro nobis [illegible] Iohannes Jossko de [illegible] Theloneis
Leopoliensi Lublinensi Chelmensi Belzensi et Rubieschoviensi [illegible]
obligati eidem Jossconi in summa quingentarum florenorum Marcarum per ipsum ad mandatum
nostrum datarum [illegible] eidem Jossko de eiusdem summe solucione esse certiorem
sibi summam predictam quingentarum florenorum marcarum in et super Theloneis nostris Leopoliensi
et Belzensi [illegible] specialis accedente vigore literarum inscribendum duximus inscribimusque presentibus
sub condicionibus istis Quia eandem summam de eisdem Theloneis debebit percipere
exterminareque quam nos successoresque nostri in toto pro eisdem Leopoliensi et Belzensi
Theloneis seu aliquam [illegible] sibi successoribusque suis computacione summe ad
totum pecuniarum quibus tunc accedente Leopoliensi et Belzensi Theloneorum nobis
solutiva esset [illegible] et appensum Datum in Lublyn feria sexta proxima
post festum sancti Augustini Anno domini 1507 Regni nostri anno quarto

Libera venatio in Neringa insula

Alexander etc. Significamus etc. Quia attendentes fidelia servitia Nobilis et famosi Mathie Czymerman Burgrabii et consulis Gdanensis fidelis nostri dilecti, quibus se nobis commendatum exhibuit, in posterumque exhibiturus est. Volentes itaque eum consolatum et ad futura promptiorem efficere, sibi de speciali et scientia Regiis nostris, dedimus et damus presentibus, liberam venationem ferarum cuiuscumque generis fuerint, cum quibuscumque instrumentis Retium aut sagacitate canum, in insula Neringa nobis reservata faciendam. decernentes, quod libere venari capere, et percipere poterit in venationibus predictis nostris insule Neringa: feras omnis generis in eadem insula pro tempore existentes per ipsum venatas ad usum et commodum proprium convertendas hinc usque ad ultima tempora vite sue. Ea tamen conditione imposita si in terris prussie constitueremur. Venationem in insula Neringa facientes, quod predictus Mathias penitus dumtaxat a venatione abstineat. donec aut nos venationes fecerimus aut pro nobis mandaverimus faciendas Harum quibus sigillum nostrum subappensum est testimonio literarum Datum in Brzesczye. Sabbato in Vigilia purificationis gloriosissime Virginis Marie. Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Libertas mercandi Judeo Szabdei concessa

Alexander etc. Significamus etc. Quia intelligentes quod Judeus Szabdei hanie extra muros Civitatis nostre Lublinensis moram agens non pravitate usure, sed exercitio mercature officiose intendens, se multis commendatum reddidit, propterea nos quoque commendatum habentes, singulari eum gratia prosequendum duximus, concedentes quod solutis solutionibus consuetis quas ceteri mercatores Lublinenses, solvere consueverunt libertatem habeat mercandi tam in Lublin quam ubique in Regno nostro prout campani libertate Cives Lublinenses habent. et ne per factores nostros presertim vero censuum Judeorum exactores gravaretur. certum censum annuum nobis specialem per eum dandum in eo constituimus volentes quod annis singulis nobis quinque viginti flor. in auro pro festo Nativitatis Christi nobis solvat et nullas alias alias solutiones nobis debeat. exceptis exactionibus in universos Regni incolas et mercatores pro nostre Reipublice pro tempore institutis. Insuper eundem Sabdei ab omni Jurisdictione et potestate omnium dignitariorum et officialium nostrorum eximimus et absolvimus nostro speciali iudicio, vel cui eum specialiter commiserimus iudicandum reservantes, que omnia et singula premissa decernimus valere et firmum roboris esse usque ad extrema ipsius Judei Sabdei dicte vite tempora. aut tamdiu donec prefatus Judeus sub precepto in loco mansionem gerit. Quocirca vobis generoso Nicolao ffirlei de Dambrowicza vexillifero Cracoviensis et moderno ac aliis pro tempore

existentibus Capitaneis Lublinensibus mandamus tenore volumus quatenus
prefatum Judeum Sabdey circa presentem libertatem nostram conservetis et
conservari faciatis Eumque ab omnibus sibi presentem libertatem infringere
volentibus aliisque singulis iniuriis tueami et defendatis aliter haud
facturi pro gratia nostra harum etc. Datum in Lublin Sabbato in
die conversionis sancti Pauli Anno domini millesimo quingentesimo quinto

Feudum

Korki mansi in terra Marienburg

In Nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Principum mu-
nificencia virtus quicquid pro suorum consolacione fidelium benigne con-
cedit perpetuo duraturum et litterarum apicibus perhennari ad eter-
nam rei geste memoriam communire consuevit. Proinde nos Ale-
xander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia attendentes
fidelia servicia nobilis Johannis Kuth advocati Marienburgensis
que tam contra hostes nostros animose et viriliter pugnando quam
in curiis nostra et olim fratris nostri Regis Iohannis virtuose et
constanter perseverando exhibuit. Horum et aliorum suorum bene-
meritorum intuitu eum consolatum remuneratum que efficere ac ad
futura servicia nostra obligaciorem reddere cupientes sibi et suis
legittimis masculis successoribus de certa sciencia et singulari gratia
regiis nostris octo mansos agri nostros desertos vulgariter nuncupatos
Korki in terra Marienburgen in magna insula Szolawa in
terris nostris Prussie consistentes et ad Castrum nostrum Marien-
burgen pertinentes iure feodali et sub condicionibus infrascriptis
dandum et donandum duximus damusque et donamus tenore presentium
mediante imperpetuum. Sic quod ipse Johannes Kuth et successores
sui sua quod et successorum suorum dictorum octo mansorum possessorum
legittima masculine prolis quamdiu suppetierit posteritas predictos
octo mansos Korki cum omnibus et singulis agris pratis collis(?)
borris(?) allodiis domibus areis kmethonibus ortulanis censibus
aquis rivis rivulis aquarum decursibus et presertim cum flumine
Swiatha(?) piscinis piscinulis vinariis piscibus venacionibus
aucupiis parvis et qualiter cum cunctis utilitatibus proven-
tibus fructibus et obvencionibus ita longe late et circumfe-
rencialiter prout ex antiquo consistit tenebit habebit possi-
debit utifruetur ac eosdem prout sibi et suis legittimis successo-
ribus melius et utilius videbitur nostro tamen et successorum nostrorum
accedente consensu dabit donabit vendet commutabit alienabit
resignabit et in suos successorumque suorum legittimorum usus
beneplacitos eodem iure feodali convertet. Racione quorum octo mansorum
idem ipse Johannes et sui successores omnem obedienciam
subiectionem fidelitatem et servitute nobis successoribusque nostris
debebit prout ceteri nobiles terrigene nostri terrarum nostrarum
Prussie bona sua hereditaria aut eciam nostra regalia sunt

commun sive feodali iure possiden debent deficien in prole masculina ipsius Iohannis Buthz aut eius successorum ultimorum
ville p[re]dicte possessore, filia vero seu filiabus similiter sua seu
suis successorum q[uo]q[ue] ~~successorum ultimorum~~ eius ville p[re]dicte possesso-
rum supervivente seu supervivientibus nos et successores n[ost]ri
dictis filiabus seu filie soluto trecentis flor[enis] Ungar[icalibus] licite
eosdem octo mansos pro n[ost]ro comodo accepturi sumus et
illos econverso ad Castrum n[ost]rum Marienburgen[sem] apropriaturi
et atributuri; insup[er] admisimus et consensimus admittimus
q[uo]q[ue] et consentimus p[rese]ntibus eid[em] Iohanni Buthz in eosdem
octo mansos reformacionem dotis et dotalicii coniugi seu consorti
sue inscribere p[er] ipsam eius consortem iuxta vigorem iurium
et tre illius consuetudinem tenen[dos] ad ultima vite tempora
post mortem vero dicte sue consortis non existentibus vero
masculis successoribus possessio dictorum octo mansorum prius
in predictis trecentis flor[enis] Ungar[icalibus] p[er] nos et successores n[ost]ros
successoribus femini[s] gen[er]is ac condicionis solutis ad nos et suc-
cessores n[ost]ros iure n[ost]ro feodali devolvetur et devolvi debeat
tamen. In cuius omnia p[re]missa debite firmitatis robur decrevimus
habe[re] tenore p[rese]ncium mediante. In cuius rei ec. Actum in
Brzesczije sabbato festi s[an]cte Appollonie anno 1 z o 1 Reg[ni]
n[ost]ri quarto p[rese]ntibus venli et Generosis Iohanne de Lasszko
Ecclesie Gneznen[sis] et Regni Polonie Can[cellar]io Iohanne de Sprowa vexillifero Sandomirien[si] Iohanne de Kanczijn Sando-
mirien[si] ac Ploczen[si] Capito ac Curie n[ost]re Marsalco Paulo
Lasszienski Iannussio Swyrzowski Curien[sibus] et Consiliariis
n[ost]ris et Curialibus suis et fidelibus dilectis datum p[er] manus
eiusdem venlis Iohannis de Lasszko Reg[ni] Polo[nie] Can[cellar]ii sincere dilecti

Salvus co[n]duct[us] Ioanni Kozioiowsky

V[idi]t

Alexander dei gra[tia] ec. Significamus ec. Quia de certa scie[n]tia et
deliberacione Regis n[ost]ri nobili Iohanni Kozojowski condam
molendinatori Znenen[si] n[ost]rum Regium christianorum salvumconductum
offertum q[uo]q[ue] securitatem ad nos Consiliarios q[uo]q[ue] n[ost]ros ad Conven-
tionem gnalem proxime ubicumq[ue] in Regno n[ost]ro futuram prest
inscionem venien[di] propterea q[uo]q[ue] in Regno n[ost]ro standi morandi
negocia q[uo]q[ue] sua in Rad. convencion coram nobis et Consiliariis
seu Commissariis p[er] nos dandis disponen[di] dispositis q[uo]q[ue] et indispo-
sitis suis negociis ad loca que sibi videbuntur securiora
rebus et p[er]sonis suis salvis recedendi et p[rese]ntibus dedimus et p[rese]ntibus
damus eidem q[uo]q[ue] salvumconductum n[ost]rum in omnibus articulis et
punctis toto q[uo]q[ue] eius tenore in verbo n[ost]ro tenere promittimus
inviolabiter huic usq[ue] ad finem Conventionis gnalis p[re]dicte
proxime celebrande aut tandiu quamdiu ipsa Conventio du-
raverit. Quem salvumconductum n[ost]rum universis subditis n[ost]ris
cuiuscumq[ue] status et condicionis existentibus insinuamus mandan[tes]
quatenus eum in toto suo tenore inviolabiter teneat et ob-
servet. Actum ec. Datum in Brzesczije eodem quo supra

Alexander etc. [illegible]

Significamus etc. Quia facta ratione et computo cum Nobili Johanne
Bucholcz Advocato Mariemburgensi pro huiusmodi per eum nobis fideli
vane prestitis remansimus sibi Trecentos florenos et unum
equum pro domibus obligatum. Quos sibi solvere promittimus et pollicemur in
harum etc. subimpressi Datum in Bizesczye dominica Invocavit
in quadragesima 1507 Regni vero nostri anno quinto

Commissio propria
Regie Maiestatis

Vidi

Zelensky libertatio a theloneis solvendis

Vidi

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Universis et singulis dignitariis et officia-
libus, Ceterisque Subditis nostris cuiusvis status gradus sexus et conditionis existentibus
ubilibet in Regno et dominiis nostris consistentibus presertim vero Theloneorum
pontalium et aggeralium factoribus quibus requirendis sincere
fidelibus dilectis favorem et gratiam Regiam Magnifici Generosi Nobiles
famosi et Circumspecti Sincere et fideles dilecti Quoniam Josephum Zelensky
[illegible] nostrum fidelem dilectum in Camienyecz pro restauratione ac munitione
Castri et Civitatis predictorum misimus percepimusque sibi ut illic tantisper
maneat huiusmodi reformationi intendendo, donec causa reformationis consumata
Itaque vobis et unicuique vestrum mandamus harum serie quatenus quemlibet nuntium
eiusdem Zelensky cum pixidibus nostris et cum litteris de Camienyecz ad
nos ubi opportunum fuerit pro comparandis rebus ad restaurandum
reedificandumque Castrum et Civitatem Camienyecz predictorum necessariis eunte
et converso cum eisdem rebus comparatis in Camyenyecz redeuntem libere et
absque cuiuslibet Thelonei solutione impedimento et arresto permittatis et permitti
faciatis tociens quociens premissorum vigore requisiti fueritis. Omnes si feceritis
extunc id totum quod in exactione huiusmodi Thelonei perceperitis nos ex
vobis repetituri sumus. Aliud non facturi pro gratia nostra. Harum quibus etc.
Datum Cracovie feria sexta post festum Epiphaniarum Anno domini 1507

Vidi

Salvus conductus Ade

Alexander

Nobili Ade de Curozwanky Magnifici Nicolai de Curozwanky
palatini Lublinensis filio Regni cancellarii Salvumconductum Regie
Maiestatis dedit et presentem Securitatem in duodecim equis cum
tot personis hinc usque ad Conventionem generalem proxime in
Radom vel alibi in Regno nostro proxime futuram [illegible]
eundo veniendo etc. hinc usque ad finem Conventionis generalis
proxime celebrande stando manendo et donec ipsa conventio durave-
rit etc. Datum Cracovie feria sexta infra octavas
Epiphaniarum 1507 Regni huius anno quinto

Consensus eximendi bona Regalia videlicet villas Dambno et Ostrowky Generoso Johanni Jordan Castellano Byeczensi datus

Alexander dei gratia Rex polonie etc. Significamus etc. Quia precibus Generosi
Johannis Jordan de Zaklyczyn Castellani Byeczensis et Zupparii Cracoviensis
fidelis nostri dilecti propter eius in nos benemerita annuentes, sibi de
speciali gratia et sua Regiis nostris bona nostra Regalia videlicet villas Dambno
et Ostrowsky de manibus Nobilis Johannis Ilowskij redimere consensimus et
consentimus presentibus Ita tamen quod inter redimendum summe pecuniarum non
augeantur ultra summas in eisdem villis nostris iuste et legitime inscriptas
decernimus per ipsum Johannem Jordan et suos legitimos successores predictas
villas nostras Dambno et Ostrowskij iuxta omnem tenorem et effectum literarum
originalium inscriptionum super eadem bona nostra predicto Johanni aut antecesso-
ribus suis per nos et antecessores nostros iuste datarum et concessarum tenendas
habendas possidendas et utifruendas tamdiu donec ipsi Johanni Jordan Castellano et
suis legitimis successoribus summe pecuniarum prefato Ilowskij aut antecessoribus
suis per nos aut maiores nostros iuste inscripte sunt et ex integro solute fuerint
quo facto possessio tandem eorundem bonorum ad nos et successores nostros
redibit pleno iure Iuribus nostris Regalibus salvis remanentibus harum etc.
Datum Cracovie feria sexta post festum Epiphaniarum anno domini 1505

Donatio bonorum Monasterio Sancte Trinitatis in Crasmystavo et libertatio eorundem ab omnibus contributionibus secularibus

Alexander etc. Significamus etc. Quia post devastationem terrarum nostrarum per Tarta-
ros annis proxime preteritis impie commissam cum domus aree et possessiones
Monasterij Sancte Trinitatis fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini in
oppido Crasmystavo ad fortificationem eiusdem oppidi usurparentur et distruerentur
prout vastate sunt adempta et de Iurisdictione Ecclesie ad proprietatem oppidi illius
translata ac conversa, cumque ratione earundem ademptarum domorum arearum
et possessionum domus et bona infrascripta essent denuo comparata recom-
pensatum ipsi Monasterio resignata videlicet due domus inter ipsam Ecclesiam
Monasterialem ex una et inter domum Oleskо parte ex altera invicem site
Item agri laneus post Piscina inter Radosth et Drozyathek et medius laneus
inter Mathie Bothard ac Myslowski Item dimidius alter laneus inter Plo-
banalem ac Cagzowskij oppidanorum agros situs cum certa alia agri parte
vulgariter obschar dicta in suburbio Hospitalis spectanti Qua agri partem
ecclesie et populis ruthenis orti circumsistunt Itaque nos de benignitate et cle-
mentia Regiis nostris volentes id quod equum est facere ipsa bona et possessiones
domos areas et agros predictos denuo ipsi Monasterio comparatos et resi-
gnatos ab omnibus censuum contributionum exactionum perductorum et aliorum
onerum secularium solutionibus quibuscunque nominibus appellatis et appellandis
absolvimus et liberavimus presentibus immunitati et libertati Ecclesiastice ea
incorporantes ac per ipsos fratres ordinis prenotati prefata bona possessiones domos
areas et agros iuxta Iura secularibus inscriptionum tenendas habendas utifruendas pacifice
et quiete possidendas decernimus tenore presentium mediante mediante harum etc. Sbaszensi etc.
Datum in Brzescie feria quarta post dominicam Invocavit anno domini 1505

Admissio exercendi officium Capitaneatus Brzesten[sis] Nobili Andree Dandek Vicecapitaneo Brzesten[si]

Alexander etc. Significamus etc. Quia licet Generosus Paulus Czarny de Wythowicze existens Brzestensis Capitaneus Judicijs actionibus et alijs causis que officio Capitaneatus illius incumbunt per se interesse deberet Tamen quia propter alia bona que in terris Cracoviensi et Oswyenczimiensi habet et a nobis possidet ubi etiam similia officia exercet predictis actionibus suo officio incumbentibus personaliter interesse non potest Ideirco nos providere cupientes ne propter absenciam ipsius Capitanei aliqua in eodem Capitaneatu Brzestensi in iusticia administranda in utroque dando committantur negligencie quo subditi nostri non mediocri gravarentur iniuria Nobili Andree Dandek de Thymaskowicze Vicecapitaneo illius loci Brzestensi omnimodam facultatem ad exercenda omnia huiusmodi officio Capitaneatus incumbencia sic ut possit iudicare sentencias in iure Castrensi ferre ut coram ipso possint fieri resignaciones reformaciones et alii actus exerceri actus qui in iure Castrensi fieri consueverunt Super quibus omnibus ipse Dandek Vicecapitaneus etc. sub sigillo suo et titulo ipsius Capitanei extradere potest Que nos omnia rata grata atque firma esse ac observari mandamus Dummodo sub titulo et sigillo Capitanei predicti ab eodem Capitaneatu absentis fiant Harum etc. Datum Cracovie feria sexta post Epiphanias anno domini

Consensus eximendi oppidum Novitarg Generoso Johanni Jordan datus

Alexander etc. Significamus etc. Quia attendentes fidelia servicia nobis per Generosum Johannem Jordan Castellanum Byeczensem et Zupparium Cracoviensem fidelem nostrum dilectum multipliciter exhibita prandeos peticionibus inclinati permoti sibi de speciali gratia et suma regni nostri bona nostra Regalia videlicet oppidum Novitarg cum villis Szaflary Wyxmonth Dlugopolye Cziszcha-na Kassyna Podobyn Olszowka Poramba Myedzywyecz Klukoszowa et cum alijs ad dictum oppidum exantiquo pertinentibus de manibus Nobilium Johannis Czarni, Johannis Nicolai et Andree Kathalthowycze et Beate ipsorum sororis de Skrzydlna Conniugis vero Nobilis Johannis Pyeniasek redimere admisimus et consensimus, admittimusque et consentimus presentibus Ita tamen quod inter redimendum summe pecuniarum non augeantur, Ultra summas in prefatis bonis nostris iuste et legittime inscriptas decernimus per ipsum Johannem Jordan Castellanum et suos legittimos successores eadem bona nostra Novitarg cum omnibus suprascriptis villis iuxta verum tenorem et effectum literarum originalium inscripcionum tenendum habendum possidendum et utifruendum tamdiu donec eidem domino Johanni Jordan Castellano et suis legittimis successoribus summe pecuniarum in suprascriptis bonis nostris iuste inscripte simul et ex integro soluti Que facto possessio tandem predictorum bonorum ad nos et successores nostros pleno iure devolvatur Juribus nostris salvis remanentibus Preterea quia Castrum nostrum quod in illis bonis nostris situatum fuit totaliter uti certo informati sumus destructum lapsum et dirutum est ipsi Johanni Jordan

reedificare mandauimus Itaque pollicemur et presentibus nos successoresque nostros
obligamus quia quitquid ipse Jordan ad edificacionem dicti Castri de propriis
sumptibus exposuerit Nos successoresque nostri id totum iuxta estimacionem
commissariorum nostrorum quos ea in re deputare debebimus ipsi Jordano et suis
legitimis successoribus in eisdem bonis nostris reformabimus et inscribemus aut ita
exempcionem eius dum vult ipsum et suos successores de eisdem bonis
redimere voluerimus successoresque nostri voluerint tunc huiusmodi pecuniarum
summas soluere promittimus ac debebimus successoresque nostri debebunt nec eum
redimerimus aut aliquem subditorum nostrorum redimere consentimus donec
ei successoribusque suis ipse pecuniarum summe per eundem Jordan expo
site persoluentur Insuper quia pro meliori condicione suprascriptorum bonorum
nostrorum ipse Jordan pecuniarum quibus eadem bona carent de nouo erigere pre
tora exposuit constituit Ideo nos volentes sibi premium aliquam huius
prerogatiuam exhibere promittimus et presentibus nos successoresque nostros
obligamus quia nulli hominum cuiuscunque status sexus ordinis et condi
cionis existenti ipsum de eisdem bonis redimere consentimus hinc usque
ad vitae ipsius extrema tempora nisi nosipsi pro nostra mensa Regia propriis
pecuniis nostris redimere voluerimus tunc habebit nobis successoribusque
nostris eum redimere quandocunque voluerimus harum etc Datum in Noua Ciuitate
Korczyn feria sexta in octava Epiphaniarum domini anno eiusdem 1504

Polanecenses Jura confirmantur

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Regalis est dignitatis et
beneficencie ut queque prerogatiuis libertatibus et immunitatibus quibus eum sibi
fideles subiectorum decreuerit id per scripta earum munimina ad vni
uersorum quorum interest interereque in futurum notitiam destinetur perpetua
v G Proinde Nos Alexander dei gracia etc Significamus etc presentibus et futuris
harum notitiam habituris Quod quemadmodum post felicem coronacionem nostram
omnibus et singulis terrarum nostrarum prelatis spiritualibus et secularibus Baro
nibus Nobilibus Ceterisque subditis nostris vniuersa Jura priuilegia literas
et immunitates confirmauimus approbauimus in roboreque conseruauimus Ita
in presenciarum peticionibus oppidanorum et incolarum nostrorum Polanecensium promoti
ipsis non per errorem nec inconsulte sed ex certa scientia et deliberacione
Regnique nostri omnia et singula eorum priuilegia literas munimenta
Jura libertatis et prerogatiuas per quoscunque olim principes et Reges Po
lonie predecessores nostros et presertim antiquum Kazimirum Lodowicum Ale
xandrum Wladislaum auum Ladislaum patrem et Kazimirum genitorem nostrum
eis concessa et concessas in omnibus earum et eorum articulis punctis
clausulis condicionibus et tenoribus confirmandum et approbandum duximus
confirmamusque et approbamus presentibus decernentes illa et illas in toto tenore
valitura et valituras prout ac presentibus de verbo ad verbum inserta insinuate
que essent tenore presencium inserta in perpetuum In cuius rei testimonium etc Datum
actum et datum in Noua ciuitate Korczyn feria sexta in octava Epipha
niarum domini Anno eiusdem Millesimo quingentesimo quarto Regni nostri anno
quarto presentibus ibidem Venerabili et Generosis Johanne de Lasko Electo Gneznensi
et Regni nostri Cancellario Johanne Kopinski de Charczyn Curie nostre

Marschalco Sandomiriensi ac ploskiriensi Capitaneo Stanislao de Mylanowo vicethezaurario Curie nostre et Michaeli Czuilo venatore Cracoviensi et tenutario in Nepolomicze Ceterisque consiliariis et Curiensibus nostris ad premissa testibus dominis et fidelibus dilectis Datum per manus reverendissimi in christo patris domini Johannis de Lasko Archiepiscopi Gneznensis et Regni nostri Cancellarii sincere nobis dilecti

Privilegium super Molendinum in Nova Civitate Corczyn in fluvio Nida ex opposito Castri

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Consueverunt principes universa que et ipsi per se demum subditis concedunt, vel que antiquitus per predecessores eorum sunt concessa sub sigillisque autenticis et testibus fidedignis ne oblivione deleantur roborare, proinde nos Alexander dei gratia Rex etc. Significamus etc. presentibus et futuris harum notitiam habituris Quia constitutus personaliter coram nobis providus Jacobus Molendinator noster Molendini aquatici in Nova Civitate Corczyn sub Castro seu ex opposito Castri in fluvio Nida exposuit, quod licet privilegium de titulo et sigillo divi olim Vladislai Regis Polonie Lythwanieque principis supremi et heredis Russie etc. super ipsum Molendinum quod coram exhibitum vidimus habuerit tum gressum cum illud situabatur molendinum in corpore fluvio Nida retro Monasterium conventus fratrum sancti ffrancisci Tamen quia successu temporis per Capitaneos pro tempore predicte Civitatis Corczyn exinde in eum sub Castro locum, Molendinum illud translatum erat, privilegii renovationem ad eum situm hactenus non obtenta propter quod cum idem Jacobus petiisset nos ut sibi novum privilegium perpetuum super huiusmodi Molendinum sub Castro ut prefertur situatum dare et concedere dignaremur Nos petitionibus ipsius Jacobi Molendinatoris prenotati certoque informati quod sic fuerit uti coram nobis deductum est quodque ad ipsum molendinum ex antiquo infrascripta bona uti in privilegio prefati olim Vladislai Regis continebatur pertinebat Ideirco presens novum perpetuum privilegium super Molendinum predictum sibi dedimus et damus presentis privilegii per tenorem Et quia ad Molendinum illud ex antiquo pertinere consueverunt bona emolimenta et proventus infrascripta et infrascripti videlicet pratum inter prata ville Corczyn et ortus inter fluvium Nida ex una, et predictum pratum partibus ab altera Item in eodem fluvio circa illud unum obstaculum alias Jasz pro piscibus quos tam in ipso obstaculo quam circumcirca Molendinator qui volt libere piscari consuevit et debeat Item Sarra in ipso Molendino de cuius labore ipsi Molendinatori tribus denariis Nobis vero et Regibus Polonie duo denarii Item pamilotorium alias folosch de quo nobis duo denarii Molendinatori vero unus pro tempore existenti venius provenire consuevit Et tercia mensura emolimentorum omnium de quovis grano existentium racione quorum omnium suprascriptorum ipse Molendinator et quilibet alius pro tempore eorum tenetur et est obnoxius antiqua edificia in Castro et ad Castrum illud nostrum pertinencia reformare mensasque et alia preadmentum illuc nostro et successorum nostrorum sicut ut istud certi molendinatores ad Castrum illud nostrum pertinentes in Nova civitate existentes facere consueverunt reparare Itaque Molendinum predictum cum pamilotorio et Sarra ac cum potius aliis omnibus attinenciis proventibus et obvencionibus ad illud sic ut premisimus ex antiquo et in perpetuum pertinentibus per ipsum Jacobum et suos legitimos successores dicti Molendini

pro tempore possessores tenend habend possidend utifruend pacifice
et quiete ac nro successorumque nostrorum consensu accedente dand vendend
alienand commutand et in suos successores quorum usus beneplacitos
convertend tenore presentium mediante impertimur In cuius rei testimonium etc.
Datum in Nova Civitate Corczyn feria sexta in octava Epiphaniarum
dni Anno eiusdem 1504

Salvus conductus

Significamus etc Quia postquam intelleximus quod licet providus
Stanislaus Krzymala de Warschovia superiori tempore ex causa
ut dicitur cuiusdam oppressionis et iniurie famosis proconsuli
consulibus et universis incolis oppidi nri Bidgoscza inimicicias denunciavit tamen quia iniuriarum suarum sive iure sive
honestis modis mediantibus iusticiam suam ab eisdem incolis
Bidgoschien exinde contendit pacifice dum nro servitorem heret
Bidgostiam veniret, Nos eo respectu moti ut iusticia
inter eum et cives illos cognoscatur utrimque de certa scientia
et gratia regiis nris salvumconductum nrum christianum sicut edicto
dedimus damusque presentibus hinc usque ad festum Sancti Georgii proxime
futurum duraturum Sic ut sub eodem nro salvoconducto
omnem securitatem habeat Bidgostiam veniendi et cum ipso proconsule
consulibus et omnibus incolis pro omnibus iniuriis sibi ut
ait illatis sive iure sive aliis modis honestis iusticiam petere
aliaque negocia sua disponendi disposite quod ut indisposite eiusdem
negociis ad loca que videbitur sibi maiora exeundi et redeundi
libere tute et pacifice persona et rebus suis salvis Quemquidem
salvumconductum nrum omnibus subditis nris cuiuscumque status et
ordinis existentibus innotescimus mandamus ut eum in omnibus
punctis articulis et clausulis teneat et firmiter observent Quem
et nos in verbo nro regio tenere promittimus hinc usque ad
suprascriptum temporis decursum Datum ut in Krzeske feria sexta
ante oculi Anno

Consensus eximendi bona Regalia videlicet villam Dziedlnecz de manibus Michaelis Czurilo Magnifico Petro Kmytha de Wysnycze palatino Cracoviensi datus

Alexander dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie Russie
Prussieque etc dominus et heres Significamus tenore presentium quibus expedit
universis Quia attendentes benemerita Magnifici Petri Kmytha
de Wysnycze palatini Cracovien et Regni nri Marschalci curie nobis
dilecti in nos et Rempublicam Regni nri multipliciter exhibita
Propterea quoque votis eius annuentes sibi de speciali gratia et nra Regia
auctoritate bona nra Regalia videlicet villam Dziedlnecz in terra Crac sitam

de manibus Generosi Michaelis Czuelo venatoris Cracovien et Tenutarii
bonorum nostrorum Nyepolomicze redimere consensimus et admisimus
consentimusque et admittimus tenore presentium mediante Ita tamen ut
inter redimendum summe pecuniarie non augeantur ultra summas iuste
et legitime in originalibus literis descriptas dictamen per ipsum petrum palthim
et suos legitimos successores predictam villam Szyedliscze cum eius attinentiis
et effectum originalium literarum desuper iuste et legitime extraditarum
tenere habere possidere et utifrui tamdiu quousque per nos aut successores
nostros summe pecuniarie in eadem villa iuste inscripte ipsi petro paltio
aut suis successoribus legitimis simul et ex integro persolventur Quo
facto possessio tandem predicte ville ad nos et successores nostros redibit
pleno iure Iuribus nostris Regalibus salvis remanentibus harum quibus
sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum Datum in Brzescie
lithwanie feria quinta ante dominicam letare Anno domini 1 5 0 7

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Universorum [illegible]
virtutis innata et peculiaris munificentia quicquid meliori [illegible]
conditioni habuit pro tempore id confirmare consuevit perhennitate [illegible]
literarum Proinde nos alexander dei gratia Rex polonie Magnus dux lithuanie
Russie prussie Samogitie etc. terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie
Culmen Elbingen pomeranieque dux et
heres etc.

Debitum

Alexander dei gratia Rex polonie etc. Significamus etc. Quia constitutus
coram nobis Famosus Joannes Knor civis et theloneator lublinensis [illegible]
[illegible] florenorum pecuniarum quas Nobili Andree Sa[illegible]
[illegible] se [illegible] summarum debitorem esse quorum racione sibi de [illegible]
[illegible] Consuli Lublinensi debitorem [illegible] per nos super [illegible] supplicando [illegible]
thelonei Lublinensis [illegible] decrevit per nos [illegible]
[illegible] supplicationibus [illegible] Joannis [illegible] consensimus et consensimus presentibus
[illegible] Joannes Knor si aliqua debita debet sibi Andreas illa que [illegible]
[illegible] in illis [illegible] thelonei Lublinensis
recognoverunt aut recognitum est sibi reddat admittendo [illegible]
[illegible] Andreas [illegible] de [illegible] sibi reddat admittendo [illegible]
[illegible] Lublinensis per ipsum Andream et suos successores
[illegible] possidere [illegible] tenore literarum per nos [illegible]
Joanni Knor iuste datam ut ipse Joannes Knor [illegible]
recognitum est debitorum [illegible] solutione sibi [illegible] summarum per
nos [illegible] Joanni iuste [illegible] [illegible] esse [illegible]
Joannes Knor debita sua Andree [illegible] recognoscit in thelonio
[illegible] debeat [illegible] summas per nos in [illegible]
[illegible] omnia decimam [illegible] Iuribus nostris semper salvis
[illegible] harum etc. Dat in Brzescie lithwanie die
dominica palmarum Anno domini 1 5 0 7

Consensus successoribus Joannis Phiebron sup villam Lubomirka seu damian

Alexander etc. Significamus tenore presentium etc. Quia intelligen ex donatione
ville Lubomirka seu damian in districtu Radomien site per Serenissimum
vh. principe olim Wladislau Regi polonie antecessore nrm. Nobili damian de
Brzin facta nob successoribus qz nris consensu reseruatu esse. Sic quia
quotiens prefatus damianus: successores qz sui villa predictam venderet. nr
sup id adhibendus esset consensus. Cum igr prefata villa Lubomirka per
Nobile thoma de Corithniza fuerit ~~et per~~ ab successoribz legitis ipius
ex commissione divi Serenissimi Regis Poloniae Generosi nostri construuntur, asserentesque
eadem mellificia pro quibus eos idem Lucas Kyskorowskij inculpavit, fore
inter easdem eorum limites et scopulos ipsis serviens. Nos itaque Johannes Jordan
et Stanislaus de Brzezie nomine Maiestatis Regie auditis propositionibus et responsis
partium decrevimus, quod Maiestas Regia det Commissarios Generosos videlicet venerandum
de Bess Judicem Dobeslaum de Myslow Subiudicem Lukowien. Stanislaum de
Cazanow et Mathiam Lysczijnskij Judicem Castren. Lukowien. qui ante Regem
cognoscere debent an eadem mellificia sint in borra bonorum Regalium aut eorundem
Nobilium heredum de Lazij. Unde Nos eandem ipsorum Judicum et in cedula nobis
oblata decreto et iniunctam Illudque exequi et iustitiam inter partes illas ipsas
ministrare cupientes, Vobis suprascriptis commissariis committimus et mandamus quatenus
captato die et tempore competenti ad predicta loca descendatis, Citatis partibus attendatis
ipsa loca granicies, scopulosque et signa ut in literis prefati olim Johannis
Europathrea Succamerarij terrae Lublinen. et districtus Lukowien. continentur et diligenter
examinetis et eis exinde partibus utrisque iustitiam pro eisdem mellificijs ministretis
videntes partium facultates sed solum deum et iustitiam precoculis habentes in quo
voluntatem nostram expressam exequamini. Datum in Lublin Sabbato festi Sancte Katherinae
Anno domini Millesimo quingentesimo terno, Regni vero nostri Secundo anno. Relatio
Venerabilis Johannis de Lasskij Custodis Gnezn. et Regni Poloniae Cancellarii. Cuiusdem
Nos parendo mandatis sue Serenitatis ad loca supranominata descendimus, granicies
et limites scopulosque vidimus et bene examinavimus, invenimus et mellificia eorum
[illegible] differentias et dissensiones inter sepefatas partes
[illegible] fuerant, ac partibus utrisque citatis et coram nobis comparentibus
[illegible] eadem mellificia esse post signa granicierum in bonis hereditarijs
ville Lazij prefatorum Nobilium iuxta continentiam literarum sepenominati
Johannis [illegible]pathrea Succamerarij Lublinen. Quarum literarum gramatim tenor
sequitur et est talis. Nos Johannes Europathrea de Lagowchow Succamerarius
terrae Lublinen. et districtus Lukowien. Significamus tenore presentium quibus
expedit universis et singulis presentibus et futuris horum notitiam habituris

Quod ex commissione Serenissimi domini Kazimiri Polonie Regis Magnique ducis Lith
wanie etc nobis in scripto sub eiusdem Serenitatis Sigillo porrecta cuius tenorem hic
presentibus ob prolixitatem inserere obmisimus duximus effectui cum cum ea erat
inter bona sue Serenitatis Regalia hoc est Lukow ex una cum villa Lazy
Nobilium videlicet Stanislai et Johannis partibus ex altera separaremus limi-
taremus et scopulis ac metis graminalibus ab invicem ~~separaremus~~ distingueremus consi-
quaque venimus et descendimus in campum et confinia hereditatum Lukow ex
una et Lazy ex altera ac Thurzerogi ex tercia partibus dictum vulgari
Thurzeblotho penes viam que transit de Lukow in Thurzerogi Judiciale sedem
in arbore facta alias Nablodzije et ipsas granicies inter hereditates prefatas
Lukow Regalem ex una et Lazy Nobilium Stanislai Viti et Johannis partibus
ex altera facere et signare volentes Comparens personaliter Nobilis Jacobus Skro-
nowsky burgrabius Lucovien. per Magnificum dominum Petrum de Szrzekocziny
Regni Polonie Vicecancellarium et Capitaneum Lukovien. missus conquerebatur alias
przyporoviadalszya super Nobiles Stanislaum Vitum et Johannem heredes de Lazy
quatenus aspiciens granicies et Jacobus ministerialis terrestris Lukovien. clamavit
primo secundo et tercio et ultra sub pena iuxta modum et consuetudinem terrestrem
et prefati Nobiles Stanislaus Vitus et Johannes comparuerunt Judicialiter volentes
attendere et audire iuramentum Capitanei Lukovien. et dominum quos produceret
prefatus ~~Capitaneus ex~~ Jacobus ex parte Capitanei produxit hos scilicet Nicolaum
purkrabiol Capitanei Mellisinoz Martinum Mijbog Andream Borkowsky Johannem
eius germanum Stanislaum Czara proconsulem et Florianum Civem de Lukow
cum quibus iuravit corporaliter solus Et prefati Nobiles Stanislaus Vitus et Johannes
consenserunt et admiserunt Juramentum ad eorum recognicionem et Graniciem
eundem primo et principaliter firmavit et fecerunt originalem et angularem scopulum
de terra erigendo penes aqua alias podlebrodu in dextra parte vie transeuntis
de Lukow in Thurzerogi inter ipsas hereditates angulares Lukow ex una
et Lazy ex alia et Thurzerogi a tercia partibus et ibi ministerialis clama-
bat primo secundo et tercio et ultra sub pena si quis contradiceret et nullus contradi-
cebat
Iterum ab eadem granicie et scopulo angulari isti scilicet transiverunt et duxerunt
versus [illegible] que exivit versus Thurzeblotho et venimus ad Silvam transivimus
per eandem alias [illegible] et ibi fecimus et sypavimus et fecimus scopulum graminalem
de terra erigendo ~~Iterum ab isto~~ iuxta Silvam alias Nawlesy Iterum ab eodem
Scopulo transiverunt penes eandem silvam usque versus ad montem et ibi in
monte alias [illegible] sypavimus et fecimus scopulum graminalem de terra
erigendo Iterum ab isto Scopulo iverunt per prata [illegible] recte monticulo
quod iacet inter bielam et inter Brodumbrzyram et ibi fecimus in eodem monte
Scopulum de terra erigendo penes quercum Iterum isti seniores ab isto Scopulo
iverunt ad Brodumbrzyrzy per quem directe [illegible] alias poprzeky iverunt per
fluviolum dictum Krzyna ad pratulum et ad silvam [illegible] ibi in isto sypavimus
Scopulum Et iterum ab isto Scopulo iverunt de pratulo usque versus villa Lazy et
ibi fecimus Scopulum penes ~~[illegible]~~ Semitam que vadit de Lazy in Lukow Iterum
ab eodem Scopulo recte iverunt ad quercum et ibi non longe a quercu fecimus
et sypavimus scopulum Iterum iverunt ab eodem scopulo recte ad [illegible] quercum et a
quercu recte per viam alias poprzegdrogy qua via vadit de Lazy in Lukow
iverunt recte ad quercum [illegible] alias [illegible] przezyworozny in qua fecimus [illegible]
instar crucis Iterum ab eadem quercu iverunt recte ad pinum [illegible]
ad instar crucis Iterum ab eadem pino iverunt per [illegible] [illegible]
recte per [illegible] et [illegible] ad montem alias [illegible] et ibi fecimus [illegible]
[illegible] Iterum ab eodem scopulo iverunt per eundem montem usque [illegible]
et pinum et ibi duximus et erravimus Scopulum quia ibi erat lapis [illegible]
pinum Iterum ab eodem lapide iverunt per [illegible] [illegible] alias [illegible]
et pertransiverunt quasi per tres partes [illegible] alias Jakobi [illegible]
[illegible] ibi comparuit Nobilis Johannes Czelathka personaliter heres de [illegible]

dixit nobis dn̄e Succamerarie stetis et non equitetis vltra hic iam vltra est
hereditas mea Krazniyza Nos stetimus et Iudicialiter sedimus. et prefati
Nobiles Stanislaus vitus et Johannes heredes de lazy fecerunt Iudicialiter cū
prefato Czelathko controuersiam Et iterum per nos ipam adhuc non
decisam composuerunt amicabiliter et coram nobis Iudicialiter sedentibus consen-
serunt in eosdem senes ambe partes quorumque ipi duxerunt firmiter
tenere et inuiolabiliter obseruare Et ibi fecerunt vltimum et finalem
Scopulum Granicialem inter Ciuitatem lukovo ex vna Regalem
et lazy ab alia partibus Iterum ab eadem finali et angulari
Granicie ipi senes duxerunt vltra per nemus et ibi in nemore
ministerialis clamabat primo secundo tercio et vltra sub pena si quis vellet
contradicere granicies et nullus contradixit fecimus et sepauimus
Scopulum primum granicialem inter hereditates Crazniyza p̄fati
Czelathko ex vna et lazy ex altera partibus Iterum ab eodem Scopulo
iuerunt recte vsque ad Byal et ibi pertranseundo Byal fecimus scopulum
penes viam que transit de lukovo in domaniyn in sinistra parte
Et vltra iuerunt via eadem domanska et stan duxerunt et recogno-
uerunt quod ipsorum Nobilium Stanislai viti et Johannis heredum de
lazy est per viam alias podraga eundo de lukovo in domaniyn in sinistra
parte et ipius Czelathko eundo eadem via in dextra parte vsque
granicies ville domaniyn Quas partes prefate eis consenserunt et admiserunt
et nos approbauimus et ratificauimus Quasquidem granicies ipe omnes partes
supradicte habebunt perpetue et inuiolabiliter obseruare sub vadio
Centum Marcarum Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testi-
monio literarum Actum et datum in Campo et via que transit ex
lukovo in domaniyn feria secunda die Rogacionum Anno domini Millesimo
quadringentesimo quadragesimo sexto presentibus ibidem Stanislao de doma-
scherowniyza Cubiculario nostro Johanne de Oszepaliyn Iudice Mathia de
domaschorowniyza Subiudice generalibus terrestribus lukoviensibus testibus ad premissa
Et alijs quampluribus circa premissa fidedignis Quibusquidem omnibus sic
vt prescriptum est reuisis examinatis et Inuentis prefata Millisina cum
quorum lis et controuersia agebatur, inuitem ex p̄fati Regie Maiestatis Commissione
prefatis Nobilibus heredibus de lazy perpetuo adiudicauimus et presentibus
adiudicamus prefatoque lite pro eisdem perpetuum silencium imposuimus et
imponimus vigore presencium mediante Harum quibus Sigilla nostra sunt
appensa testimonio literarum Actum et datum in Campo inter hereditates
dictas lukow oppidum bona Regalia et Campum Crasniyza ab vna
et hereditatem lazy ab alia partibus feria tercia proxima ante festum puri-
ficacionis gloriose virginis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo
quarto presentibus ibidem Nobilibus Iozeph Psonka de Szwiyza Iacobo Wydliyza
de domaschorowniyza Stanislao de Zaszcze et alijs quampluribus fidedignis
testibus ad premissa Itaque nos attendentes premissas literas esse iustas
ipsumque decretum et sentenciam in eis contenta iuridice fuisse lata peti-
cionibus prenotate heredes tamquam iustis annuentes eas de certa sciencia et
Auctoritate Regia nostra approbandum confirmandum et ratificandum duximus
approbauimusque confirmauimus et ratificauimus decernentes easdem literas
robur debite ac perpetue firmitatis obtinere In cuius rei testimonium presentibus
Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum Datum
in lublin feria sexta ipo die Sanctorum ffabiani et Sebastiani Anno
domini Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri quarto

Confirmacio libertatum ville Jedlna

Alexander etc. Significamus etc. Quod constituti personaliter coram nobis vniversi kme-
thones et incole ville nostre Jedlna exhibitis litteris infrascriptis libertatem et
certas prerogatiuas in se continentibus supplicarunt eas per nos propter maiorem
vigorem et certitudinem libertatum in eis scriptarum confirmari et innouari.
Earum sequitur tenor. Wladislaus dei gratia Rex Polonie Lithwanieque princeps
supremus et heres Russie etc. Cunctorum quibus expedit memorie commendamus
Quod cupientes vniuersos et singulos kmethones et incolas ville nostre Jedlna speciali
gratia preuenire vt a pressuris et angariis quibus idem plurimum grauati
fore dinoscuntur sub nostre Maiestatis felici regimine valeant vberius respirare
memoratos kmethones et incolas ville nostre Jedlna omnes et singulos ab omnibus
et singulis dacionibus contribucionibus exaccionibus vecturis angariis et precariis
garais et aliis quibuscunque solucionibus et laboribus quibuscunque nominibus censeantur rh.
absoluimus et perpetuo liberamus, de nostre celsitudinis gratia speciali excluso
duntaxat censu mellis quem nobis annis singulis soluere tenebuntur. Ad
labores quoque videlicet agrorum et pratorum more curie memoratam
villam nostram existencium eosdem kmethones iuxta consuetudinem ab antiquo habita
fore volumus obligatos. Et cum nos venacionis causa ad prefatam villam
nostram venire contigerit prenotati kmethones et incole ville nostre Jedlna
tena nostra ad loca venacionis deducere et reducere ligna quoque pro coquina nostra
et alias vbi nunc fuerit adducere sint astricti. Harum sub sigillo nostro testimonio
litterarum. Datum in Jedlna in crastino beati Thome apostoli Anno domini
Millesimo tricentesimo octuagesimo septimo. Nos itaque supplicacionibus eorundem
kmethonum fauorabiliter benigniter annuentes, litteras preinsertas in omnibus
earum clausulis condicionibus et articulis ac toto tenore confirmandas innouandas
et ratificandas duximus, ac de speciali gratia et sciencia Regiis nostris confir-
mamus innouamus et ratificamus decernentes eas debitam ac perpetue firmitatis
robur obtinere tenore presencium mediante. Harum quibus sigillum nostrum
est subappensum testimonio litterarum. Datum in Jedlna die dominica Conductus
pasce Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri anno quarto.

Conventionis Radomiensis que pro Conductu pasche Anno domini 1505 est instituta inscriptiones et acta sequuntur

Moratorie l(itte)re Johanis de Thorvy

vsp

Significamus etc. Quia famoso Johanne Szegersdorff cive et mercatore Thor-
niensi lugubriter nobis exponente intelleximus quod dum ipse iter de nun-
dinis Lublinensibus fecisset, omnibus bonis et aliis rebus suis scilicet pecuniis
curru et equis suis per grassatores viarum predatus est, semel scilicet pro pen-
tecostes anni proxime preteriti et deinde altera vice pro purificatione glo-
riosissime virginis Marie presentis anni sexti, sic quod vix solus discrimen
vite evaserat, Quo fit, ut exinde nonnulla apud certos creditores
debita contraxerit, qui libenter, uti accepimus, vellet, dummodo aliquantu-
las inducias pro creditoribus debitoribus suis et satisfacere obtinere posset
sub quibus et ad priores fortune status et meliorem conditionem perveniens, aut
cum ipsis creditoribus pro eisdem debitis componeret aut illis solveret
id quod debet. Itaque nos attendentes eum non prodigalitate et negligencia sed
adversis fortune flatibus in istas bonis suis deperisse ex certa de scientia gratia
et liberalitate nostra ex regia nostra libertatem et salvum conductum regni
nostri hinc ad unum annum decurrendum etc. ut supra in aliis consimilibus.
Datum in Radom feria quinta proxima ante Ambrosii 1505 Regni nostri anno quarto

Decretum pro nobilibus de Kyethlyn contra villae et hereditatis Sanniki

G F

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Dignitas regia etsi cuncta
inter subditos recte aut equiter gesta auctoritate sua firmare debeat tamen
ea que per iusticiam determinatum fuerint sigillis autenticis suis
ad perhennem rei geste memoriam communire et debet et consuevit.
Proinde nos Alexander dei gratia rex Polonie etc. significamus etc. Quo-
dam mota fuisset dudum coram nobis controversia inter nobiles Andream
et Dobeslaum germanos heredes in Kyethlyn ab una, ac proconsulem
et consules totamque communitatem opidi nostri Radomsciensis, occasione bonorum
scilicet hereditatis ville Sannyki inter prefatam Kyethlyn ipsorum nobilium
et opidum nostrum predictum Radomskye consistentis partibus ab altera,
cuius possessionem nobiles affirmabant ipsis per opidanos predictos vio-
lenter ademptam esse eademque ipsa controversia ad nos eandemdum
sepius per querelas deducebatur. Nos cum pro bonis agere nostris
in causis ipsis et nos(?) iusticiam ministrare cupiens partes ipsas ad nostram
presentiam citari primum mandaveramus ut cum privilegiis et literis
quecumque ad villam eam Sannyki se habere pretenderent coram nobis
comparuissent termino adveniente, tum altera parcium scilicet nobiles
sua produxerunt privilegia seque probaturos asseverunt quia in posses-
sione ville illius fuerunt tantisper donec opidani eam violenter
occupabant, cumque pars altera comparens allegaret villam esse opidi
nostri Radomskye hereditariam seque opidanos illius opidi in possessione
fuisse, extunc predictos per nos ad id in curia nostra datis audite parte
parcium propositis et responsis munimentis revisis et allegationibus eorum
cum diligencia receptis, cum certum in hac ipsa causa promulgare
nequimus decretum, decrevimusque per parte primum se possessione spoliata
conquerentem probandum id quod asseverarat. Tum hoc baronum

eius ad terram remiseramus et nostras litteras concesseramus. proba-
cione tandem facta erant per nobiles predictos exhibite nobis tam nostre
quam commissarii iudicis littere. cum peticione humili ut eas appro-
baremus decretumque et robur auctoritatis nostre illis apponeremus quarum
equidem litterarum sequuntur tenores. Alexander dei gracia Rex Polonie
magnusque dux Lithwanie Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus
tenore presencium quibus expedit universis. Quia orta existente differen-
cia inter nobiles et providos Andream et Dobeslaum germanos de Kys-
thlyn ex una et opidanos opidi nostri Radomskie partibus ex altera
racione ville deserte Sannyki inter opidum Radomskie et villam Kysth-
lyn site. ex qua differencia dicti opidanos de Radomskie hic ad
presenciam nostram citaverant. ad instanciam nobilium predictorum
et utrique parti mandaveramus litteras reposuisse in termino tandem
parte utraque comparente et sua privilegia ac munimenta exhibente
hos per medium certorum iudicum commissariorum in curia nostra ipsis
partibus datorum. cognita posicione privilegiorum et ex controver-
sia. auditis parcium proposicionibus et responsis decrevimus et decrevimus
presentibus. Ut predicti Andreas et Dobeslaus fratres de Kysthlyn debe-
rent coram iudicio Castri Siradiensis in terminis Castrensibus secundariis post
festum Circumcisionis domini proximum celebrandis iuxta consuetudi-
nem terre Siradiensis comprobare. Quia ipsi et eorum antecessores
fuerunt in ville predicte possessione ad illud usque tempus quo ipsi
oppidani de Radomskie eam ipsis vi adimebant. Commisimus tunc Ma-
gnifico Nicolao de Crusowanky pallatino Lubliniensi et Capitaneo
in absencia Vicecapitaneo seu Iudici Castri Siradiensis Mandavimusque
tunc. in terminis eisdem Castrensibus altera die post festum Circum-
cisionis domini celebrandis a testibus per eosdem fratres de Kysthlyn addu-
cendis possessionis ville predicte inducendis testimonia talia qualia
in terra ipsa Siradiensi de iure ad probandam possessionem recipi co-
nsueverunt. reciperet. quibus receptis in acta castrensia inscribi
mandaret Et si iuxta consuetudinem eiusdem terre eius probaverint
eosdem fratres de Kysthlyn in possessione eiusdem ville Sannyki co-
servaret tueretque et defendat. Si vero ipsi fratres istud non probaverint
extunc nobis rem gesti posicionem describat. Ut nos exinde id quod
iustum esset decerneremus. et tam pro proprietate ville quam pro gra-
minibus mandaremus quicquid iure agendum conveniret partibus
ante ipsum non secutura per gracia nostra. Datum Cracovie die dominico in festo
Sancti Thome apostoli Anno domini millesimoquingentesimoquinto
Regni que nostri quarto. Alterius litere vero Iudicis commissarii tenor. Nico-
Ecclesia vendicis Ioannis de Lassk et p Caire vii laus de Crusowanky pallatinus Lubliniensis Siradiensis et Schidloviensis Ca-
pitaneus Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus
et futuris horum noticiam habituris Quod generoso Ioanne Pszesky
Iudice nostro Castrensi commissario pro tunc iudicia nostra Castrensia Siradiensia
iudicante in eius et testium infrascriptorum presencia. Quemadmodum Sere-
nissimus princeps et dominus. dominus Alexander dei gracia Rex Polonie
dominus noster graciosissimus In causa nobilium Andree et Dobeslai he-
redum de Kysthlyn fratrum germanorum ab una et circum-
spectorum opidanorum totiusque communitatis de Radomskie opidi sui
ab altera partibus. Coram sua serenitate nuper Cracovie racione ville
deserte Sannyki. vertente. per medium certorum iudicum commissariorum

ad litem disentienda et controversiam parcium predictarum exorta
per Serenitatem Regiam deputatorum allegacionibus utrarumque parcium
hinc inde auditis et responsis munimentisque earundem protunc
reproductis recensitis diligenter et revisis decreverat Andree et Dobe-
slao predictis pro se et super possessione ville predicte nuncupate San-
myszki faciendam esse in iudicio Castren Siradien probacionem, quia
ipsi Andreas et Dobeslaus ab eorum predecessoribus ville predicte
Sanmyszki fuerunt in possessione pacifica ad hec usque tempora quo
ipsi oppidani de Radomskie eandem ipsis villam violenter adimebant,
prout latius in decreto ipsius Regie Maiestatis facto, coram nobis Castren
Siradien per eosdem Andream et Dobeslaum reproducto et ad acta Ca-
strensia inserto continetur. Tandem nobilibus predictis Andrea et
Dobeslao in termino prefixo comparentibus ipsi Andreas et Dobe-
slaus cum testibus sex nobilibus terrigenis [illegible] Joanne de Dobys-
zyn, Alberto de Barzkowycze, Nicolao de Kobylky, Joanne de Postolo
Nicolao de Brzukoszice et Martino de Szczpanowycze iuramentum
corporale prestiterunt iuxta vim et formam pro se et super predicta posses-
sione ville ipsorum prefate Sanmyszki et ut debuerunt probaverunt
iuxta decretum desuper latum ipsius Regie Maiestatis, prout semper
fuerunt in possessione pacifica ville eiusdem et hereditatis Sanmyszki
ab antecessoribus suis ad hec usque tempora, quo villa ipsam pre-
fati oppidani ipsis non iure aliquo sed violenter adimebant et
pro se usurpabant. Quibusquidem nobilibus Andree et Dobeslao
post eorum sufficientem factam probacionem sentencia iuridica me-
diante et Regie Maiestatis decreti desuper lati vigore iudiciique Ca-
stren auctoritate tamen ville predicte deserte et hereditatis Sanmyszki
nuncupate penes oppidum Radomskie consistente pro qua tunc materia
questionis vertebatur omnia possessio pacificaque et perpetua adiu-
dicatur et est decreta per iudicium Castren iure irrevocabili tenenda
et habenda ita prout predicta hereditas in suis metis et granicieb[us]
est ab antiquo limitata. Ipsisque oppidanis predictis in termino per-
dicto concitato et prefixo non comparentibus pro villa eadem et he-
reditate perpetuum imponitur silencium per iudicium. Qui oppidani
predicti primo, secundo, tercio et quarto ex superhabundanti clamati
non paruerunt super quo prefati Andreas et Dobeslaus posuerunt
memoriale. Qui cives in eadem possessione ipsos Andream et Dobeslau-
m non debent impedire sub pena Regali quatuordecim marcarum. In
cuius rei testimonium et meliorem fidem sigillum nostrum presentibus
est subappensum. Actum et datum in Castro Siradien feria secunda
proxima post festum Conversionis Sancti Pauli Anno domini mille-
simoquingentesimoquinto presentibus ibidem generosis et nobilibus
Vincencio de Charthlupye Succamerario, Nicolao de Komolya
notario terre Siradien, Joanne Pyskarsky, Jacobo Zywyszky, Martino
Thomisławsky et Joanne Korzynsky et aliis quampluribus fidedi-
gnis ac honore testibus circa premissa. Unde nos quemadmodum
omnia et singula premissa de consilio consiliariorum nostrorum nobiscum
tunc existencium uti predicta decreveramus, sic nunc earum
peticionibus dictorum nobilium humilibus acclinati litteras prescriptas
et omnia in eis contenta in omnibus earum punctis, condicionibus
et clausulis de certa nostra sciencia et consilio consiliariorum nostrorum

+ cora nobil[ibus] [illegible]

nobiscum hic censuerimus duximus roborand confirmand et ap-
probandum roboravimusque confirmavimus et approbavimus decernen ro-
bur firmitate perpetue obtinere In cuius rei testimonium sigillum
nostrum presentibus est subappensum Actum in conventione Radomien
generali feria tercia proxima post festum Sancti Ambrosij Anno domini
millesimoquingentesimoquinto Regni nostri anno quinto . presentibus Re-
verendissimo et Reverendis in christo patribus dominis Nicolao Ma-
gnifficis Venerabilibus et Generosis Andrea Archiepiscopo Gneznen et
primate . Joanne Crac . Vincentio Wladislavien et Joanne Pozn
Ecclesiarum episcopis Spithcone de Jaroslaw Castellano Crac . Joanne de
Tarnow Sandomirien Nicolao Kardzina de Lubrancz . Calissien
Petro Myszkowsky de Mirow Lancicien . Nicolao de Crzyzanowski
Lublinen et Joanne de Tarnow Russie . pallatinis Joanne de
Przerambi Siradien . Petro Schaffraniecz de Pieschkowaskala Woj-
nicien Jacobo Szydlowski Woynicien Castellanis . Joanne de Lassko
Custode Gneznen et Regni nostri Cancellario . Jacobo de Schydlowiecz
Thezaurario Regni eiusdem . ~~Nicolao de Kurthowski Custode plocen~~
~~et Alberto Gorski Scolastico Wladislavien Secretariis nostris~~ et aliis
quamplurimis Consiliariis et Curiensibus nostris fidedignis testibus
ad premissa circa ea fidelibus nostris dilectis . Datum per manus
eiusdem Venerabilis Joannis de Lassko Regni nostri Cancellarii
sincere nobis dilecti .

+ per pntes

+ Janussio Lyaczhalsky Gneznensi et Petro Gorski Commentario Wschowien et Nakien

libertas virginum hedwigis et Catherine ozep a bellica expedicione usque ad tempus maritandi

Alexander etc

Significamus tenore presencium etc Quia nonnullas Nobilium virginum hedwigis
et katherine filiarum olim Nobilis Dobeslai Ozep de Zabrzezie peticionibus permoti
quoniam earum sexus paupertatis et orphanitatis condicionem attendentes harum intuitu
de speciali gratia ac clementia Regiis nostris de consilio que consiliariorum nostrorum easdem virgi-
nes hedwigim et katherinam germanas ab omni Expeditione bellica ex quacunque
causa et contra quoscunque hostes Regni nostri instituta et instituenda quam de bonis
quecunque in opido nostro Bialya in Terra Cracovien sitto debent tenenturque sitto
absolvendum eximendum et liberandum duximus Absolvimusque eximimus et libe-
ramus presentibus tamdiu quamdiu utraque illarum marito non nupserit maritum vero
utriusque earum ad ipsam expeditionem bellicam volumus esse obligatum Quocirca
vobis omnibus et singulis dignitariis et officialibus Regni nostri presentibus [illegible]
Rarum bellice Expeditionem presidendum Mandamus quatenus prefatas duas virgines
occasione huiusmodi expeditionis bellice non inquietetis nec inquietari permittatis
usque quo maritis fuerint copulate Aliter non facturi pro gratia nostra [illegible]
Conventionis generalis Radomien feria sexta ante Tiburcij Anno domini 15[illegible]

vp

Arnoldus de Francza Castellanus Culmen. a cautione fideiussoria liberatus

Alexander etc.

Significamus etc. Ex quod cum diebus proxime preteritis superioribus Generosus Arnoldus de Francza Castellanus Culmen. in terris nostris Prussie per Magnificum Ambrosium de Pampow palatinum Siradien. et Capitaneum Mariemborgen. primum ex voto subditorum nostrorum Prussie captus postea ad mandatum nostrum in cautione fideiussoria ad nos hic in conventionem generalem missus fuisset Tandem quod coram nobis et universis Regni nostri Consiliariis in presentia etiam Generosi et famosorum Sewilla Capitanei Goluben. ac Johannis Lichtenhayn Civis Thoruniensis et Henrici Kynelinger licentiati in decretis ex parte tocius terre nostre Prussie ad nos ad presentem Regni conventionem generalem destinatorum personaliter comparens paratum se exiberet velud homo possessionatus et Consiliarius noster ad respondendum in iure si quis esset qui eum culparet aut ex eo iusticiam peteret Ex quo cum nullus ei contradiceret neque eum culparet Nos de consilio Consiliariorum nostrorum universorum hic nobiscum existentium eundem Arnoldum et Nobiles Johannem Gueth Advocatum Mariemborgen. Mathiam de Modlibogicze Jacobum de Zakrzow et Nicolaum de Cossow qui pro eodem quod hic compareret fideiusserunt ab eadem captivitate et a termino ex cautione prefixo liberum fecimus et fideiussores predictos suos de cautione prefata permittimus liberos Ita tamen quod ipse Arnoldus Castellanus si cuipiam videbitur esse obnoxius se coram nobis tanquam homo possessionatus et Consiliarius noster debebit iustificare harum etc. cui sigillum subappensum Datum in Conventione generali Radomien. Sabbato ante festum Sancti Tiburcii Anno domini millesimoquingentesimoquinto

Merces rapte Grodziczki extimate

Alexander dei gratia etc.

Significamus etc. Quia famosus Johannes Grodziczki Consul Poznanien. constitutus personaliter coram famosis Preconsule et ceteris Consulibus Civitatis eiusdem nostre Poznanien. medio corporali iuramento recognovit quia dum superioribus diebus bona et merces sue de Gedano versus Poznaniam veherentur in via publica haud procul ab oppido nostro Pinczhola per expilatores viarum fuere sibi rapta et ablata que ipse sic ut prefertur rapta extimavit sic valuisse et valorem habuisse verum ac iustum et procul dubio in summam quingentorum ~~sexaginta~~ septuaginta et unius florenorum hungaricalium Quam quidem recognitionem ad notitiam omnium quorum interest deducimus tenore presentium mediante litterarum quibus etc. est subimpressum Datum in Conventione generali feria Tertia post festum Sancti Tiburcii Anno domini millesimoquingentesimoquinto etc.

Alexander etc.

Significamus tenore presentium quibus etc. Quia habita racione non solum paupertatis et miserabilis condicionis in quam honesta Barbara Dorzwondwa consors providi Nicolai Dorzwon civis Lublinensis inciderat circa Tartariam rapta existens et a libertate sese redimendo summas pecuniarum alias debitarum apud creditores contraxit exsolvere quas non sufficit Et non minus peticionibus consiliariorum nostrorum pro ipsa nobis porrectis permoti volentes igitur sibi gratiam nostram libertate ad solvenda debita subvenire sibi de innata nobis benignitate contribucionem seu daciam czopowe a quovis liquore per eam braxando seu propinando nobis debenda duximus dimittendam dimittimusque ac eam de solucione dicte contribucionis liberamus per presentes hinc usque ad unius anni decursum Itaque vobis capitaneo proconsuli et consulibus civitatis nostre Lublinensis ac aliis omnibus quibus interest precipimus mandantes quatenus eandem Barbaram in hac libertate nostra conservetis et conservari faciatis contribucionem quam ipsam ab eadem exigatis aut eiusdem occasione eam arrestare seu depactare non presumatis ad decursum temporis suprascripti aliud quam non facturi pro gratia nostra harum etc. Datum in conventione generali Radomiensi feria tercia proxima post festum Sancti Tiburcii Anno domini Millesimoquingentesimo quinto

Consensus ad commutacionem Ade Przeskowski

In nomine domini amen Tametsi Regum et quorumvis principantium auctoritas ea que de innata virtute et munificencia sua pro commoditate subditorum suorum concedit perpetuare consueverit tamen potissimum illa perhennare debet que confert in eos qui de se et de republica bene meriti constat Proinde nos Alexander dei gratia Rex Polonie Magnusdux Lithuanie necnon Terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Russie Prussie Culmensis Elbingensis Pomeranie etc. dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quia intelligentes commutacionem bonorum infrascriptorum inter venerabilem Adam Przeskowski canonicum Chelmensem et plebanum Radomiensem notarium nostrum et sortem suam quam habet in villa Koslaskowo ex una et Nobiles Petrum Zakrzewski et Elizabeth coniuges ac bona eorum Duchowo in districtu Sochaczowiensi sita partibus ex altera hinc inde factam per quam commutacionem pars una alteri sua predicta bona terrestria pro terrestribus bona pro bonis dando commutaverunt et resignarunt Itaque quoniam fortasse bona feodalia pro ...

nostra essent Quibus eius petitionibus dicti Adam notarii nostri annuentes ad commutationem
predictam consensum nostrum consentimus quoque tenore presencium mediante inperpetuum decernentes bona
prefata Dzuchowo per ipsum Adam et ipsius legittimos successores bona vero seu sortem
in villa Rostaskowo per ipsos Petrum et Elizabeth coniuges et ipsorum legittimos successores
iuxta vim et condiciones iuris feodalis ac inscriptionum et commutacionum predictarum tenendum
habendum et possidendum que omnia predicta decernimus robur perpetue firmitatis
obtinere iuribus nostris ad nos ratione feudi in ibi pertinentibus per omnia semper salvis
In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Actum in conventione
generali Radomien feria quarta post festum Sancti Ambrosii Anno domini millesimo
quingentesimoquinto Regni nostri Anno quarto presentibus Reverendissimo et Reverendis in Christo
patribus dominis Andrea Rosa Archiepiscopo Gneznen et primate Johanne Cracovien Vincentio
Wladislavien et Johanne Poznanien Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis venerabilibus et Generosis
Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracovien Johanne de Tarnow Sandomirien Nicolao Gar-
dzina de Ludbrancz Calissien Petro Myschowsky de Mirow Lanciczien Nicolao de Cuczg-
warky Lublinen Johanne de Tarnow Russie : palatinis Johanne de Przeramb
Siradien Jacobo de Dzyekliski Wyzigen Petro Schafranyecz de Pieschkowaskala Wisli-
czien et Capitaneo Radomien Martino Slothnigki de Koguria Zawichostien Castellanis
Johanne de Lasko Cancellario et Jacobo de Schydlowyecz Thezaurario Regni nostri
Alberto Gorsky Scolastico Wladislavien et Nicolao de Karthmiki Custode Plocen Ecclesiarum
Secretariis nostris Stanislao Langkorunsky Subpincerna Stanislao de Kazanowo
Subpincerna Succamerario Lublinen et Subiudice Sandomirien Petro Chlewyensky
vexillifero Cracovien Ceterisque dignitariis officialibus baronibus et curiensibus nostris testibus
fidedignis ad premissa sincere et fidelibus dilectis Datum per manus venerabilis
eiusdem Johannis de Lasko Ecclesie Gneznen et Regni Polonie Cancellarii sincere nobis
dilecti

: Prandotha de Thrg- / lanna Karven

Consensus super Rzczinol Jeronimo de Lazemeze

V[illegible]

Alexander dei gratia rex Significamus tenore presencium etc. Quia postquam certa plura
iura super Generoso Jacobo Duroin Tenutario bonorum nostrorum Regalium videlicet opidi
Rzizinol per Generosum Jeronimum de Lazemzze obtenta nobis exhiberentur sunt
suaque petitio pro parte dicti Jeronimi porrecta erat nobis ut consensum nostrum Regium
super intromissionem eorundem bonorum nostrorum Rzizinol vigore huiusmodi perlucrorum
prefato Jeronimo dandum concederemus Nos itaque peticionibus pro eodem Jeronimo oblatis
annuentes de speciali gracia et scientia Regiis nostris consensum nostrum in premissis dandum
et donandum duximus damusque et donamus presentibus Ita tamen quod summa pecuniarum huiusmodi
perlucrorum non sit maior summis pecuniarum in eisdem bonis nostris iuste et legittime
inscriptarum decernentes per ipsum Jeronimum et suos legittimos successores predicta
bona Rzizinol seu partem eorum prefatum Jacobum ~~pertinentes~~ contenentem

iuxta vim et continentiam originalium inscriptionum desuper per antecessores nostros
concessarum tenendam habendam possidendam et utifruendam pacifice usque ad exolutionem
pecuniarum in eisdem literis iuste descriptarum prefato Jeronimo et suis successoribus
per nos vel successores nostros aut per ipsum Jacobum Dunin et successores ipsius fa-
ciendam Quo facto extunc possessio eorumque bonorum Rugirowl sive tertie sortis eorum
dictum Jacobum concernentis ad nos et successores nostros si nos redimerimus vel ad
ipsum Jacobum et successores ipsius si ipsi exemerint revertetur pleno Iure Iuribus
nostris salvis remanentibus harum quibus etc. Dat in conventione generali Radomien
Sabbato ante Tiburtii proximo Anno domini millesimoquingentesimo quinto

De villis Cobilniicza et Cochowo Monasterii Czirwen erectio oppidi

Cassate in hoc loco inferius vero folio abhinc XCII in sufficientiori
forma sub eadem data et hisdem testibus extradite sunt

V. infer: fol: 246.

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam omnes humani generis actiones
quemadmodum sub tempore sunt sic per temporum momenta defluunt nisi vigore humanis
presertim vero literarum apicibus perhennata immortales posteritati relinquatur Proinde
Nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus tenore etc. Quia nomine venerabilis
et Religiosi Ambrosii Abbatis et totius Conventus Monasterii sancte Marie in Czirwensko
ordinis Sancti Augustini Canonicorum Regularium supplicatum erat nobis humiliter ut de
villis ipsius et Conventus sui videlicet Cobilniiqa et Cochowo in districtu Radomien sitis
per divos olim Polonie Reges predecessores nostros predicto monasterio donatis oppidum novum
Locandi erigendi que ei concederemus quemadmodum super id certum coram nobis privilegium
per Serenissimum dominum Cazimirum Regem predecessorem nostrum constat concessum fuisse quod
tamen per quendam negligentiam non erat usque eo suum debitum consecutum effectum Itaque Nos
de Consilio Consiliariorum nostrorum Abbatis prodicti petitionibus annuentes de certa scientia et
deliberatione Regiis nostris predictis Abbati et Conventui in Czirwensko de villis eorum
predictis Cobilniiqa et Cochowo oppidum novum nomine alterius villarum alterius pre-
dictarum videlicet Cochowo perpetuo nuncupandum erigendi et Locandi admisimus concessimus
et super id presens privilegium nostrum dedimus admittimus que concedimus et damus
presentibus Quapropter oppidum illud Cochowo in suis limitibus et granitiebus de Iure
Polonico et quovis alio in Ius Theutunicum quod Maidburgen. dicitur transponimus et
transferimus tenore presentium mediante temporibus perpetuis duraturis ~~[illegible]~~
Removen ibidem omnia et singula Iura Polonica modos et consuetudines universas que ipsum
Ius Theutunicum impedire et perturbare quomodolibet possent in futurum absolvimus insuper
et Libertamus omnes et singulos dicti oppidi incolas ab omni Iurisdictione et potestate omnium
et singulorum palatinorum Castellanorum Capitaneorum Iudicum Subiudicum et aliorum ter-
riorum officialium que Regni nostri ut coram eis aut eorum aliquo ad instantiam quarumvis
personarum pro causis tam magnis quam parvis puta furti incendii homicidii

membrorum mutilacionis verberacionis et aliis quibusvis enormibus excessibus iusti:
bus et delictis citati comparere respondere aut aliquas penas exolvere minime
tenebuntur sed dumtaxat dicti opidi incole coram advocato suo pro tempore existenti
pro omnibus causis predictis ac aliis quibusvis iuxta consuetudinem eiusdem Iuris Theu:
thunici. Advocatus vero iure tamen ipso Theuthunico et non aliis pro maiis et iniusti:
ciis suis quorum prefato abbati et suis successoribus citatus respondere tenebitur
Cui advocato in causis predictis Criminalibus omnibus et aliis in metis dicti opidi
existen et movendis plenam iudicandi diffiniendi corrigendi plectendi et sentenciandi
damus facultatem prout hoc ipsum Ius Theuthonicum in omnibus suis punctis articulis
et condicionibus postulat et requirit. Preterea volentes ut huiusmodi opidum condicione
habeat meliorem in ipso fora Annalia pro festivitatibus Sanctorum Mathie Apostoli Assum:
cionis gloriosissime virginis marie et Elizabeth singulis annis perpetuo duratu:
ra et forum Septimanale qualibet feria Tercia instituimus per presentes absque tamen preiu:
dicio Civitatum et opidorum Regni nostri fora predicta tenenda habenda servanda et
exercenda dantes omnimodam facultatem universis hominibus vectoribus negocia
toribus mercatoribus et institoribus in opido eodem diebus fororum predictorum nego:
ciandi mercandi forisandi emendi vendendi res pro rebus commutandi et alia mer
catorie et negociacionis officia pro arbitrio agendi exercendi et perficiendi id quod habere
volentes et ~~prope~~ presentis scripti patrocinio decernen ut omnes et singuli homines
ad prefatum opidum Cochowo pro diebus Quinlgt feri predicti mercatum venientes ac
redeuntes nostra Successorumque nostrorum potiantur omnimoda securitate nisi tales sint
quos iura non tueantur et ~~quibus~~ merito consortia fidedignorum denegantur Que omnia
premissa decernimus robur perpetue firmitatis obtinere temporibus perpetuis in cuius
rei testimonium Sigillum nostrum est subappensum Datum in Convencione generali Radomien
feria quarta proxima post festum Sancti Tiburcii Anno domini millesimoquingentesimo quinto
Presentibus prescriptis et ut proxime supra testibus

Libertas opidi Cochowo ad decem anos

Vperif:

Alexander dei gracia rex

Significamus tenore presencium etc. Quia cupien ut ad opidum Cochowo venerabilis et
Religiosi Ambrosii Abbatis Monasterii Sancte Marie in Gzrwonensko ordinis Sancti
augustini Canonicorum Regularium et sui conventus hereditarium in Terra Radomien sitt
frequencia hominum pro eius illius possessione celerius confluat decernimus universis et singulis
incolis opidi illius cuiuscumque status condicionis et sexus existen libertatem nostram
ab omnibus exaccionibus theloneis censibus daciis contribucionibus quibusvis quocumque
nomine tacitis nunc et in futurum pro nostra et reipublice necessitatibus institutis et

et instituendis hinc ad decem annorum decursum dandam et donanda prout damus et donamus presentibus vniuersis Exactoribus et subditis nostris mandan[tes] vt presentem libertatem eisdem opidanis de Lelow teneant et obseruent harum quibus est subimpressum Datum in conuentione generali Radomien feria quinta post festum Sancti Tiburcij Anno domini millesimoquingentesimo quinto

Antonio Italico libertas sequendi Curiam

Alexander etc

Significamus etc Quia prouido Antonio Italico Gemmen Poznanie moranti dedimus Licentiam veniendi ad Curiam nostram sequendi que eandem quotiens commode potuerit aut voluerit cum pannis Sericeis et reliquis mercibus cuiuscumque maneriei existant Libere easque exponendi vendendi damus que et concedimus per presentes vobis omnibus et singulis subditis Regni nostri ad quorum notitiam hec peruenerint mandan[tes] quatenus prefato Antonio Italico vbi ad Curiam nostram cum mercibus suis transeunti Liberum prebeatis transitum ipsum que quouis modo impedire non audeatis Iuribus theloneorum et gabellarum consuetis saluis - Aliter que facere non ausuri pro gratia nostra habere vt Datum in conuentione generali Radomien feria quarta post festum sancti Tiburcij Anno domini millesimo quingentesimo quinto

Lukow super pretorium et institas artificum concessio

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Quamuis munificentie et liberalitatis Regie munus esset cum de innata sua clementia vniuersis fidelibus suis gratiam plexere sue impenderit Illud tamen clementius gloriosius que creditur esse verisimiliter dum hijs qui communiter viuunt et Legibus reguntur vnitatis aliquid quo status communitatis eorundem haberet meliorem ex intuitu ad Regiam seu ducalem pertinente dignitatem conditum perpetuo duraturum Proinde nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc Significamus etc Quomodo animaduertentes nimiam opidi nostri Lukow inopiam Ex hec presertim pressuram Ex nimias pro prebendis nostris fecerent impensas Sed ne opidi illius inopie subueniret et vt mole eius donationibus nostris aditum meliorem temporis successu asseruarentur conditionem prouidere cupientes Ipsis de speciali gratia Liberalitate et munificentia Regijs nostris pretorium in medio circuli opidi prefati Lukow de nouo erigendi fundandi et Locandi consentimus et admisimus consentimus que et admittimus tenore presentium mediante dantes eis omnimodam facultatem in eodem pretorio omnes actiones tam publicas quam ad Ius Ciuile spectantes agendi tractandi et perficiendi Sic vt aliorum Regni nostri opidorum fuerit consuetudo Cuius opidi Lukow Proconsuli Consulibus et vniuersis incolis nunc et in futurum existentibus donamus que eadem pretorium domum gratuitam seu Liberam pro communi opidi illius Lukow vtilitate et commodo habitatione

Locandi et statuendi per ipsos cum omni utilitate et proventu bim cum omni iure
et proprietate habendam et ad usus eorum nostro accedente consensu convertendam decernentes
quod in eadem statera seu libra ad eam ex communi civitatum consuetudine pertinentia
librari ponderari que debeant quecunque ad fora opidi illius pro tempore deferuntur
aut in districtu illo venales essent ad libram de iure communi spectantia. Insuper damus
donamus quod in illa ipsa domo pretorii parmitensium erit cameras pistorum et sutorum
quantum necessitas fuerit pari modo cum omni utilitate et proventu cum omnique iure
et proprietate erigendi locandi et statuendi ac habendi easque pro meliori comodo
opidi predicti ut melius eis videbitur ordinandi et constituendi. Ita tamen quod premissa omnia
nemini ius potius habenti preiudicium in aliquo paritura essent. Que quidem omnia
et singula premissa robur perpetue firmitatis obtinere decrevimus tenore presentium
mediante. In cuius rei testimonium etc. Actum in conventione generali Radomiensi feria
quarta proxima post festum Sancti Tiburcii Anno domini millesimoquingentesimoquinto
presentibus R^mo et R^dis ut proxime supra

Decretum opidi Kaczansch ratione census

Alexander dei gratia etc.

Significamus tenore presentium etc. Quia constitutus personaliter coram nobis venerabilis
Nicolaus de Barthnyki custos ecclesie plocensis et secretarius noster in causa infrascripta
superiori tempore commissarius per nos deputatus nomine reliquorum collegarum suorum Ma-
gnifici et Generosorum Nicolai de Crzynsko palatini plocensis Jacobi Laschewski Ra-
czansis Johannis Lach de Kyrmnyki Sieprczensis Castellanorum eadem in re per nos de-
putatorum palam et publice recognovit. Quia controversia que inter venerabilem Nicolaum
de Cossobudi cancellarium ecclesie plocensis et tenutarium opidi nostri Raczasch ex una ac pre-
consulem et consules totamque communitatem prefati opidi partibus ab altera occasione
certorum censuum annuorum iam pridem orta fuit decreverunt diffinierunt et determinave-
runt hunc in modum qui sequitur. Quia idem commissarii nostri suprascripti feria tertia
in crastino Epiphaniarum Anno nunc currentis videlicet millesimoquingentesimoquinto convenientes
ad dictum opidum Raczasch vigore commissionis nostre vocatis partibus ad sui presentiam
suprascriptis exauditis quoque earum propositis et responsis ac litteris et privilegiis super eadem
controversia visis ac debite recensitis singulariter vero recognitum per ipsos opidanos
ea in re tulerunt decreverunt. Quia quemadmodum prefati opidani post mortem olim
divis Anne et ex contractu per eandem dominam ab ipsis opidanis facto et inito temporibus
divorum olim Kazimiri et Johannis Alberti regum Polonie genitoris et germani
antecessorum nostrorum census et alias obventiones solvere consueverant. Sic et in-
presentiarum solvere debent et tenebuntur tempore tenute dicti Nicolai can-
cellarii prout in diem querele in dicta consuetudine et solutione libere per-
severabant. Prefatus ergo Nicolaus Cossobudzki dictos opidanos Raczasschen

iuxta contractum cum eisdem opidanis per olim ducem Anna factum ac iuxta consuetudinem post hac per ipsos opidanos in solvendo censum quadragita sexage: narum hactenus observatam et in aliis libertatibus ibidem descriptis debebit et tenebitur conservare Item pascua communia non nocendo pratis Item piscationes inte: rius molendinum libere permittere tamdiu quamdiu hoc ipsum opidum tenuerit habuerit et possederit postea quam autem dictum opidum per Regiam Mtem redemptum fuerit extunc liberum erit dictis opidanis ad Jus antiquum ducis Semoviti et consuetudines antiquas redire iuxta confirmationem eisque opidanis concessam Nos itaque non solum visis litteris huiusmodi decreti per suprascriptos commissarios lati sigillo Terrestri Terre Plozen: consignatis sed etiam opidanis ipsis coram nobis hoc personaliter comparentibus et huiusmodi decretum non impugnantibus Illud Approbavimus et approbamus gratum habentes et firmum decernentes quod ipsum debite firmitatis robur obtinere tenore presentium mediante harum etc Datum in conventione generali Radomien feria sexta in die Sancti Valeriani Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni nostri Anno quarto

Privilegium Advocatie in Pobiedzijsska

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Auctoritas principum sive re: gum robur innovando sine sua que pro tempore constituit consilia decet ut in perpetuo duratura conservet et debet litterarum apicibus commendare perhennium. Proinde Nos Alexander deigratia Rex Polonie Magnusdux etc. Significamus tenore etc Quia dudum privilegio privilegii advocatie in opido nostro Pobiedzijska diu amissum esset. pro eodem quod dum alias per advo: catum infrascriptum innovatio apud nos peteretur. certa tandem ex mideratione quorundam Latium agrarum et limitum inter bona partium infrascriptarum. videlicet inter nobiles Albertum Cowalskij Advocatum opidi eiusdem nostri Pobiedzijska. ex una et inter Andream Prandzen: skij partibus ex altera. controversia coram nobis orta fuit. Sic quia ipso Alberto Cowalskij a nobis petente. ut sibi secundum copiam quam coram exibens. veram asserebat. privilegii innovationem dare dignaremur. ex adverso prefatus Prandzenskij ipsam copiam allegabat fuisse falsam. Asserens quod alia vera copia originalis privilegii esset in libro civili dicti opidi Pobiedzijska. Alberto Cowalskij prominente se ad probandum illam quam offerebat veram et originalis privilegii advocatie sue esse copiam et non ipsam que in libro civili consistit referente. Propterea quod a nobis commissarios ea in re deputari petente. Itaque nos volentes id quod iustum fuisset in premissis decernere et cum ex consiliariis nostris istius rei negotium discernere. commiseramus. et librum civilem sigillatum in quo copia originalis privilegii fuisse asserebatur in presentem conventionem afferri iusseramus. Terminum quoque utrique parti suprascripte prescripseramus prefixeramus. Hic ergo postea quam prefatus Albertus Cowalsky in termino prefixo in absentia partis alterius coram nobis et consiliariis nostris personaliter consisterentur. et copiam quam ante exibebat sigillis commissariorum predictorum munitam et librum civilem sigillatum

Alteram in se copiam continente, reproducens: pecijt secundum veriore illarum
sibi inueniri, decerni et dari priuilegium. Et prima visa copia in libro et diligenter
auscultata eam falsam reperimus. Copiam vero sigillis Consulariorum obsignatam
et per sex testes iuramentis corporalibus probatam veram et originalis priuilegij
fuisse comperimus. Cuius sequitur tenor. In nomine domini amen. Decurrentis
temporum longa cum distantia, delabentis ea que in his aguntur sepius veniunt
in obliuionem, nisi annotata fuerint apicibus literarum et testium subscriptione.
Nouerint igitur tam presentes quam futuri presens scriptum intuentes, quod Przemisl
dei gratia dux poloniae maioris notum esse facimus presentem paginam inspecturis
Et de consensu karorum nostrorum in ciuitate nostra que pobiedziska vulgariter
nuncupatur, Aduocatiam imperpetuum vendidimus pro quatuor centis marcarum
argenti vsualis Johanni quam petrus sororinus illius quondam aduocatus in
iam dicta Ciuitate possidebat. Quam Aduocatiam videlicet vxor petri dicti et omnes
eius amici post mortem illius in manus nostras resignarunt. Nos vero dicto
Johanni et sue posteritati omnem libertatem et Jus in causa Aduocatia, hoc est
tam a bello, quam ab omni seruitio, et ab omnibus dationibus vulgariter od scho:
sthow, et generaliter ab omnibus solutionibus inter Ciues vulgariter od porambkow
et alijs omnibus impedimentis seu impedire volentis ei promisimus obseruare
adiungentes sibi quatuor mansos duos possessionatos de quibus mole sibi debent
censuare super quolibet festum sancti martini gloriosi confessoris fertonem
Argenti vsualis bene ponderati et quatuor mensuras Siliginis, quatuor
Tritici et quatuor auene superfluae mensuratae, et alios duos in alodium ipsius
Cum mansi tres iacent post arcam ipsius, hoc est penes viam Cothlowka vsque ad
viam Costrzynka, tam late et longe vsque ad graniciem pradno, et hoc cum omnibus
attinentijs rubetis pratis siluis borris Gajis, et cum lacu qui ibidem iacet
penes granicie pradno, in fine eorundem mansorum, qui vocatur przadzowik et
quartum mansum qui iacet inter mansos Ciuium, qui mansi a diuturnis temporibus
sunt liberi a decimis et alijs omnibus solutionibus. Et nos eos imperpetuum liberos
vendimus, adijcimus etiam sibi omnimode et dominio nostro confirmamus,
nostro Aduocato Johanni et suis posteris, quod omne iudicium in Ciuitate pobiedziska
cuiuscunque casus se obtulerit tale audacter iudicet in domo sua cum suis Sca:
binis ab ipso electis, quos semper eligere debet secundum placitum ipsius videlicet
secundumque quelibet causa et casus cuiuslibet malefitij exigit talem penam inferat
nostra functus auctoritate. Casus vero qui possunt in supradicta Ciuitate eve
nire, sicut esset furtum, homicidium, sacrilegium, incendium, vulneratio gladij, cutelli
et baculorum. Supradictus Aduocatus cum suis posteris tales malefitios deprehe
hendat et iudicet cum suis scabinis nulli iudicium deferendo, sed ipse audacter
secundum quod sibi videbitur et suis scabinis penam imponat de quolibet casu pro
ut sibi videbitur expedire de his iudicijs et de alijs quibuscunque nobis

cedant duo denarii et Advocato supranominato et suis posteris tercius denarius
cedat sicut est Jus Theuthunicum statutum. Adiungimus etiam sibi omnem solucionem
Juramentorum alias przyssnasthye. et tinghy indurati tercium denarium hoc est vadiorum
et omnium aliarum penarum quecumque in hac Civitate pobyedziska sequentur. Similiter
et Tercium denarium quod vulgariter podworowe nuncupatur. et tercium denarium Juris
Civitatis alias wnyeszkeprawa. Adiungimus etiam sibi domum in Civitate penes platea
que vocatur Thkaczkawlicza. Adiungimus etiam sibi molendinum in flumine Glowna
inferius nostri molendini. et cum ipsius stagno et quodcumque potest manus construere
construat et cum duobus ortis penes molendinum iacen. imperpetuum pacifice et
quiete possideat. Adiungimus etiam sibi quatuor macellas carnificum de quibus sibi
censuare debent. pro quolibet festo Sancti martini. per quinque Lapides sepi de quolibet
per se: omnia pascua que ad nos et ad Nostram dominacionem pertinent circa seped:
ictam Civitatem cum puerctto ad pascendum scrophas et pecora. prefate contulimus
Civitati. In cuius rei testimonium et firmitate presens scriptum fecimus nostri sigilli
munimine roborari. Datum in pobyedziska in die purificacionis marie Anno domini
millesimoducentesimoquinquagesimooctavo presentibus honorabilibus viris domino
petro hartongo viro discreto et religioso fratrum predicatorum. Comite Alberto. Comite
Boguetha. Comite Andrea. Castellano de volory. Comite Andrea Succamerario. Curie
nostre et aliis quamplurimis militibus et Capellanis fidedignis. Quocirca nos hu:
milibus et tamquam iustis eiusdem Alberti Cowalskj petitionibus permoti de certa sci:
encia munificencia et benignitate Regiis nostris de Consilio quoque et Consensu Consilia:
riorum nostrorum in hoc conventu nobiscum existencium. sibi innovacionem privilegij
iuxta copiam suprascriptam. quam robur debite ac perpetue firmitatis habere volu
mus et statuimus. dandum et Largien. duximus. damus quoque et Largimur presentibus.
decernen. per ipsum Albertum Cowalskj et suos Legittimos successores predicta Advo:
catiam in pobyedziska. iuxta vim. continenciam tenore et effectum cuiusmodi copie prem:
serte. ac vigore presentis privilegij innovati. roborati. approbati. et confirmati. tenen
haben. possidendam utifruendam pacifice ac consensu nostro successorum quoque nostrorum
accedente. dandum donandum vendendum commutandum resignandam et in suos usus bene
placitos successorum quoque suorum convertendam. tenore presencium mediante in perpetuum.

:harg: Actum in Conventione generali Radomien. die dominico proximo ante festum Sancti Alberti
Anno domini millesimoquingentesimoquinto Regni nostri primo presentibus Reverendissimis et Reverendis
in Christo patribus dominis Andrea Archiepiscopo Gneznensi et primate Johanne Cracovien.
vincencio wlad. et Johanne poznaniensi Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis venerabili
et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracovien. Johanne de Tarnow Sandomirien.
Nicolao Gardzyna de Lubrancz Calisien. Petro Myszkowszky de mirow Lanciciensi Nicolao
de Curozwanky Lublinensi Johanne de Tarnow Russie Prandotha de Threzana Rawen
palatinis Johanne Jarando de Brudzow Calisiensi Johanne de przeramb Siradiensi
Jacobo de Szczekoczka Voinicziensi et Capitaneo Gneznen. Petro Schafranyecz de Prescky.
kowaskala Visliciensi et Johanne Jordan de Zakluczyn Gneznensi Castellanis Johanne
de Lasko Ecclesie Gneznensis et Regni polonie Cancellario Nicolao firlei de Dambrowicza

Vexillifero Cracovien̄ et Capitaneo Lublinen̄ Alberto Skora de Gay Dobrinien̄ et Stanislao de Gaszanow Lublinen̄ Subcamerariis Ceteris q[ue] dignitariis et Curien̄ nostris Sincere et fidelibus dilectis Datū per manus eiusdem ven[erabi]lis Johannis de Lasko Eccl[esi]e Gneznen̄ et Regni polonie Cancellarii Sincere nobis dilecti

X milium flor[enorum] vadium inter Coniuges de Czarnkowski

Alexander dei gra[tia]

Generoso petro Schafranyecz de Pyeskowaskala Castellano Wislicien̄ et Capitaneo Radomien̄ ac Judici et Subiudici Ceterisq[ue] dignitariis et officialibus Judiciis Cracoviensibus et Sandomirien̄ terrarū impresenciarū q[ui] in Curia n[ost]ra presiden[t] p[rese]ntibus requiren̄ Sincere et fidelibus dilectis Graciam regiā Generosi Magnifici Generosi et Nobiles Sincere et fideles dilecti Expositum est nobis Nomine Magnifice Eve de Rytheranii Consortis Magnifici Nicolai de Czarnkowski palatini Lublinen̄. Et licet ipsa certas cum eodem Nicolao palatino actiones in iure habuerit, Tamen nichilominus prefata Eva ab eodem palatino marito suo vite sue insecuritatē habere propter q[uo]d eius nomine petiti existen̄ ut sibi de vite securitate provideamus vadiū nostrum decem milliū florenorū inter ipsos coniuges Nicolaum ex una et Evam partibus ex altera vallandū et interponendū duximus vallamus q[ue] et interponimus p[rese]ntibus Cuius vadii medietas una nobis altera parti vadio non contravementi debebitur Quocirca vobis omnibus et singulis suprascriptis Committimus vobis mandan[tes] q[uatenus] vadiū istud nostrū primū libris vestris inscribi procuretis deinde per Ministerialem in domos utrarumq[ue] parcium dirigatis et presertim personaliter eidem Nicolao parti quoq[ue] alteri illud intimetis efficientes eas de huiusmodi vadio certiores sub quo vadio altera parciū alterā violentiis non opprimet nec quibusvis insidiis urgeat Sed pro omnibus iuriciis iure mero contendat et iustitiā experiantur Aliter q[uam] non facitur pro gra[tia] n[ost]ra Dat[um] in Radomien̄ gñali Convention[e] die dominico ante festum sancti Alberti Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni n[ost]ri Anno quarto

Salvusconductus Andree Gorzenski

Alexander dei gra[tia] etc.

Significam[us] tenore etc. Quod cum nomine Nobilis Andree Gorzenski Terrigene n[ost]ri exponeretur nobis quia propter actionem q[ua]m in iudicio habet cum nobili Johanne Gnyelcz de Wilgiska ab eodem Johanne de vita periculo vereretur Sic q[uod] securus iuri et actioni predicte intendere non valeret Nos volen̄ providere ut secure actioni predicte satisfacere possit Sibi salvumconductum nostrum regium Cristianum perfectū q[uo]d omnimoda securitate dandum duximus et damus p[rese]ntibus decernen̄ volen̄ q[uod] ex sub tuicione eiusdem salviconductus nostri securus sit tociens quociens opus fuerit ad Jus veniendi ibi q[ue] negocia sua disponendi et ordinandi prout melius poterit dispositis q[ue] vel indispositis discedendi libere et absq[ue] quovis impedimento Ita tamen q[uod] omnia sive pro parte eius sive contra eum iure

nre decreta tenere et observare debeat Quemquidem Salvumconductum presentem nostrum determinamus tamdiu duraturum quousque idem Andreas Gorzenski cum Johanne Czolek actionem suam non finiverit Quapropter vobis universis et singulis subditis nris cuiuscumque status et condicionis existen mandamus quatenus ipsum Salvumconductum nostrum in omnibus eius punctis articulis et clausulis observetis firmiter et inviolabiliter quem nos quoque tenere et observare promittimus harum etc. est subimpressum Datum in Conventione Radomien die dominico proximo ante festum sancti Alberti Anno domini millesimoquingentesimoquinto

Inscriptio CL marcarum Dzikowie in villa Jastrzabya

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo cum per Nobiles petrum Dzik de Blothnicza et Nicolaum de Krzozow germanos nobis expositum fuisset qualiter ipsi certas inscriptiones per dominos olim predecessores nros Reges polonie certarum marcarum super villam nram Regalem Jastrabya in terra Sandomirien et districtu Radomien consistentem eis concessas et datas fortuito amiserunt perdiderunt quapropter a nobis denuo alias dari super predictam villam inscriptionis lras exstiterunt licet nos habentes racionem et respectum ad statutum Regni nri de amissione lrarum et inscriptionum super bona Regalia habitarum eidem casu nove inscriptionis lras ipsis petro et Nicolao Dzykowie concedere noluerimus tamen peticionibus nobis pro parte nobilium eorundem per quamplures prelatos et consiliarios nros tam spirituales quam seculares in presenti Conventu nobiscum existentes oblatis inclinati certoque informati existentes quod prefati germani vigore ipsarum inscriptionum quas amiserunt in possessione dicte ville pacifica diuturno tempore fuerit proinde nos de certa sciencia et gracia Regijs nris predictis petro et nicolao Dzykowie centum quinquaginta marcas pecuniarum monete et numeri polonicalium quadraginta octo grossorum quolibet in marcam computatam in et super eadem villa nra Jastrzabya inscribendas duximus ac inscribimus presentibus decernentes eandem villam Jastrabya per ipsos petrum et nicolaum ac eorum legittimos successores cum omnibus kmethonibus tabernatoribus ortulanis ortis hominibus ortulanis censibus fructibus domibus allodijs horreis areis segetibus frumentis agris cultis et incultis atque pratis campis silvis borris nemoribus mericis rubetis pinetis querceti venacionibus aucupijs in limitibus eiusdem ville mellificijs apibus et melle ex eis provenientibus aquis rivis fluvijs et aquarum decursibus lacubus piscinis piscibus vivarijs et piscinarum decursibus clausuris molendinis quibuscumque et emolumentis eorum laborijs angarijs honoribus et generaliter cum omnibus et singulis utilitatibus usibus et obvencionibus quomodolibet ex antiquo ad dictam villam Jastrabya pertinentibus Ita late longe et circumferenciale prout ex antiquo hec ipsa villa consistit cum omni dominio et proprietate tenendam habendam possidendam et utifruendam pacifice tamdiu quousque summa predictarum centumquinquaginta marcarum numeri et monete suprascriptorum predictis petro et nicolao Dzykowie eorumque legittimis successoribus

per nos et successores nostros persolvetur ex integro Quo facto possessio tunc dicte ville ad nos et successores nostros pleno iure redibit et devolvetur iuribus nostris salvis remanentibus Harum etc Datum in Conventione Radomien generali feria quarta festi sancti Adalberti 1 5 0 5

Institutio annaliu fororu in Jaroslaw

Vlt

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam non imprudenter Regum et quorumvis principum auctoritas id observat quod singula que pro comoditate cuiusque alicui subditorum suorum pro eius benemeritis concedit literarum apicibus perhennare consuevit Proinde Nos Alexander dei gratia et significamus tenore etc Quia non minus annuen votis Magnifici Spithkonis de Jaroslaw Castellani Cracovien sincere nobis dilecti propter eius benemerita et singularem in nos et rempublicam regni nostri affectum cupientes eius oppidi predicti Jaroslaw in terra Premislien siti condicionem facere meliorem ut nostro sub felici regimine feliciora recipiat incrementa Ideo de certa scientia et gratia Regia nostris in ipso oppido Jaroslaw nundinas seu forum annale pro festo Circumcisionis domini singulis annis celebrandum indiximus instituimus et imposuimus Indicimus quoque instituimus et imponimus per presentes perpetuis duraturum absque tamen preiudicio Civitatum et oppidorum aliorum in eadem terra Premislien consisten dantes et concedentes quibuslibet mercatoribus negociatoribus vectoribus institoribus aliisque omnibus et singulis cuiuscumque status sexus et condicionis hominibus unde cumque venientibus more aliorum oppidorum Regni nostri facultatem securitatem et libertatem ad predictum oppidum pro ipso foro Annali mercature gratia veniendi in eodemque oppido diebus fori eiusdem annalis festi predicti Circumcisionis domini res et merces cuiuscumque generis et maneriei fuerint exponendi vendendi emendi negociandi res pro rebus commutandi et cambiandi Aliaque mercature et negociationis genera exercendi libere nisi tales sint quos iura non tuerentur et quibus merito consortia fidedignorum denegantur In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum in Conventione generali Radomien feria quarta ipso die Sancti Alberti Anno domini 1 5 0 5 Regni nostri anno quarto presentibus ibidem Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus dominis Andrea Archiepiscopo Gnesnen et primate Johanne Cracovien Vincentio Wlad et Johanne Posnanien Ecclesiarum episcopis Necnon Magnificis Venerabilibus et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracovien Johanne de Tarnow Sandomirien Nicolao Gardzina de Lubrancz Calissien Petro Mniszkowski de Dzurow Lancicien Nicolao de Crzczanky Lublinen Johanne de Tarnow Russie Prandotha de Thrzczyana Ravven palatinis Johanne Jarandi de Brudzow Calissien Johanne de Pzeramb Siradien Jacobo de Szczekocin Voinicien et Capitaneo Bieczen Petro Schaffraniecz de Pieskowa Skala Visliczien et Johanne Sordan de Zaklyczyn Biechen Castellanis Johanne de Lasko Cancellario Nicolao Firlej Vexillifero Cracovien et Capitaneo Lublinen Alberto Sbora de Gaij Dobrzinen et Stanislao de Cazanow Lublinen Succamerariis Petro Glowniensky Vexillifero Ravven Ceterisque dignitariis officialibus et Curie nostre testibus fidedignis ad premissa sincere devote et fideliter dilectis Per manus Venerabilis Johannis de Lasko Ecclesie Gneznen etc Regni Cancellarii sincere nobis dilecti

Andree Opporowskij Castellanatus Crussuicien

Alexander dei gra rex

Significamus tenore presentium quibus expedit universis, quia habentes commendatas virtutes et ingenii prestancia Generosi Andree Opporowski de Nakonowo Terrigene nostri fidelis dilecti sibi castellatum Crusschwizien per cessum de eo Generosi Stanislai Cosgnczkiecski eiusdem castellanatus ultimi et immediati possessoris dedimus et contulimus damusque et conferimus presentibus. Quare prefatos universis et singulis dignitariis et officialibus quorum interest mandamus habere volentes, quatinus dictum Andream pro vero castellano Crusschwizien habentes sibi de loco et preventibus castellanatus ipsius ex antiquo concernen respondeatis pro gratia nostra secus facere non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subimpressum testimonio literarum. Datum in conventione generali Radomien feria quarta festi sancti Adalberti Anno domini millesimo quingentesimo quinto

Salvusconductus Grzymala

Datus est salvusconductus Stanislao Grzymala de Wielzewia ut haberet securitatem Radostiani veniendi hinc usque ad festum sancti Johannis Baptiste proxime futurum presentibus sub forma superiori scripta sub qua etiam eidem datus erat in Regesze Wtgniano. Datum in conventione generali Radomien feria quarta festi Sancti Adalberti Anno domini millesimo quingentesimo quinto

Cassatl

Alexander dei gratia etc. Significamus tenore etc. Quomodo constitutus coram nobis et Consiliariis nostris Magnificus Petrus Myschkowski [illegible] palatinus [illegible] causabatur continuatam prestari [illegible] Zaborowski [illegible] terminum [illegible] ad conventionem generalem ubi prout [illegible] in Regno remissi [illegible] duxit [illegible] peremptorie Terrestrem primo secundo tercio et ex superabundanti [illegible] ad [illegible]. Cum non comparuisset prefatus Petrus palatinus [illegible] xii [illegible] titulo et sigillo nostris communitis [illegible] pro opido [illegible] et aliis [illegible] Judicio et [illegible] Cracovien nostro Judicio regali pro tunc presidentem et [illegible] pro mera agro in [illegible] Spthkowien [illegible] in hereditate prefati Petri Myschkowski [illegible] sunt eadem [illegible] in se [illegible] et [illegible] Petri [illegible] et [illegible] Consiliariis nostris eadem [illegible] ius [illegible] [illegible] tempore [illegible] et iuxta [illegible] consuetudinem [illegible] et eadem debite [illegible] roboris esse decrevimus iuxta remissionem [illegible] ac debite [illegible] eadem exequi demandavimus [illegible] cum Consiliariis nostris [illegible] prefatorum [illegible] et iuxta [illegible] consuetudinem omnibus terminis [illegible] prefata [illegible] tum iuste et [illegible] regni [illegible] consiliariis nostris confirmavimus approbavimus et ratificavimus confirmamusque approbamus et ratificamus presentibus decernen eadem habere et obtinere robur debite ac perpetue firmitatis et [illegible]

iuxta tenorem eorum ... vigore

ad debitam q[ue] executionem reponi. Quocirca tibi Magnifico Nicolao de Camieniecz Castellano Sandomirien et Capitaneo Sadomiri Cracovien moderno et aliis pro tempore existen ut eorum successori mandamus ut eundem Magnificum Petrum Palatinum vel suos legittimos successores iuxta continentiam litterarum prefatarum intromittatis et etiam auctoritate nostra et brachio regali ab omnibus molestiis dictis invasionibus q[ue] defendatis iuxta consuetudinem regni nostri ... observatam. Datum et Datum in Conventione generali Radomien feria secunda ante festum Sancti Adalberti Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni nostri Anno quarto

Consensus super Rakowicze Andree de Cosczneletz

Alexander dei gra[tia] Rex Polonie Magnus dux Lithuanie etc. Significamus etc. Quia habentes commendata servitia Generosi Andree Cosznelneczki Capitanei Bidgostien Tenutarii bonorum nostrorum Slawniki que Serenissimo ac Reverendissimo et Illustrissimo dominis Alberto Regi et Frederico Cardinali germanis nostris exhibuit horum intuitu volentes eum consolatum efficere et ad futura nostra reddere obligatum sibi villam nostram Rakowicze in Terra Cracovien sitam de manibus successorum seu executorum testamenti famosi olim Henrici Slakner civis Cracovien qui eandem villam a nobis obligatam habuit redimere consensimus et admisimus consentimusque et admittimus tenore presentium mediante. Ita tamen quod inter eximendum non anticipantur summe ultra summas in litteris originalibus dicto Slakner super villa predicta inscriptas per ipsum Andream et ipsius legittimos successores bona prefata Rakowicze iuxta vim et tenorem litterarum dicto Slakner super ipsam villam iuste et legittime datis tenendum et possidendum usque ad exolutionem summarum in litteris originalibus iuste inscriptarum. Insuper tamen petitionibus Andree predicti pollicemur presentibus quod nemini eam tam de bonis Slawniki sibi per alias litteras inscriptas quam de villa prefata Rakowicze seorsum et divisim redimere consentiemus et admittemus. Sed cum eximendi fuerit de utrisque bonis redimi debebit. Qui quod utraque bona insimul tenebit et possidebit pacifice usque ad dictam summarum tam bonorum Slawniki quam in Rakowicze inscriptarum exolutionem. Qua facta possessio bonorum utrorumque illorum ad nos et successores nostros redibit et devolvetur pleno iure Juribus nostris semper salvis. Harum etc. Datum in Conventione generali Radomien feria sexta festi Sancti Marci Anno domini millesimo quingentesimo quinto

[margin, beside line 1 of the document:] ...

[margin, beside line 7:] Vspk.

[margin, beside line 17:] et neque insimul eam Andream redimere

Stacionis Landen[sis] minoratio ad certu[m] t[em]p[u]s

Significamus tenore presencium etc. Quia attendentes desolacionem ac deste-
riacionem bonorum ad monasterium Landen[se] pertinencium quam venerabilis
Bernardus eiusdem monasterij abbas coram certis consiliarijs nostris
quibus eius rei cognicionem ac revisionem ad exposicionem predicti abbatis
superiori tempore factam commiseramus probavit, sic quod ad dissolvendam
stacionem quam nobis singulis annis pro centum marcis pecuniarum
solvunt, idem abbas et conventus eius nunc sufficere possunt
vestro cupientes eorundem bonorum et ipsius monasterij condicionem facere
meliorem ut successu temporis feliciora capiant incrementa de speciali
gracia ac sciencia regijs nostris de consilio quoque et consensu consiliariorum
nostrorum predicto abbati et conventui Landen[si] viginti quinque marcas
pecuniarum eiusdem stacionis nobis singulis annis solui solite a festo
Sancti Martini proxime venturi per sex annos immediate se sequentes
indulsimus et remittendas duximus indulgemus quoque quibus elapsis
vero sex annis stacionem ipsam nobis ipse abbas cum suo conventu
ex integro soluturus erit, quocirca tibi nobili Ex[ce]ssero Gesslik
Negorski tenuc[ionario] nostro et alijs ad quos eiusdem stacionis interesse
quibus mandamus [ha]ec volentes quatenus prefatum abbatem et
ipsius conventum pro eisdem viginti quinque marcis stacionis non
inquietetis nec quovis molestetis sed pro indultis easque
viginti quinque marcas quietes ipsos abbatem et conventum liberos
proinde mittatis aliter non facturi etc. harum quibus etc. est
subimpressum datum in conventione Radomien[si] feria quarta in die
Sancti Adalberti anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Vectoribus de Wolborz pro via

Alexander dei gratia

Magnifico Nicolao de Crzyzanowicz palatino Lublinen[si] et tenutario opidi nostri Piotrkow
sincere nobis dilecto favorem nostrum Regium. Magnifice sincere nobis dilecte. Conquerebatur
coram nobis Reverendo in Christo patre domino Vincencio Episcopo Wladislaviensi [illegible] vectores suos
incolas opidi Wolborz ad thezaurum nostrum pro sale in depositorio Vislicien[si] emendo per opidum
Piotrkow quo obliqua illis via esset compelli transire. Cum tamen ut dominus Episcopus affirmabat
suam consueta et prescripcione approbata habeant viam vectores predicti sui Wolborien[ses]. Et
quia [illegible] coram nobis dicebat eosdem vectores ex simili consuetudine antiqua debere
transire pro eodem sale emendo per opidum ipsum Piotrkow unde nos eam controversiam
absque sufficienti testimonio diffinire volentes commisimus Generosis Johanni de Przerambsk Cas-
tellano, Jaroslao de Lasko Tribuno, Jacobo de [illegible] Judici et Nicolao de Gomolijn [illegible]
Sandomirien[si] testimonium et probacionem transitus illius sive per terras sive per [illegible]
recipiendum ac decernendum qua ipsi vectores Wolborien[ses] [illegible] essent, nobis [illegible] significandum
ut desuper privilegium nostrum ac perpetuum concedamus [illegible] [illegible]

Relationis possessi per eosd commissarios nostros fuerit requisita coram eis compareat decreto quoq eorum pareat Interea vero usq ad dictum nostrorum commissariorum diffini- sub vadio mille florenor
cionem volumus et tibi tuo mandamus quatinus illos viatores vectores ipsos vel- bovicos aggreti et eos ab apperto consueto transitu versus wislam procedens pro sale ire retrere quod vellent prohibere non presumat pro gracia nostra et sub eodem vadio nostro secus non facturus Certum habitur quod si vadium presens non dua s. transgressa fuerit nos id ex ea irremissibile exiges propterea quod illud libris Cancellarie nostre inscribi iussimus de quo tua s. certiorem effing Dat in conventione generali Radomien feria quinta in crastino festi Sancti Adalberti Anno domini millesimo quingentesimo quinto

Decretum super taxacionem molendini equestris in Schadek

Alexander dei gra rex Significamus tenore etc. dum Generoso Jaroslao de Lasko Tribuno Siradien molendinum equestre opidi nostri Schadek de manibus honeste et providorum Anne relicte olim Johannis Molendinatoris eiusd molendini suorum quod puerorum videlicet Johannis Elizabeth Kather ac Barbare et Anne Necnon Barbare relicte olim petri dicti molendini similiter molendinatoris ipsius quod filii Jacobi modernorum molendinatorum Sadkowien eximere consensissemus Orta tandem inter eosd Jaroslaum et molendinatores prefatos controversia certa ad nostre maiestatis presentiam et auctoritatem Regiam pro diffinicione sperenda devoluta existente occasione utilitatis privilegii et valoris molendini eiusdem quibus descriptis carebant molendinatores predicti Nos molendinatoribus ipsis in aliquo preiudicare nolentes parti vero utriq iusticiam ministrare cupientes Magnificos Nicolaum Gar- dzyna de Lubrancz Calissien petrum Myszkowski de Mirow Lanciciensem et Tenutarium Opidi illius nostri Schadek palatinos ac Johannem Jarand de Brudzewo Castellanum Calissien ad taxandum molendinum predictum eiusq verum valorem indicandum et designandum deputaveramus Qui quidem commissarii nostri proventibus et emolumentis annuis exploratis et ad nostram Regiam quam ipse petrus Myszkowski tenet et ad tercia molendinatorum partes pertinentes verum ac iustum valorem tercii partis molendini predicti ad mo- lendinatores ipsos pertinentem ad quadringentas et sexaginta marcas pecuniarum numeri et monete polonicalium taxaverunt et eisd pro dicta sorte coram solvendas decreverunt Quod taxacionis et valoris decretum ac iudicium per prefatos Commissarios nostros prolatum approbavimus et confirmavimus approbamusq et confirmamus presentibus decernen molendinum predictum per eosd molendinatores et successores eorum sub et in eod valore quadringentarum sexaginta marcarum monete et numeri in Terra Siradien communiter currentium quadra- ginta octo grossos marcam quamlibet computando tenendum et possidendum ac modo accidente cessio vendendum et pro usu ipsorum convertendum donec ipse Jaroslaus illud exemendum duxerit ad quod ei consensimus et consentimus de eo quod et eius possessionem Jaroslao predicto et successoribus suis eadem ad imperpetuum tenore presentium mediante harum quibus etc. Dat in Conventione generali Radomien ~~feria sexta festi~~ Sabbato proximo post festum Sancti marci Anno domini millesimo Quingentesimo quinto Regni nostri Anno quarto

Cr. p.

Salvusconductus oratoribus Valachie

Alexander dei gracia

Significamus istis literis nostris omnibus eas inspecturis aut lectas audituris quia fide
internis et fidelissimis damus quod et dedimus istas literas nostras salviconductus veras catho-
licas qualem valent per universum orbem sunt et ad catholicam fidem pertinet oratoribus
Magnifici Bohdan Woyewode Moldavie amici nostri videlicet Istuak Vistervik et Franko
Pithar qui ab eodem Woyewoda debent venire in Lythwaniam ad nos et quandocunque poterint
poterint libere aperte secure venire ad nos cum omnibus ipsorum hominibus et equis et cum
omnibus ipsorum hominibus et equis et cum omnibus ipsorum rebus quascunque secum habue-
rint ac omnes res que ab eodem amico nostro Bohdan Woyewoda ipsis essent commisse
nobiscum conferre relatis quod omnibus nobis rebus necessariis et ipsis parimodo est liber-
tas et securitas redeundi citra ad eundem Bohdan Woyewodam dominum ipsorum similiter
cum omnibus ipsorum hominibus et equis ac cum ipsorum rebus omnibus quascunque secum
se haberent et ista omnia suprascripta nos debemus tenere non frivole et absque omni
calliditate penes animam nostram et penes honorem nostrum et penes nostram Regum
catholicam fidem et super id est fides et anima nostra et fides ac anima nostrorum Archi-
episcoporum Episcoporum et prelatorum spiritualium fides et anima omnium Castellanorum
dominorum Consiliariorum et non consiliariorum omnium subditorum nostrorum harum litterarum
salviconductus nostri sigilli nostri subimpressione communimus Datum in conventione
generali Radomiensi vicesima sexta Aprilis Anno domini millesimoquingentesimo quinto

Confirmatio perlustrorum per Palat. Mysskowski super Janussio duce Zathorien

Alexander dei gracia etc. Significamus tenore etc. Quomodo constitutus coram nobis et
consiliariis nostris Magnificus Petrus Mysskowski de Mirow Palatinus Lanciciensis accusabat
contumaciam Preclari Janussii ducis Zathoriensis iuxta exigentiam termini peremptorii ad conven-
tionem generalem ubi prior in Regno esset remissi Quique dux Janussius per ministerialem
Terrestrem primo secundo tercio et ex superhabundanti quarto ad iudicium proclamatus
cum non comparuisset prefatus quoque Petrus reproducebat literas perlustrorum titulo et sigillo
nostris communitis videlicet pro opido Wadowicze et aliis literis iudiciis et subiudiciis Terrestrium
Cracoviensium nostro iudicio regali pridem presidentium et pro meta aque in piscinas Spithkowice
fluente in hereditate prefati Myskowski sicut eadem perlustra in se latius tenent et eloquuntur
nos petivisset ut cum consiliariis nostris eadem sua perlustra et in eis contenta tanquam
ritte iudicialiter et iuxta Regni consuetudinem pertractata iuxta eorum tenorem in vigore confir-
mare eadem quoque debiti ac firmi roboris esse decernere ac tandem ea iuxta remissionem
termini debitam executionem Capitaneo Cracoviensi exequi demandare dignaremur Itaque
nos cum consiliariis nostris imprimis revisis literis perlustrorum prefatorum prefata perlustra
tanquam iuste et iuxta Regni mei consuetudinem omnibus terminis ritte et iuxta eandem Regni
consuetudinem conservatis perducta cum consiliariis nostris confirmavimus approbavimus et ratifi-
cavimus Confirmamus quoque approbamus et ratificamus presentibus decernendo eadem habere et obtinere
robur debitum ac perpetue firmitatis et eadem exequi ad debitam quoque executionem reponi Quocirca
Tibi Magnifico Nicolao de Camyenyecz Castellano Sandomiriensi et Capitaneo Cracoviensi moderno et
aliis pro tempore existentibus vel eorum vicesgerentibus mandamus ut eundem Petrum palatinum suosque
legittimos successores iuxta continenciam literarum perlustrorum intromittatis et tueamini

auctoritate nostra ab omnibus que insultibus damnis et invasionibus defendatis iuxta consuetudinem Regni nostri diutius observatam harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum Datum in conventione generali Radomien feria sexta ante festum sancti Adalberti Anno domini millesimo quingentesimo quinto

Confirmatio resignationis coram Skora Capitaneo oppidi Kazimiezs facte Gardzina Palatino Calissien

Alexander dei gratia rex etc Significamus tenore etc Quia constitutus coram nobis Magnificus Nicolaus Gardzyna de Lubrancz palatinus Calissien sincere nobis dilectus exhibitis certis literis resignationis opidi Kazimiez cum villis ad illud spectantibus sibi per reverendum patrem dominum Theodoricum Episcopum et Capitulum sue ecclesie Lubucen coram Generoso Alberto Skora de Gay succamerario Dobrzinen et Capitaneo Maioris polonie generali quem protunc ad officium Capitaneatus cum plena auctoritate constitueramus sibi legittime facte instancius supplicavit quatenus prefatorum bonorum resignationem approbare confirmare que dignaremur Nos quoque singulari in eundem Nicolaum gratia et affectione permoti peticionibus que suis inherendo prefatorum bonorum Kazimiez emptionem et resignationem sicut premissum est coram prenominato Alberto Skora tamquam coram loci Capitaneo legittime et more solito inscriptam et reformatam confirmamus et approbamus decernentes premissam emptionem et resignationem predictas robur obtinere perpetue firmitatis eandem eius vigore ac iuxta vim tenore et effectum resignationis predicte bona predicta per Nicolaum ipsum et ipsius successores tenendum possidendum que perpetuo harum quibus etc Datum in conventione generali Radomien feria sexta festi sancti Marci Anno domini millesimo quingentesimo quinto

Consensus Nicolao Pritrowski super area de manibus Rozimowskij

Alexander dei gratia rex etc Significamus tenore etc Quia habentes rationem serviciorum Generosi Nicolai Gladiferi curie nostre que olim Serenissimo Johanni Alberto Regi predecessori et germano nostro carissimo nec minus diligenter attente que prius fideliter et obsequiose dum locum exhibuit sibi locum et aream ad ripam Visle extra muros curie sitam incipiendo a loco ubi ligna nostra deservantur [illegible] usque ad balneum nostrum et tandem ad piscinulam iuxta idem balneum sitam per transversum vere feralis per sexaginta ulnas almanicales se extendentem de manibus Generosi Nicolai Rozimowski Iudicis Brestan redimere [illegible] et admisimus consentimus que et [illegible] presentibus Circa tum augmentum summam pecuniarum iuste in ipsa area inscriptam per ipsum Nicolaum et eius legittimos successores iuxta vim et tenorem literarum originalium super loco et area predicta datarum tenendum habendum possidendum pacifice et quiete usque ad exemptionem per nos et successores nostros faciendam Quia tamen possessio aree predicte ad nos et successores nostros pleno iure cedebit et convertetur

Preterea volentes prefatum Nicolaum Czikowsky singulari prosequi gracia promittimus quod
similiter donec ipse aget vitam in humanis nulli hominum cuiuscunque status et condicionis
existenti eum de prefata area redimere admittemus et consenciemus nisi nos ipsi iuxta sibi
pro nostris propriis pecuniis predictam aream de manibus eius redimere sed eo mortem obeunte
et nos et successores nostri successores eius redimere poterimus poterint recempcione quod facta
possessio dicte aree ad nos et successores nostros convertetur plenarie
Jn cuius harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum etc. Datum in conventione generali
Radomiensi feria secunda Rogacionum anno domini millesimoquadringentesimoquarto

Privilegium super viam ex hungaria in bnecz et non per Sandecz

In margin: nota

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Varium et mutabile tempus
adimit noticie succedencium quicquid agitur sub tempore nisi ipsa acta decreta quod humanitas
literarum apicibus perhennata per earundem munimenta ad cognicionem porriguntur posterorum
proinde Nos Alexander etc. Quod dum inter providos subditos quondam nostros Sandeczenses de
nova Sandecz ex una et bneczenses partibus ex altera controversia fuisset orta pro transitu
et via libera Civitatum opidorum et villarum Regni hungarie versus prefatam Civitatem bnecz
per viam et districtum Karthwen rite solitarum dum quod pro corpo transitu denique conficientes
volentibus ipsis Civitatibus rusticis et mercatoribus hungarie de opido et districtu Karthwen
Regni hungarie in Regnum polonie euntes in altera non in utramque vellent Cum Sadeczenses
nunquam arrestari procurassent de hungarie Regno per districtum Karthwen euntes quatenus
non in bnecz sed in Sadecz vellent bneczenses vero allegarent illum transitum esse indi-
rectum sed solitum esse ab annis multis preteritis quod mercatores de hungarie Regno
de districtu et opido Karthwen non in Szadecz sed in bnecz et debent et consueverunt
iter habere pacificum directum et consuetudine approbatum Super qua controversia dum
deliberassemus et instruam ad directum transitum et proximiorem predictum exploratam
habuissemus ex veterum proborum subditorum nostrorum informacione mercatoribus quibuslibet
de hungarie Regno in nostrum polonie Regnum per opidum Karthwn seu de ipso opido
Karthwa et per districtum illum euntibus viam esse directam proximiorem et veteri consue-
tudine approbatam versus Civitatem nostram bnecz Quapropter de consilii consiliariorum
nostrorum decrevimus et statuimus decernimus quod presentibus quod iuxta veterem consuetu-
dinem diucius observatam omnes et singuli mercatores negociatores vectores et cuiuscunque
vis status homines cum quibuscunque mercibus et rebus venalibus de Regno
hungarie in nostrum seu versus nostrum polonie Regnum euntes qui vel de opido
Karthwen seu per opidum et districtum Karthwen versus polonie Regnum ituri essent
habituri erunt iter pacificum consuetum perpetuum et transitum qui esse possit directior
ac proximior versus opidum nostrum bnecz et non in Szadecz ex opido tamen bnecz
ad alia Regni nostri remociora loca si voluerint et prout negociandi necessitas voluntas
quod cuiuslibet pro tempore poposcerit transituri ad quod ipsis bneczensibus presens nostrum
damus privilegium Sandeczensibus vero opidanis super corpo transitu ad opidum Szandecz
convertendo silencium imponimus perpetuum Qui quidem omnia et singula premissa

robur perpetue firmitatis habere determinimus tenore presentium mediante In cuius
rei etc. Actum in conventione generali Radomien feria tercia Rogacionum Anno domini
millesimo quingentesimoquinto Presentibus Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus dominis
Andrea Archiepiscopo Gneznen et primate Johanne Cracovien Vincencio Wladislavien Johanne
Poznanien et Luca Varmien Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis Venerabilibus et Generosis
Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracovien Johanne de Tarnow Sandomirien Nicolao
Gardzina de Ludbrancz Calisien Petro Mischkowski de Mirow Lanzicien Nicolao
de Crzeszowski Lublinen Nicolao de Coszczelecz Bresten Prandotha de Thrzcziana
Raven Johanne de Tarnow Russie palatinis Johanne Jarand de Brudzow Calisien
Johanne de Przeramb Siradien Johanne Lathalski Gneznen Johanne Sluperzky
Sandecen Jacobo de Szekluka Voynicien et Capitaneo Bregen Petro Schaffraniecz
de Pieschkowaskala Wislicien Johanne Jordan de Zaklyczyn Bregen Martino de
Skothniki Zawichosten Petro de Opalenicza Landen Petro Gorski Naklen Castellanis
Johanne de Lasko Ecclesie Gneznen et Regni nostri Cancellario Alberto Gorski Scolastico
Wladislavien Nicolao de Kothniki Custode Plocen Ecclesiarum Secretariis nostris Nicolao Firlei
de Dambrowicza Vexillifero Cracovien et Capitaneo Lublinen Alberto Skora de Gaj
Dobrinen Stanislao de Cazanow Lublinen Succamerariis Ceterisque quamplurimis Con-
siliariis et Curien nostris ad premissa testibus fidedignis Sincere et fidelibus dilectis
Datum per manus eiusdem Venerabilis Johannis de Lasko Ecclesie Gneznen et Regni Polonie
Cancellarii Sincere nobis dilecti

S

Alexander dei gratia rex
Significamus tenore presentium etc. Quia habentes racionem fidelium serviciorum
nobis per Nobilem Petrum Karzizki Curien nostrum exhibitorum Volentes quod eundem
Petrum ad futura nobis impendenda servicia reddere promptiorem sibi portulanam
alias Vrothnicztwo Castri nostri Cracovien post mortem olim Johannis Kessko ledig
et contulimus damusque et conferimus per presentes ad extrema vite sue tempora
habendam Itaque vobis Magnifico et Generoso Nicolao de Camyenecz Castellano Sandomirien
et Capitaneo Cracovien in absencia Vicecapitaneo Cracovien et Johanni Jordan de Zaklyczyn
Castellano Bregen Zuppario Cracovien mandamus quatinus cum presentibus fueritis
requisiti Tu Capitanee ipsum Petrum Karzizki ad eandem intromittas portulaniam
eiusdemque sibi possessionem assignes Tu vero Zuppar et alii pro tempore existentes
Zupparii Cracovien de universis proventibus et obvencionibus ad eandem portulaniam spe-
ctantibus de Zuppis nostris solum solitis singulis annis quatuortemporibus ipsi Petro respondeas
quitancias ab eodem super exolucione eorumdem census recipiendo quas nos tibi in racione computaturi
sumus ad Zuppariam nostram racionem habens etc. Datum in Conventione generali Radomien feria
tercia Rogacionum Anno domini millesimoquingentesimoquinto

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Alta regum et principum
consilia conditiones et status

Privilegium super querendas mineras Ioanni Jordan Castellano Bieczensi datum

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Alta regum et principum
consilia conditiones et status ad regimina et remedia utilitatibus thezauris universaliter
amplitudine ~~thezaurorum~~ sue dominiorum suorum salubriter consulunt ac invigilant ubi
dicerit conditionem faciat meliorem Ex quo tempore ipsorum regiminis thezauri quos natura
in terre visceribus reposuit fertilia valeant reaperire incrementa proinde nos Alexander
dei gratia rex Significamus etc Quomodo de industria et fidelitate Generosi
Johannis Jordan de Zaklyczin Castellani Bieczensis et Zupparii Cracoviensis plurimum confidentes
pensatis quoque meritis quibus maiestati nostre specialiter commendatus est Sibi successoribusque suis
Legittimis et Sociis ipsius quos sibi duxerit adiungendos et recipiendos
per diversum Auri Argenti cupri Lapidei plumbi Cinobrii et omnis alterius generis metalli
minerarum thezaurorumque subterraneorum quibuscumque nuncupantur nominibus in montibus campis
planis silvis agris pratis nemoribus torrentibus vallibus collibus aquis villis
regalibus prelatorum Spiritualium religiosorum et Nobilium Terrigenarum nostrorum ac
nostris in Regno nostro polonie ubilibet consistentibus etiam que in montibus ultra oppidum
novi fori et ultra Castrum nostrum Czorsztin consistentibus que vulgariter Tatri et aliis variis
nominibus et vocabulis nuncupantur in quibus iam nonnulli minores
querendis extruxerunt querendi indagandi scrutandi laborandi fodiendi et terram aperiendi
et ad ipsorum utilitatem educendi ac ad debitam formam dirigendi et reducendi
plenam damus et omnimodam concedimus facultatem sub his tamen modis et conditionibus
consuetudinibusque universis quales in aliis Regnis hungarie et bohemie ab antiquo conservari
soliti sunt atque conservaverint Quocirca vobis Capitaneis Burgrabiis Tenutariis procuratoribus
Consulibus Judicibus et quibusvis officialibus et subditis nostris tam presentibus
universis quam nobilibus Regnicolis terrigenis per et intra Regnum nostrum ubilibet consistentibus presentibus
regimini fidelibus nostris Regalibus mandamus quatenus prefatum Johannem
Jordan eiusque successores Legittimos ac socios quos sibi duxerit adiungendos admittendos
et recipiendos in querendis ut prefertur huiusmodi mineris et thezauris tam in montibus
quam in Campis planis Silvis fluminibus Torrentibus villis aliisque quibuscumque locis ubi illa
invenire poterint impedire conturbare nulla ratione presumatis Sed ipsos in dictis montibus
fluminis Silvis pratis villis Locis quoque omnibus ut prefertur huiusmodi mineras et metallaque
cuiuscumque generis ut manerium existant pro fortuna et bono ordine invenire poterint
fodere et Labores oportunos facere et exercere sine quovis impedimento et arrestatione
permittatis et permitti faciatis et ubi necesse fuerit ipsos ab insultibus et iniuriis quorumlibet
hominum protegatis preterea volentes prefatum Johannem Jordan eiusque socios
ad inquisitionem huiusmodi minerarum sive metallorum reddere studiosiores et promptiores
ad impendendum pecunias ipsorum efficere Sibi eorumque sociis hanc tenore presentium damus
ac Largimur gratiam prerogativam et Libertatem ut quinto decimo conventum fertone

Secunda ad aliqua genera metallorum qualiacumque fuerit pervenerint et ultra tunc
impensam fierra percipere et habere incipiant Extunc infra spacium quinque annorum
non tenebuntur nobis aut nostris officialibus de aliquibus censibus proventibus fructibus
qui huiusmodi minerarum et metallorum ad nos quomodolibet spectare deberet neque tenebuntur
respondere sed ab eis ipse Jordan et socii eius sint liberi absoluti quia lapso vero quinque
annorum spacio ut premissum est a predicto montanista et ipsius sociis utilitas et fructus
pro fisco nostro solitos exigere debemus iuxta consuetudinem et ritum aliorum moncium in aliis
regnis ut puta Hungarie et Bohemie existentium Ceterum vero specialiter concedimus ut in rivis
fluviis torrentibus ubicumque ipsius Johannis montanista fuerit ad usum et necessitatem la:
boris in montibus circa predictas mineras molendinum sive molendina construere et edifica:
re poterit quotiensque vobis necessarium fuerit dantes sibi et eius sociis potestate libera
robora et ligna de silvis et nemoribus excidendi recipiendi pro edificiis molendinorum
domorum habitacul[orum] et huttarum necessarium et pro carbonibus quantum necesse fuerit
faciendis sive cremandis absque aliqua solucione porro cupientes ut predictus Johannes Jordan
eius quia heredes legittimi et socii quos sibi adiunxerit ad exercendum labores et querendi
huiusmodi thezauros subterraneos prompcius insistat tanto quanto se per nos senserit firma:
tum et roboratum vobis omnibus et singulis regni nostri palatinis castellanis capitaneis
tenutariis burgrabiis iudicibus subcamerariis consulibus ceterisque dignitariis et officialibus
presentibus inhibemus et mandamus districte precipientes ne quispiam vestrum audeat prefatum
montanistam ac socios laboratores familiares quia ipsius pro omnibus causis occasione laborum
minere contractis quomodolibet contingentibus ad instanciam quarumcumque personarum citare iudicare de
eadem vel quovismodo alio sentenciare presumat nisi tunc cum a nobis litteras habue
ritis aut alter vestrum habuerit commissionem et auctoritatem Si aliquis aut vestrum contra
tenorem nostram inhibicionem contumaciter facere presumpserit Extunc illa omnia
que contra nostrum montanistam et eius socios per vos ut aliquem vestrum in iudicio
sive extra iudicium facta fuerint cassamus annihilamus et ad nichilum deducimus presentibus
Si aut aliquis de ipsis vel eius sociis se ~~fuerit~~ senserit gravatum quomodocumque atque
lesum et aliquid actionis competere cum eo sociis quia eius cognoverit de illo ut illis
non nisi coram maiestatis nostra iure experiatur aut coram eo cui talia specialiter com:
miseramus indicandum Conservamus insuper predictum huiusmodi montanistam
nostrum heredes quoque ipsius et socios in omnibus iuribus condicionibus indiciis medis
et consuetudinibus quibus alii moncium quesitores et fossores metallorum in ceteris Re
gnis Hungarie et Bohemie uti frui gaudere soliti sunt et consueverunt In cuius
rei testimonium etc Actum in convencione generali Radomiensi feria sexta Rogacionum
Anno domini millesimoquingentesimoquinto Regni nostri Anno quarto presentibus Reverendissimo
et ~~Re~~ Reverendis in Christo patribus dominis Andrea Roza etc ut proxime supra
testibus

Donatio duaz domoru in Czyesskowicze Xpoforo Taschk et consensus sup duos mansos

Alexander dei gra etc Significamus etc Quia multis serviciorum pre Generosus
Cristoferus Thaschlik Nuhorski Miles Jerosolimitanus Capitaneus in Czeskowicze Sincerus
noster fidelis dilectus nobis et Serenissimis olim parenti et germano nostris Regibus
polonie fideliter impendit et impendere consuevit Sibi de certa sciencia nostra duas domos
unam dictam Swyanthkowski in opido nostro Czeskowicze et aliam in anteurbio eiusdem
opidi dictam Vanchowski cum omnibus ceteris domorum adiacentiis Similiter et duos
mansos agri in campo vel opidi vel ~~usu domestico emendum consensimus~~ alterius ville
adiacentis sitos more illic servato emensuratos pro predio et suo usu domestico emend
consensimus et consentimus presentibus per ipsum Cristoforum domos predictas et mansos
agri quos eciam duxerit emendos tenendum habendum et possidendum sic prout in iure civili
eiusdem opidi inscripcionem empcionis predicte obtinebit Quapropter eundem Cristoforum
ab omnibus censibus et contribucionibus Regalibus publicis civilibus et aliis quibuscumque
oneribus quos et que racione domorum et agrorum predictorum per eum emendorum nobis
deberet et teneretur quoque opidani et incole opidi eiusdem de eisdem domibus et agris eas illos
et illas tenuerunt solvere dare que consueverant Quamquidem Exempcionem nostram durare
volumus duntaxat ad vitam eiusdem Cristofori alias domos tenebit opidum illud ... in
dominatione hays etc Dat in Conventione generali Radomiensi feria sexta Regnorum Anno
domini millesimo quingentesimo sexto Regni nostri Anno quinto

Decretum super redempcioni Advocatie Sandomirien

Alexander dei gra etc
Significamus tenore etc Qualiter dum famosi preconsul et consules Sandomirien
Advocaciam predicte Civitatis Sandomirien de manibus Nobilis et Providorum Johannis ...
bnyky et Dorothee uxoris sue Stanislai et alterius Stanislai ac Raphaelis germanorum
dictorum Zenkowie necnon Johannis Konopka a Regine uxoris sue consensu ... ad id acce-
dente quem dictis preconsuli et consulibus anno proxime superiori prebueramus redimere
voluissent Exinde controversia inter ipsos preconsulem et consules ex una et advocatos supra
scriptos partibus ab altera orta ad nos hinc devoluta existente eos suprascriptos partes
auditis hinc inde eis in re propositis et responsis visis causa munimentis et privilegiis
cupiendo parti utrique iusticiam ministrare deliberacione desuper una cum Consiliariis nostris
prehabita decrevimus et presentibus decernimus Quia suprascripti advocati huic ad ...

anni decursum advocatiam predictam vendere. Interim vero eam pacifice tenere
et possidere debeant post lapsum anni decursum eciam ipsi Advocati eandem advocaciam
vendituri erunt consensu nostro ad id adhibito prout ad eius tempora predictis proconsuli
et consulibus ipsum consensum nostrum prebuimus quem vigore confirmamus presentibus
et in robore suo permanere volumus Ita quod si alicui alteri quam consulibus ipsis eadem
Advocacia fuerit vendita Consules ipsi propinquiores erunt ad redimendum et possidendum
eam Si aut interea uno Anno decurrente prefati Advocati huiusmodi advocaciam
suam non vendiderint Extunc decursu elapso quod ipso Anno Judex et Subiudex San-
domiriensis Terre cum duobus assessoribus uno ex parte Advocatorum Altero vero ex parte
Consulum eisdem Judici et Subiudici adiunctis quos utraque partium pro voto suo elegerit
Predictam Advocaciam revisis privilegiis et iuribus super eam habitis iuste taxare
debebunt Juxta quam demum taxacionem ac iuxta vim consensus nostri prefati
Consules ipsis Advocatis pro eadem ipsorum Sandomiriensi Advocacia summam
pecuniarum reponent ac solvent harum quibus etc. Datum in Conventione Radomiensi
Generali feria quarta in vigilia Ascensionis domini anno eiusdem millesimo quingentesimo quinto

Consensus super inscriptionem centum marcarum ville Regnow

Rex

Alexander dei gracia etc. Significamus etc. Quia intelleximus Generosos Johannem
et Nicolaum Germanos de Rozniki Tenutarios ville nostre Regnow in Terra Rawensi
site Centum Sexagenas pecuniarum moneti et numeri Cracoviensis Generose Marga-
rethe Relicte olim Generosi Jeronimi de Nowemiasto pincerne Rawensis annis
ipsorum in villa predicta nostra Regnow absque consensu nostro in libris Terrestribus
Terre Rawensis reformasse Nos ad peticiones utriusque partis predicte de certa sciencia
et gracia Regiis nostris ad inscripcionem et reformacionem predictarum Centum Sexagenarum
eidem Margarethe factam consentiendum duximus et consentimus presentibus ita tamen
quod predicta summa Centum Sexagenarum non excedat summas principales in eadem
villa iuste et Legittime inscriptas detenendam per eandem Margaretham villam ipsam
nostram Regnow vigore inscripcionis predicte in libris Terrestribus facte ac iuxta
literarum originalium per antecessores nostros iuste et Legittime super ipsam villam
datarum vim et effectum tenendam habendam et possidendam usque ad predictarum
Centum Sexagenarum per nos vel predictos Johannem et Nicolaum germanos solucionem
sibi faciendam qua facta possessio eiusdem ville ad nos et Successores nostros si nos eam
exemerimus vel ad eosdem germanos si eam prius exemerint eo iure quo eam prius
tenuerunt redibit et revertetur Juribus nostris semper Salvis harum quibus
etc. feria secunda Rogacionum Anno domini millesimo quingentesimo quinto

Confirmatio generalis Iurium Nowomiessensium

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regnancium et Imperancium
auspicia feliciora semper evenerunt dum quod sacris suis prestiterunt oraculis
pro Iure et Iusticia consolacioni quoque subditorum fidelium tuendum ad litteras
eciam perpetuis firmarent et posterorum noticie commendent ac perpetuo dicatum
providerent. Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus tenore presencium etc.
Quia licet in sacris actis nostre primicys dum videlicet principes spirituales
et seculares ceterique prelati, barones et regnicole nostre felici coronacioni aderant
universa privilegia per divos olim predecessores nostros Reges Lodowicum alias
Loysz, Kazimirum antiquum, Wladislaum avum et Wladislaum patruum,
Kazimirum patrem et Johannem Albertum germanum Reges Polonie et eius Re-
gnicolis concessa promiseramus tenenda. Tamen insuper ut ipsi pro eorum
in nos fide et benivolencia percipiant se proinde graciarum nostrarum
effectus et in preteritis consentaneos et omni tempore consentaneos procul dubio
Quaquidem sua benivolencia post mortem eiusdem olim domini Johannis Alberti
Regis fratris nostri ad hoc inclitum Regnum Polonie Iure Eleccionis eorum libe-
re quoque optimi fauste clemencia Nos unanimiter elegerunt feliciter regiminum
decernimus quoque speciali virtute et clemencia nostris per litteras presentes nostras
promissionem nostram effectui firmiore. Unde sunt quibuslibet patentibus
confirmacionem privilegiorum ab eisdem antecessoribus nostris habitorum
hactenus dare consuevimus Nos providorum proconsulis et consulum universo-
rum quoque incolarum opidi nostri Nowamiescze privilegia inscripciones liber-
tates concessiones exempciones prerogativas indulta et alia munimenta
presertim a divis olim Wladislao avo Kazimiro genitore et Johanne
Alberto fratre predecessoribus nostris Regibus habita et habitas iustas quoque et
legittimas, iusta et legittima quorum quarum quoque tenores proinde esse
ac valere volumus, tamquam his nostris de verbo ad verbum inserta
inserte quoque essent In omnibus eorum passibus capitulis condicionibus clausul[is]
et articulis duximus quoque speciali gracia virtute et munificencia Regys nostris
confirmanda approbanda et roboranda confirmamus quoque approbamus et
roboramus tenore presencium mediante decernentes ea robur habere perpetue
firmitatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Radom
in conventione generali feria tercia Rogacionum in vigilia Assensionis
domini Anno eiusdem Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri Anno
quarto presentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus dominis Andrea
Archiepiscopo Gneznensi et primate, Bernardino electo Leopoliensi, Johanne Car-
dinali Wladislaviensi et Johanne Poznaniensi et Luca Wladislaviensi Colopiensi
Episcopis. Necnon Magnificis venerabilibus et generosis Spithkone de Jaroslaw
Castellano Cracoviensi, Johanne de Tharnow Sandomiriensi, Nicolao Radzywil de
Lubrancz Calisiensi, Petro Myszkowsky de Mirow Lanciciensi, Nicolao de Crzesthlik
Lublinensi, Nicolao de Coszyelicz Brestensi, Prandotha de Trzeziana Ravensi,
Johanne de Tharnow Russie palatinis, Johanne Jazanth de Rudzyow Cali-
siensi, Johanne de Przeramb Siradiensi, Johanne Lithalsky Gneznensi, Johanne
de Slupcza Sandecensi, Nicolao de Schydlowyecz Woynicensi, Johanne Jordan
de Zaklyczyn Bygecensi, Martino de Skothniky Zawichostensi, Petro de Opa-
lyenycza Landensi, Petro Boesky Naklensi Castellanis, Johanne de Lasko
electo Gneznensi et Regni Polonie Cancellario, Alberto Rosky Cancellario Regni,
Nicolao de Barthnyky Custode Plocensi, Ceterisque Secretarys nostris Alberto
Skora de Gay Dobrinensi, Stanislao de Chodecz Lublinensi Succamerarys
et alys quampluribus consiliarys et curiis nostris ad premissa testibus
fidedignis. D. et F. Datum per manus venerabilis eiusdem Cancellarii
Johannis de Lassko etc.

Confirmatio dotis Catherine Zdunska

Alexander dei gratia rex Polonie Magnus dux Lithuanie etc. Significamus etc.
Quia coram nobilis Katherine relicte olim nobilis Johannis Zdunski nunc vero
consortis nobilis Abrahe de Gyzycze petiti eramus ut certas literas ipsius Katherine
dotis coram nobis exhibitas approbare ratificare et confirmare dignaremur Quarum
sequitur tenor Nos Petrus Dunijn de Schamothuli Castellanus Poznaniensis et Capitaneus
Maioris Polonie generalis Significamus tenore presentium tam presentibus quam futuris quibus
expedit universis Quomodo ad nostram aliorumque eiusdem terre Nobilium veniens
presentiam Nobilis Johannes heres de Zdunij non compulsus non coactus neque aliquo
errore devio seductus quinimmo sanus mente et corpore existens usus amicorum
suorum consilio salubri et matura deliberatione intra se prehabita et super tota
~~mente et corpore existens~~ Villa et hereditate Prusycze et in tota medietate sue sortis
in opido Zdunij in districtu Calisiensi in tota Curia in toto allodio in Zdunij iacentium
in totis pecoribus et pecudibus necnon cum omni Iure dominio et proprietate prout idem
tenuit habuit et possedit nihil penitus pro se aut suis successoribus reservando sed
omnibus et singulis proventibus censibus fructibus redditibus kmethonibus laboribus
Curiis domibus areis allodiis agris campis pratis pascuis graminibus gramineis
silvis borris gajis nemoribus mirицis rubetis queratis dumetis rubetis pinetis
fluviis fluminibus lacubus stagnis piscinis piscaturis et generaliter cum omnibus et singu-
lis proventibus molendinis aquaticis et ventilibus et eorum emolumentis aquis
et earum decursibus currentibus collibus montibus vallibus et quomodolibet ad dictam
villam Prusycze et medietatem opidi Zdunij spectantibus aut spectare occurrentibus
tam late et longe prout dicta villa Prusycze et medietas opidi Zdunij in
suis metis et granicibus sunt distincte et limitate Quadringentas marcas pecu-
niarum bonorum mediorum Latorum grossorum quadraginta octo grossos marcam in
quamlibet computando ducentas marcas ratione dotis et ducentas marcas ratione
dotalicii Generose et Nobili Katherine uxori sue legittime dedit donavit et tota
nobis rite et racionabiliter iuxta terre consuetudinem Ascripsit et ~~[illegible]~~ resignavit per
eandem Nobilem Katherinam tenendum habendum dandum donandum et in usus suos beneplacitos
convertendum Quam resignationem ex officio nostro grate suscepimus et presentibus
ratificamus harum quibus sigilla nostra presentibus sunt appensa Actum et Datum
in Calisz feria quarta ante festum sancti Adalberti proxima Anno domini millesimo
quadringentesimo sexagesimonono presentibus ibidem Magnificis Nobilibus et Generosis
dominis Bartholomeo Grusczinski de Iwanowicze Castellano Rexstad de Kwathkowo
Subpincerna Bartholomeo Thomaski burgrabio Calisiensi Johanne de Thymyecz
dapifero Johanne de Kothworowo Notario terrestri Siradiensi Stanislao Manyk de
Slupca et aliis testibus circa premissa Nos itaque petitionibus pro parte eiusdem
Katherine nobis oblatis moti premissas dotis literas tanquam iustas et legittime
datas in omnibus punctis clausulis conditionibus et articulis ratificandum Approbandum et
confirmandum duximus Ratificamus quoque confirmamus et approbamus tenore presentium mediante
decernentes eas prout earum tenor prescribit robur obtinere firmitatis harum quibus etc.
Datum in conventione generali Radomiensi feria quinta festi Ascensionis Domini
Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni nostri Anno quarto

Admissio erectionis piscine Aucto et Joanni de Pamyetow

Alexander dei gra rex etc. Significamus etc. quia volen bonorum nostrorum districtus Zidagorien condicionem facere meliorem commisimus Generosis Aucto et Johanni de Pamyetow tenutariis districtus Zidagorien piscinam in bonis nostris Othmyrge et Zarki tenute ipsorum districtus prefati de novo erigere tam longe et late quantum piscina ipsa in bonis nostris inundare posset Verumquia intelleximus quod erectio piscine predicte non absque sumptibus et impensis magnis perfici potest Itaque volen Germanorum predictorum indemnitati consulere inscripsimus eis et inscribimus duas demissiones piscine predicte hac condicione Si ipsi fratres erecta piscina exempti essent priusquam ipsi duas piscine eiusdem demissiones perciperent extunc vigore presentibus inscriptionis nre duas demissiones post exemptionem de bonis illis habebunt et illas pro eorum utilitate convertent aut si tunc duas demissiones dare illis noluerimus debebimus Successores quod nri debebunt eisdem Aucto et Johanni de Pamyetow impensas pro erectione piscine factas dissolvere harum etc. Datum in Conventione generali Radomien in crastino feria Sexta in Crastino Sanctorum Philipi et Jacobi Apostolorum Anno domini millesimoquingentesimoquinto

Aucto et Joni de Pamyetow Recognicio super sexinge flor

Alexander dei gra etc. Significamus etc. quia Generosis Aucto et Johanni Germanis de Pamyetow Zidagorien et Strien Capitaneis in mille Sexingentis flor hungaricalibus monete tamen et numeri polonicalis computati pro Serviciis Lithuanie per eos nobis impensis obligati remansimus Itaque volen de solucione creditores efficere certos mille Sexingentos flor prefatis fratribus in verbo nro Regio solvere promittimus Nos quoque et Successores nostros inscribimus tenore presencium mediante litterarum quibus Sigillum nrum est appensum testimonio litterarum Dat in Conventione generali Radomien feria Sexta in Crastino Sanctorum Philipi et Jacobi Apostolorum Anno dni millesimoquingentesimoquinto

Margarethe kostrzeczka et Mazyk a bello libertas

Alexander dei gratia Rex etc. Significamus tenore etc. Quia ad instanciam votis Serenissime principis domine Elizabeth dei gratia Regine polonie etc. Genetricis nostre carissime Nobilem Margaretham Costrzeczka famulam eiusdem Regine Maiestatis et Nobilem Mazyk de puthnowicze cui ipsa Margaretha dotem suam in villa Czeharwa inscripsisset ab omni Expedicione bellica ex quacumque causa et contra quoscumque hostes in Regno nostro instituta et instituenda ad quam ipsi Margaretha et Johannes racione huiusmodi reformacionis dotis in Czeharwa obligantur de certa sciencia et gratia Regiis nostris de consensu quoque et consilio consiliariorum quoque nostrorum absolvendos liberandos et eximendos duximus absolvimus quoque liberamus et eximimus presentibus hinc usque ad tempora vite prefate Margarethe extrema Quocirca vobis omnibus et singulis dignitariis et officialibus Regni nostri bellice Expedicioni presidentibus Mandamus habere volentes quatenus utrosque suprascriptos Margaretham et Johannem racione dicte dotis in Czeharwa reformate occasione eiusmodi Expedicionis bellice non inquietetis nec quovismodo inquietari faciatis aut non faciatis pro gratia nostra harum etc. Datum in Convencione generali Radomiensi feria secunda festi Rogacionum Anno domini millesimoquingentesimoquinto

Pyekarska libertas.

Similiter Nobilis Femina pyekarska matrona et famula eiusdem Regiualis [?] de villa pyekary liberata est ab omni expedicione bellica ad extrema vite sua. Datum ut supra

Catherine kaphalonie de Radom

Alexander dei gratia

Significamus etc. Quia dum certa controversia inter Providos Katherinam Kaphalowa civem Radomiensem ex una et Ladovicum de Cobylnamii ex altera partibus occasione Recognicionis certi debiti et inscripcionis eiusdem ac pro resignacione bonorum per Radom predictum Lacius in libro civili Radomiensi continebatur mota fuit et suscitata ac ad nostram usque determinacionem devoluta Nos in eapsa causa per medium certorum Comissariorum nostrorum ad eandem causam cognoscendam in Curia nostra datorum et deputatorum decrevimus et determinavimus partibus Recognicionem illam ipsius debiti in iure factam in robore conservandam et conservamus per presentes verum quia successores dicte Kaphalowa recognicionem et resignacionem predictas impugnarunt Ideo eisdem Katherine predicte successoribus actionem pro recognicione et inscripcione predictis bonorum quoque resignacionis reservamus ut quicquid iuris se habere pretenderint in recognicione et resignacione predictis iure civili seu theuthunico experiantur, harum quibus etc. est subimpressum, Datum in Convencione generali Radomiensi feria quarta in vigilia Ascensionis domini Anno eiusdem millesimoquingentesimoquinto Regni nostri Anno quarto

Relacio eiusdem

Sententia diffinitiva pro libera fluitatione Novi Miesschenr

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Regibus et quorumvis principum
auctoritatis, nonmodo ea iura et libertates, que in statu et firmitate sine ulla
impedimento permanentes, universos eorundem principum subditos in pace et
commoditate conservant, tueri decet, verumetiam veteres et prescriptas consue-
tudines, que licet diu observate nonnulla temporum intercapedine abrogate
essent, tamen operepretium est illarum iura et libertates propter eorum perma-
nentiam et indubitatiorem firmitatem in statum pristinum per legittimas iudicij
determinationes reduci, et scriptis autenticis propter memoriam sempiternam commendari.
Proinde Nos Alexander rex significamus etc. quod constituti personaliter coram
nobis providi consules oppidi Nowamyeschowa sententiam diffinitivam
nostro in iudicio regali ac in conventione pro parte ipsorum omniumque regni
nostri incolarum contra Thorunenses circa fluitationem liberam per flumen Wisla
sursum et deorsum cum Scaffis, navibus et Strugibus latam exhibentes, fecerunt
illam per nos approbari, confirmari et ratificari, cuius sequitur tenor: Nicolaus
Szwolsky de Bedlno et Stanislaus Lithwos de Cazanow thesaurarius
Lublinensis et Subiudex terre Sandomiriensis generalis significamus tenore presentium
quibus expedit universis, quomodo, cum in conventione pro tunc totius Regni Polonie generali
residebamus in iudicio in persona Serenissimi principis et domini domini Ale-
xandri dei gratia regis domini nostri gratiosissimi, una cum magnificis, venerabilibus
et generosis dominis assessoribus infrascriptis, tanquam ad navigationem
seu fluitationem fluminis Wisla pro causa imprimatum agitata, nullum interesse
habentibus per Maiestatem regiam ad causam diffiniendam infrascriptam datis
et deputatis, videlicet cum dominis Jacobo de Schydlowicz, Johanne Lozdan
de Zaklyczyn, Nicolao, Mathia Dal de Nowolhanyn(?) Sandomiriensi castellanis,
Alberto de Gora Cancellario Regni, Nicolao de Barthunky Custode Plocensi,
Erasmo Maiestatis Regie Secretario, et Crasslao Oulyzek Thesaurario Leopoliensi
de Lubyeniye iudicantibus, sedebamus, veniens venerabilis dominus Stanislaus
Zambrzyski canonicus Wladislaviensis procurator cum sufficienti procuratorio nomine procu-
ratorio suo, et omnium et singulorum prelatorum, spiritualium et secularium
ac principum, baronum, nobilium, et omnium incolarum terrarum,
civitatum, oppidorum et dominiorum Regni Polonie subditorum et presertim
in terris et ducatu Mazovie in oppido suo Nowamyeschowa commorantium,
coram nobis et dominis assessoribus suprascriptis per sacram Regiam
Maiestatem ad infrascripta deputatis, datis ac iudicio sue Maiestatis regali
nobiscum presidentibus, personaliter constitutus, imprimis et ante omnia re-
productis prioribus actionibus et actitationibus, litispendentia, contentis
terminorum observationibus, pro de et super libera fluitatione sursum et
deorsum per flumen Wisla cum universis et singulis incolarum famulis,
navibus, quibuscunque rebus oneratis et non oneratis, ceterisque omnibus
et singulis rebus venalibus et emptibilibus quibuscunque dici et haberi
possunt nominibus, per ipsum flumen Wisla tam ad oppidum Bedanum(?)
qui ad alia loca deorsum et sursum versus ducere navigantibus
et navigare volentibus in diversis navibus, Scaffis et Strugibus aut
Traffthy aliisque instrumentis navigabilibus contra famosos proconsules
et consules totamque communitatem oppidi Thorun. coram Maiestate regia et
consiliariis sue Maiestatis primum in Thorun, tandem in Marienburg ver-
balibus ac iudicialiter contra partem tanquam rea agentibus, ac demum
per Regiam Maiestatem in Marienburg ad finalem decisionem ac deter-
minationem utriusque partis controversys finem imponi reperiens, in
lites immunitatibus ac omnibus et singulis privilegiis, causam ipsam

Convenientibus pro finali determinatione, et iustitie complemento terminum peremptorium ad Conventionem generalem Lubliniensem celebrandam parti sorte [illegible] dederat, et prefixerat, et deinde literas Citationum per ipsos Thorunienses Oppidanos recedens, reddidisset, de conventione in Lublin aut in Radom instituenda prout sunt [illegible] literas Citationum ad reponendum literas et privilegia super Navigatione in flumine Visla, ac ad videndum, et audiendum iustum et perpetuum ferri decretum huiusmodi Citationem in Iure reproducit prout hodiernum terminum requirebat, quos Proconsules et Consules, et totam Communitatem Thorunien. primo, secundo tertio et quarto et superabundanter Stanislaus Zyla Ministerialis de Radom de Mandato Iudicii proclamavit, ut cum literis, et privilegiis ac immunitatibus si que se habere pretenderent super arrestatione Navigationis per flumen Visla ad videndum, et audiendum decretum super ferri sententiam et iustitie complementum comparerent, qui sic proclamati, neque per se, neque per suum procuratorem, in Iudicio comparere curaverunt. Et neque privilegia ac immunitates si que habent, exhibere, producere noluerunt. Et prefatus dominus Stanislaus Zambrzynski procurator prenominatus [illegible] reposuit privilegia, et immunitates, consuetudines prescriptas, super libera navigatione, et flisatione per flumen Visla continuata, et probata, omni Mercatoribus [illegible] et dominis [illegible] Regno [illegible] [illegible] et [illegible] allegavit fuisse et esse liberam flisationem, absque quovis impedimento, et Thorunien. arresto, [illegible] omnibus [illegible] Regni [illegible] Mazovie, et presertim Oppidi [illegible] Nowa Wyschodna, ac [illegible] totam Communitatem [illegible] domini Regiis et Regni Polonie subditis et adiunctis In libertatione flisationis predicte ab antiquis temporibus transire [illegible], absque impedimento Thorunien., preter impedimenta novissimis temporibus per Thorunien. de facto perpetrata et facta, [illegible] decreto nostro mediante Iura [illegible] et immunitates, ac literas [illegible] in Iure reposita, et repositas In suo robore per decretum Iudicium ratificari, et confirmari, et literas [illegible] quas predicti Proconsules, et Consules Oppidi Thorunien. [illegible] Regia [illegible] [illegible] in hac causa reproducerent, et eos [illegible] vellent [illegible] quo eas hic reproducere noluerunt, prout [illegible] prout [illegible] literas decerni nullius [illegible] roboris et firmitatis, pro quibus [illegible] prout, hic in Iudicio perpetuam [illegible] decerni, et parti sue premissa adiudicari petivit. Nos itaque audientes prefati domini Stanislai Zambrzynski, procuratoris petitionem nomine parcium suarum suprascriptarum positam, ac [illegible] prescriptis predicta privilegia, et immunitates, per ipsum dominum Stanislaum Procuratorem nomine parcium suarum suprascriptarum, coram nobis in Iudicio producta de Consilio dominorum assessorum suprascriptorum imprimis decernimus literas privilegia immunitates, et Consuetudines legittimas prescriptas et antiquitus observatas super flisatione libera, sursum, et deorsum per flumen Visla in robore [illegible] confirmandum et remanendum, prout confirmamus Confirmamusque et remanemus, perpetue, et iterum, literas [illegible] et [illegible] et immunitates Thorunien. Proconsulum et Consulum, si que habuerint, aut se habere pretendant In Contumacia eorum, super predicta arrestatione prefate Navigationis decernimus, et decernimus nullius fore roboris importante efficacie et momenti, propterea quod omnibus, et singulis prelatis Spiritualibus et Secularibus Baronibus, et Nobilibus, et omnibus [illegible] literarum Civitatum Oppidorum, et dominiorum Regiis, et Regno Polonie subditorum et adiunctorum et presertim Oppidanis in Nowa Wyschodna, liberam flisationem per flumen Visla, sursum et deorsum, cum omni genere Mercanciarum In [illegible] et [illegible], absque ulla [illegible] Navigationis absque omni impedimento, et arresto prefatorum Thorunien. per Sententiam nostram diffinitivam perpetue adiudicamus, et adiudicamus

presentibus ipsis vero Thorunien. proconsuli et consulibus totique communitati oppidi eiusdem
pro predicta arestatione per flumen Visla perpetuum imposuimus silencium et imponimus
presentibus, ita tamen diffinitiva nostra sententia super hiis omnibus et singulis premissis
sic ut premittitur facta. Ipse dominus Stanislaus procurator nomine quo supra protestatorie
memoriale posuit, quod indicium suscepit. Actum in curia regali Radomien. in
conventione generali feria tercia in vigilia Sancti Adalberti presentibus ibidem Magnificis
Reverendis et Generosis ac Nobilibus Vincencio Szamotulski [?] de Samothuli, Venceslao
de Ostrorok, Johanne de Bnyn [?], capitaneo Regie Maiestatis, Paulo Jaszynski, Janussio
Szwegorowski, Lenartzio [?] Koprzywnicki [?], Marsalco curie, Stanislao Lanskoronsky de
Brzezye, pincerna Sandomirien., Petro Spyth de Graiow [?], tribuno Radomien., Jo-
hanne Bogusch et Petro Stramboch [?] aliisque quamplurimis curien. Regie Maiestatis, fide
dignis. Per manus Nobilis Andree Mrozek de Skorzeczyn, Regie Maiestatis et terre
Sandomirien. notarii generalis. Itaque Nos qui ad huiusmodi iudicium personas
infrascriptas, et iustitiam mittere ad causam finiendam habuimus deputandas, certas
literas attamen de ipsorum et aliorum iurisperitorum ac consiliariorum spiritualium
et secularium partium, nichil actorum, in causa suprascripta habitum consilio deli-
beratione et voluntate Regis, ante attendentes sententiam prescriptam iuste iu-
dicii et legittime lata esse, ipsam de certa scientia nostra approbandam, confir-
mandam et ratificandam duximus, approbamusque, confirmamus et ratificamus
decernentes ea in omnibus articulis, clausulis, punctis et conditionibus valere et
robur debitum et perpetue firmitatis obtinere tenore presentium mediante. In cuius
rei et cetera testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in Radom
in conventione generali sabbato festi Innocentium Sancti Crucis Anno domini
millesimo quingentesimo quingentesimo quinto, Regni nostri Anno quarto, presentibus
ibidem testibus ut supra in privilegio oppidi Novaeciuitatis [?] continetur.

Burgrabiatus Cracovien. Nicolao Phelyppowski

Alexander Dei gratia et cetera. Significamus et cetera. Quod Generoso Johanni Wyclopolsky de
Claganum [?] Burgrabio castri nostri Cracovien. eum ipsum Burgrabiatum suum Nobili
Nicolao Philipowsky, pincerne curie nostre, resignandum consensimus et admisimus
consentimusque et admittimus presentibus. Et quia prefatus Wyclopolsky ab
omni expeditione bellica Regni nostri racione Burgrabiatus predicti exempta
liberatusque fuerat, itaque ut resignatio ipsa suum sortiatur effectum, decrevimus
propter servicia que ipse Nicolaus nobis impendit, prefatum Wyclopolsky
in ea ipsa prerogativa, quam racione Burgrabiatus habuit expeditionibus a bello
liberatus conservandum et conservamus. Sic quoque eum sub conditionibus
infrascriptis ab omni expeditione bellica Regni nostri generali et particulari
eximimus, liberamus et absolvimus presentibus usque ad ultima vite ipsius
tempora, ita tamen quod quotiescunque expeditionem bellicam in Regno
nostro generalem vel particularem fieri contigerit, toties volumus ut ipse
Johannes Wyclopolsky in civitate nostra Cracovien. velut consiliis [?] ...
virginis [?] ... pro illius [?] nostre civitatis defensione propria persona re-
deat, maneat et perseveret, illiusque defensioni intendat. Tamdiu quamdiu
expeditio bellica perseveraverit. Harum quibus et cetera. Datum in conventione generali
Radomien. feria quinta Sancti Stanislai festi in maio Anno domini 1507, Regni nostri
Anno quarto

Decretu super libera fluitati one per fluuium Wissla

[I]n nomine domini etc. Ad perpetuam rei memoriam Regias et quorumuis principum au:
ctoritates non modo ea Jura et libertates que in statu et firmitate sua absque impedimento
permanentes vniuersos eorumque principum subditos in pace et commoditate conseruant tueri decet
verumeciam veteres et prescriptas consuetudines que licet diu obseruate non tamen tractu temporum
intercapedine abrogate essent Tamen opere precium est illarum iura et libertates propter
earum permanenciam et indubitatam firmitatem in statum pristinum per legittimas Judicij
determinaciones reducere et literis autenticis propter memoriam sempiternam commendare Pro:
inde Nos Alexander dei gracia Rex polonie etc. Significamus etc. Quod Constituti perso:
naliter coram nobis famosi Consules Opidi nostri Gedanen. Sententiam diffinitiuam
nostro in iudicio Regali hic in Conuencione ~~generali~~ pro parte ipsorum vniuersorumque Regni
nostri incolarum contra Thorunen. occasione fluitacionis libere per flumen Wissla sursum
et deorsum cum Strussis nauibus et Scutibus latam exhibentes petiuerunt illam per nos
approbari confirmari et ratificari Cuius sequitur tenor Nicolaus Sworski de Bedlno
1 Lutkowo Judex etc. Stanislaus de Czarnow Succamerarius Lublinen. et Subiudex Terre San:
domiriensis generales Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris
presencium noticiam habituris Quia dum et quando hic in Conuencione presenti tocius Regni
polonie generali residebamus in iudicio in presencia Serenissimi principis et domini
domini Alexandri dei gracia Regis polonie Magniducis Lithuanie Russie prussie etc. ~~[illegible]~~
domini et heredis etc. domini nostri graciosissimi vnacum Magnificis Venerabilibus et Generoso
dominis Assessoribus infrascriptis tanquam ad nauigacionem seu fluitacionem fluuij Wisla pro qua in:
presenciarum agitur nullum interesse haben. per Maiestatem Regiam ad causam diffiniendam infra
scripta datis et deputatis Videlicet cum dominis Jacobo de Szczekluka Vonwiczen. Johanne
Jordan de Zakliczyn ~~Castellano~~ bieczen. Mathia Kal de Nowothamiecz Sanocen. Castel:
lanis Alberto ~~[illegible]~~ Gorski Cancellario poznanien. Nicolao de Barthnyki Custode plocen
Ecclesiarum Maiestatis Regie Secretariis et Derslao Wilczek de Lubyczinie Succamerario Leo:
polien. Judicantes sedebamus veniens venerabilis dominus Stanislaus Zabnenski Canonicus
wlad. procurator cum sufficienti procuratorio nomine procuratorio ac vice et nomine
omnium et singulorum prelatorum spiritualium et secularium ac principum Baronum nobilium
et vniuersorum incolarum Terrarum Ciuitatum opidorum et dominiorum Regno polonie Sub:
iectorum et presertim in Terris et ducatu Mazowie et in Opido nostro Gedanen.
existencium coram nobis et dominis Assessoribus suprascriptis per sacram Maiestatem Regiam
ad infrascripta collocatis et datis ac Judicio sue Maiestatis Regali nobiscum presidentibus
personaliter constitutus Imprimis et ante omnia reproductis prioribus actionibus acti:
cacionibus litis pendencia controuersijs Terminorum obseruacionibus pro De et super
libera fluitacione sursum deorsum per flumen Wisla cum vniuersis mercanciis et singulis
frumentis nauibus quibuscumque rebus oneratis et non oneratis ceterisque omnibus et singulis
rebus venalibus et emptilibus quibuscumque dici et vocari nominibus possint per ipsum
flumen Wisla tam ad opidum Gedanen. quam ad alia loca deorsum et supra versus
omnia nauigantibus et nauigare volentibus in diuersis nauibus Strussis et Scutibus

ac Trawithi Aliis q instrumentis navigabilibus contra famosos proconsules et
consules totam q communitatem opidi Thorun coram tribunali Regia et consiliariis suis et
primum in Thorun Tandem in Mariemborg verten ac Iudicaliter tanquam contra partem
ream agentibus / ac deinde ipsa Regia Maiestas ex Mariemburg ad finalem decision
[decisionem] ac determinacionem utriusque partis controversiis finem imponere cupiens cum literis
munimentis ac omnibus et singulis privilegiis causam ipsam concernentibus pro finali
determinacione ac iusticie complemento terminum peremptorium ad conventionem generalem ubi-
cunque celebrandam in Regno prior foret remissum dederat et prefixerat Et deinde
Literas citacionum ut ipsos Thorunenses opidanos certiores redderet de conventione in Lublin
aut in Radom instituenda prout hic vestre literis citacionum ad reponendum literas privilegia
super navigacione in flumine Wisla ac ad videndum et audiendum iustum et perpetuum fieri decre-
tum / huiusmodi citacioni in iure reproduxit prout hodiernus terminus requirebat Quos
proconsules et consules ac totam communitatem opidi Thorunensis primo secundo et tercio
et quarto et superabundanti Stanislaus Zila ministerialis de Radom de mandato
Iudicii proclamavit ut cum Iuribus et privilegiis ac munimentis si quas se habere pre-
tenderent super arrestacione navigacionis per fluvium Wisla ad videndum et audiendum
decretum super fieri sententiam et iusticie complementum comparerent qui sic proclamati neque per
se neque per suum procuratorem in iudicio comparere curaverunt et neque privilegia ac muni-
menta si que haberent exhibere producere que voluerunt / prefatus dominus Stanislaus Zabyen-
ski procurator ex adverso stans reposuit privilegia et munimenta consuetudines prescriptas
super liberam flitacionem et navigacionem per fluvium Wisla continentia et probantia cum
mercanciis omnibus et universis rebus necnon frumentis cuiuslibet grani et generis allegans
fuisse et esse liberam flitacionem absque quovis impedimento et Thorunensium arresto petens omnes
incolas Regni ducatus Mazovie et presertim opidi Bedanensis [?] ac eius totam communitatem
terras que dominia Regibus et Regno Polonie subiecta et admissa in libertacione flitacionis
predicte ab antiquis temporibus pacifice certa absque impedimento Thorunensium preter impedimenta
novissimis temporibus per Thorunenses de facto patrata et facta conservari decreto mediante
nostro Iura que et munimenta ac literas ipsorum in iure reposita et repositas in suo robore per
decretum Iuridicum ratificari et confirmari et literas vero quas predicti proconsules et con-
sules opidi Thorunensis postea coram Regia Maiestate aut ubicunque in hac causa reproducerent et
eis uti vellent Ex quo eas hic pro tunc reproducere noluerunt petiit idem procurator ipsas literas
decerni nullum habere robur et firmitatem pro quibus ipse procurator hic in iudicio per-
petuam evasione decerni et parti sue premissa adiudicari petiit Nos itaque audien prefati
domini Stanislai Zabyenski procuratoris peticionem nomine quo supra partium suarum supra
scriptarum proposita ac facta / recensendo predicta privilegia et munimenta per ipsum dominum
Stanislaum procuratorem nomine partium suarum suprascriptarum coram nobis in iudicio producta
de consilio dominorum assessorum suprascriptorum supremis [1] decrevimus literas privilegia [1] et ad omnia
munimenta et consuetudines legittimas prescriptas et antiquitus observatas super
flitacione libera sursum et deorsum per fluvium Wisla in robore conservandum
confirmandum et remanendum / prout conservamus confirmamus et remanemus perpetue et
in evum Literas vero et munimenta Thorunensium proconsulum et consulum si que habere
+ privilegia aut se habere pretenderent in contumacia ipsorum super predicta arrestacione prefate
navigacionis decrevimus et decernimus nullius fore roboris importancie estimacionis et

nemini Propterea omnibus et singulis prelatis spiritualibus et secularibus baronibus
nobilibus et universis incolis terrarum civitatum opidorum et dominiorum regnique et regni
Polonie subiectorum et adiunctorum et presertim opidanis Gedanensibus liberam flutacionem
per flumen Wisla supra et deorsum cum omni genere mercanciarum in scribus et
navibus aliisque instrumentis navigabilibus absque omni impedimento et arresto prefatorum
Thorunensium per sententiam nostram ~~presentem~~ diffinitivam perpetuo adiudicavimus et
adiudicamus presentibus ipsis vero Thorunensibus proconsulibus et consulibus totique commun-
itati opidi eiusdem pro predicta arrestacione per flumen Wisla perpetuum imposuimus silencium
et imponimus presentibus hac nostra sententia diffinitiva mediante super quibus
omnibus premissis sic ut premittitur factis ipse dominus Stanislaus procurator nomine
quo supra procuratorio memoriale in iudicio posuit quod iudicium suscepit Actum in curia
regali Radomiensi in conventione generali feria tercia in vigilia sancti Adalberti Anno
domini millesimo quingentesimo quinto presentibus ibidem magnificis strenuis et generosis
ac nobilibus ... Swidwa de Schamotuli Venceslao de Ostrorog Johanne de Bagacz
subpincerna Regie Maiestatis Paulo Jasyenszky Janussio Swyeczewsky ... Kopczen
marschalko curie Stanislao Lanczkoronski de Brzezie pincerna Sandomiriensi Petro
Spoth de Crayow Tribuno Radomiensi Johanne Bogusch et Petro Strzabosch et aliis
Regie Maiestatis quamplurimis curiensibus fidedignis ⸗ per manus nobilis Andree Mrozek de
Skorniczyn ... et terre Sandomiriensis notarii generalis Itaque nos qui a
huiusmodi iudicium personas iurisperitas et nullum interesse ad causam flutacionis haben-
tes deputaveramus Locaveramusque de ipsorum et aliorum iurisperitorum ac consiliariorum
spiritualium et secularium pacmodo nihil actionis in causa suprascripta habencium con-
silio deliberacione et utilitate Regni nostri attendentes sententiam preinsertam iuste iuridice
et legittime latam esse ipsam de certa sciencia nostra approbandam confirmandam et ratificandam
duximus approbamusque confirmamus et ratificamus decernentes eam in omnibus articulis clausulis
punctis et condicionibus valere et robur debite ac perpetue firmitatis obtinere tenore
presencium mediante in evum In cuius rei testimonium etc Actum in conventione generali
Radomiensi die dominica festi sancti Floriani Anno domini millesimo quingentesimo quinto
Regni vero nostri quarto presentibus Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus dominis Andrea Archi-
episcopo Gneznensi et primate Bernardino Wilczek electo Leopoliensi Johanne Cracoviensi vicecancellario
Wladislaviensi Johanne Posnaniensi et Luca Warmiensi Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis Venerabilibus
et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracoviensi Johanne de Tarnow Sandomiriensi
Nicolao Gardzina de Lubrancz Calisiensi Petro Myschkowsky de Mirow Lanciciensi Ni-
colao de Crzeczowiczky Lublinensi Nicolao de Cosczelecz Brestensi Nicolao de Cuthkow In-
nowladislaviensi Prandotha de Trzeziana Radomiensi et Johanne de Tarnow Russie Pala-
tinis Johanne Jarand de Brudzow Calisiensi Johanne de Przeramb Siradiensi Janussio
Lathalsky Gneznensi Johanne Slupeczky Sandeczensi Jacobo de Szczekluka Woyniczensi Petro
Schaffranecz de Pyeskowaskala Visliciensi Johanne Jordan de Zaklyczyn Bieczensi Martino
de Koprzywnicza Zawichostensi Stanislao de Pothulicze Myedzyrzeczensi Petro de Opalyenycza Lan-
densi Petro Gorsky Naklensi Andrea de Oporow Crusvicensi Mathia de Gosthyn Brzezinensi
Nicolao Cambellan de Skarzeszow Czirnensi Nicolao de Cuthno Gostinensi et Stanislao de
Brzezensko Wisnensi Castellanis Johanne de Lasko Cancellario Jacobo de Schidlowyecz Theza-
urario Regni nostri Alberto Gorsky Scolastico Wladislaviensi Nicolao de Barthnyki Custode

⸗ In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa

Ploczen. Secretariis nostris Nicolao Firlei de Dambrowicza vexillifero terre et capitaneo Lublinen., Alberto Skora de Gai Dobrinen., Stanislao de Cazanow Lublinen. subcamerariis aliisque quampluribus consiliariis et curiensibus nostris ad premissa testibus fidedignis sincere et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus prefati venerabilis Johannis de Lasko ecclesie Gneznen. et regni nostri cancellarii, sincere nobis dilecti.

Simile privilegium pro libera civitate ut supra data est Ploczen.

Anno et die prout hic supra. Similis confirmatio cum immediate scripto super civitati Gedanen. concordans privilegio data et concessa est civitati Ploczen.

Vid.

Ius Culmen. datum ville Gewarthowo de terra Ploczen.

Ex.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regia celsitudo et omnium principantium auctoritas quicquid pro commodiori subditorum statu et institutis impendit decrevit, quod pro tempore id ne in oblivionem non labatur posterorum litteris perhennibus firmare consuevit. Proinde nos Alexander dei gratia rex Polonie etc. Significamus tenore presentium quomodo annuentes peticionibus certorum consiliariorum pro parte nobilium Stanislai et Petri de Gewarthowo nobis oblatis de certa sciencia ac liberalitate et munificencia regiis nostris villam dictorum nobilium hereditariam Gewarthowo in terra Ploczen. sitam prout in suis limitibus est distincta et divisa de iure Polonico et quovis alio in ius Theutunicum quod Culmen. dicitur transponimus et transferimus tenore presentium mediante imperpetuum removendo exinde omnia iura Polonicalia et quevis alia modos consuetudines que universas que ipsum ius Theutunicum Chelmen. plerumque perturbare et quomodolibet impedire consueverint. Absolvimus insuper omnes et singulos presentes et futuros predicte ville Gewarthowo incolas ab omni iurisdictione et potestate omnium et singulorum palatinorum castellanorum capitaneorum tenutariorum burgrabiorum vicecapitaneorum iudicum et subiudicum aliorumque dignitariorum et officialium regni ut coram eis aut eorum aliquo ad instanciam quarumlibet personarum pro causis tam magnis quam parvis puta furti incendii homicidii membrorum mutilacionis verberacionis et aliis quibusvis enormibus excessibus casibus et delictis citati comparere respondere aut penas exolvere minime tenebuntur. Nec propterea ministerialis contra eos ponant prathnodzesza extendet. Sed ipsi incole eiusdem ville universi duntaxat coram advocato suo pro tempore existenti pro omnibus causis predictis ac aliis quibusvis iuxta consuetudinem eiusdem iuris Theutunici Culmen. Advocatus vero iure tamen ipso Theutunico et non alio pro iniuriis et iusticiis suis coram prefatis Stanislao et Petro et suis successoribus citatus respondere tenebitur. Cui quidem advocato pro tempore apud eos constituto in causis predictis criminalibus omnibus et aliis excessibus in illamque villa et eius limitibus contingentibus plenam iudicandi diffiniendi corrigendi plectendi et sentenciandi damus facultatem prout hoc ipsum ius Theutunicum Culmen. in omnibus suis punctis articulis et condicionibus postulat et requirit. Que omnia premissa decrevimus robur perpetue firmitatis obtinere temporibus perpetuis. In cuius rei testimonium

sigillum nostrum presentibus est appensum datum in Conventione generali Ra-
domien feria secunda in crastino festi sancti floriani Anno domini millesimo
quingentesimo quinto Regni vero quarto presentibus Rev^dis et Rev^dis ut proxime
supra testibus

Neringa seu Insula sic dicta Civitati Gedanensi donata

Ex

+ perpetuo duratura

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam vetustis ac diuturnis
temporibus observari constat temporibus ut actus atque decreta Imperiali Regali
atque ducali auctoritatibus promulgata + literarum apicibus commendentur quarum
tenores geste rei imaginem per ideas uniformiter memoratam aut omnibus subiectam
posteritati successive immonerent evo memorandi sempiterno Proinde Nos Ale-
xander dei gratia Rex polonie Magnus dux Lythwanie Necnon terrarum Cracovie
Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Russie prussie ac Culmen Elbingen pomeranie
que dominus et heres etc Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus
et futuris harum notitiam habituris Quomodo dum anno proxime preterito nobis Mari-
emburg feliciter agentibus orta fuisset controversia ad nostram que et Consiliariorum nostrorum
audientiam deducta Inter famosos proconsules et Consules Civitatum nostrarum Gedanen
ex una et Elbingen partibus ex altera pro proprietate et possessione Insule vulgari
almanico Neringa nuncupate Cumque omnibus partibus utrisque iustitiam ministrare cupiremus
Certum eis prescripseramus terminum ad producendum Iura Munimenta et privilegia
quibus visis auditis que partium propositionibus deductionibus allegationibus et
responsis de consensu consiliariorum nostrorum Terrarum prussie tunc nobis assidentium
decreveramus ex eis Iuribus et allegationibus que coram nobis dicta ac dicte pro
dicta que ac producta erant nichil iusticie parti utrique ad Neringam competisse Sic
quoque ad nos velud Terrarum prussie dominum et heredem devolutam esse Itterea
que partibus utrisque super ea silentium imposuimus perpetuum diximus tamen nos
contentos fuisse Si in futurum Iura et privilegia sua coram nobis potiora produceren-
tur tamen illis visis Iterum iterumque eam controversiam in futurum Nostro ad
Mariemburg adventu cognovisseremus et iustitiam ministrassemus Veruntamen Consules
Gedanen a diffinitione et decreto predictis nostris ad conventionem generalem in Regno
proxime futuram appellarant Quibus propterea citationem nostram contra Elbingen
dedimus qua mediante proconsulibus et consulibus Civitatis nostre Elbingen mandavi-
mus quatenus in Conventione generali ubicumque in Regno nostro proxime futura
coram nobis et consiliariis nostris ad instantiam eorundem proconsulum ~~et Consulum~~ Ge-
danen Cum omnibus Iuribus et Munimentis super ipsa Insula habitis aut eorum
veris et indubitatis transumptis decima die post nostrum felicem ad illam conventionem
ingressum Iudicialiter comparuissent Ubi nos Iuribus debite revisis et auditis partium

propositis et visis id quod iustum visum fuisset cum consiliariis nostris decre-
vissemus Et si comparere neglexerint Nos cum parte comparente absencia alterius
non obstante In convencione ipsa generali ad ea que iuris fuerint procederemus
et finale ac perpetuum decretum proferre deberemus de qua re Consules ipsos
Elbingenses per dictas nostras citacionis litteras harum descripcionem continentes effecimus cer-
ciores et avisatos Quo citacionis nostre adveniente termino Consules Gedanenses cora(m)
nobis et universis consiliariis nostris in presenti convencione tocius Regni generali personaliter
hic comparentes Exhibitis et prius in Mariemburg porrectis productis et aliis eorum
privilegiis ab olim predecessoribus nostris super eadem Insulam Neringa habitis accu-
sata contumacia Consulum Elbingensium non comparencium et privilegia munimenta
quoque sua vel illa que in Mariemburg produxerant vel pociora si haberent non produ-
cencium petierunt humiliter id quod iuris esset per nos universosque Regni consiliarios
in hac presenti convencione generali constitutos decerni Nos vero nolentes cum parte
comparente In absencia partis alterius quicquam precipitanter agere diffinitivam nostram
Sentenciam et perpetuum decretum ad certos alios terminos pro utraque parte et ordine
terminorum usque ad quartam vicem inscriptos prorogavimus in quorum quolibet Con-
sules Elbingenses per edictum publicum ut moris est Regni nostri iterum atque iterum ad com-
parendum vocari mandavimus prout vocati erant usque quo ventum esset ad ultimum pro-
rogata vice diei hodierne terminum in quo, cum preconsules et Consules Elbingenses
nec per se nec per suos legittimos procuratores comparuissent Gedanenses vero in quolibet
terminorum accusando citatorum Elbingensium contumaciam pro se et pro sua parte diligenciam
fecissent et presertim in termino ultimo diei hodierne quo cum universis prelatis
Spiritualibus et Secularibus Regni nostri Consiliariis in presenti Convencione tocius Regni
generali constitutis presidebamus in iudicio ad diffiniendas causas ad campanam conven-
cionis quomodolibet suspensas et inscriptas aut ex more Regni pendentes ad quam convencionem
eciam universos prelatos Spirituales et Seculares ac Civitatum preconsules et Consules Terra-
rum nostrarum Prussie vocavimus, quibus non deinde nichilominus iterum ipsi Gedanenses
consules petivissent per nos et eosdem universos Regni nostri Consiliarios id quod iuris
esset decerni, Nos tandem Consiliariis eisdem universis primum approbantibus et ratificantibus
prout approbavimus et ratificamus Sentenciam illam in Mariemborg promulgatam Tam-
etsi Elbingenses Consules ad instanciam partis citantis condempnare potuissemus in hiis
que de iure essent racione non comparicionis eorundem Tamen ex pietate innata declinando
condempnacionis que de iure ferenda erat in partem gracie nostre Regie commutavimus
Nolentes nichilominus Consulum Gedanensium nos Curiam que nostram usque ad presentem conven-
cionem iuxta exigenciam termini appellacionis et citacionis predictorum subsequentem
Sequencium fatigas et diligencias recusare et nonnullis consideratis eorundem ipsorum pre-
consulum et Consulum Civitatis nostre Gedanensis fidelibus serviciis indefesseque fidelitatis
constancia quibus assidue olim dive memorie patri et fratri et specialiter nostre
maiestatibus se reddiderunt commendatos Itaque illos singulari nostre gracie prerogativa
amplecti et consolatos reddere cupientes ut munificencie et benignitatis Regie nostre
racione in fidei perseverancia et promptitudinis serviciorum nobis et successoribus
nostris exibendis ferventius permaneant non per errorem vel improvide aut inde-

liberate sed de certa sciencia voluntate et liberalitate Regis nostri Necnon de vnanimi
consensu et consilio vniuersorum prelatorum predictorum Status vtriusque Consiliariorum nostrorum
Regni polonie impresenciarum hic nobiscum agencium Summo ad peticiones eorum pro parte fa

et Consulum

dictorum proconsulum Gedanensium nobis porrectas prefatis Gedanensibus fidelibus nostris dilectis
de manibus nostris damus et noua donacione donamus inscribimus et liberaliter appro
priamus perpetuo totam insulam Frischa nerinia dictam nerinnga aliis [illegible] totum quicquid in ea
ad nos ex decreto in mariemborg inter ipsos Gedanenses et Elbingenses prolato pertinuit
et pertinet per ipsos Gedanenses cum omnibus pertinenciis aliis sicut per omnia vt eam
insulam vigore literarum per divum olim Kazimirum Regem genitorem nostrum ipsis
inscriptam tenere et habere consueuerunt tenendum habendum vtifruendum et pacifice possidendum
prout antea prefati Gedanenses ab annis donacionum et inscripcionum olim nostrorum prede-
cessorum in eorum possessione et proprietate erant Illam que et illa omnia habuerunt et
tenuerunt et hucusque in possessione sunt eam que habent et tenent vigore prioris inscri-
pcionis et donacionis per divum olim Kazimirum Regem genitorem nostrum eisdem
Gedanensibus facte date et liberaliter concesse Quam inscripcionem paterne olim Maiestatis sue
in supplementum donacionis presentis nostre ad petita Consiliariorum eorumque nostrorum
in omnibus punctis articulis et clausulis innouamus confirmamus et defectum
illius si quis est vel esset per presentem donacionem nostram supplemus hic prout ea illius
que literas habere volumus pro insertis Et sicut venaciones in insula predicta per
olim paternam Maiestatem constat nobis esse reseruatas Sic nos eciam eas pro nobis Suc-
cessoribus que nostris reseruamus Que omnia premissa donacionem que proprietatem nostram
decernimus habere seruare debere et iuste permittatis habere robur in perpetuum non
obstante inscripcione per ipsum olim patrem patruum Regiam Generoso et venerabili
olim Lodowico de Erlichshausen Magistro prussie ad eam terram Insule seu eius
partem vnam in donacione paterne olim Maiestatis Regie descripta facte Quam eciam
in suo robore conseruamus et presentibus derogare non intendimus Saluis condi-
cionibus eisdem Gedanensibus pro hac ipsa donacione nostra facta inscriptis ac pertinenciis
Iuribus et conditionibus pro nobis aliis Regibus polonie in opido Gedanensi inscriptis
et reseruatis [illegible] Saluis In Cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est
subappensum Actum in Conuencione generali Radomiensi feria Tercia pro festo
Sancti Georgii martiris Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni
nostri Anno quarto presentibus ibidem Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus ut proxime supra
testibus

nil — Reseruacio Burgrab. Crac:

Anno et loco quibus supra feria sexta infra octavas Corporis Christi
Resumpte sunt litere Generoso Jacobo Szydlowiecki super reseruacionem
wp — Burgrabiatus Cracoviensis [illegible] sub sigillo anulari data in Registro
Cancellariatus Eedem que litere prius sub sigillo data continentur in
registro [illegible] domini Joannis de Lasko moderni Cancellarii tunc Secretarii
et supremi [illegible]

nil — Innouacio literarum super tenuta Ratinek

Eodem die eidem innouate sunt litere sub sigillo anulari date super tenu-
wp — ta Ratinek data in registro Cancellariatus que litere sic resumpte
et innouate continentur de verbo ad verbum in Registro [illegible]
domini Joannis de Lasko moderni Cancellarii Cum data in illo
registro erat feria quinta proxima post festum sancte Lucie anno
domini

Stacio Landen xpoforo Tasslik

Rp

Alexander dei gra rex polonie etc Significamus etc Quia licet Nobilis Cristoforus Tasczlik Thuherski miles Sepulcri xristi ~~capitaneus~~ Premisliensis Geschkowien et Corvien noster fidelis dilectus Stacionem monasterii Landen per centum marcas pecuniarum singulis annis per Abbatem et Conventum eiusdem monasterii Landen ~~per centum marcas pecuniarum~~ solvi solitam inscriptam ad annos aliquot habuerit fueritque in eius perceptione Tamen nos non attenden desolacionem ac decrescentiam bonorum ad monasterium predictum Landen pertinentium Abbati eiusdem monasterii et Conventui eius viginti quinque marcas prefate stacionis ad sex annos dimisimus et indulsimus Quamobrem indemnitati eiusdem xpoferi prospicere cupientes duorum annorum immediate post sex annorum preteritionem futurorum decursum Stacionem dandam et largiendam duximus ac de certa sciencia et gracia Regiis nostris, de consilio quoque consiliariorum nostrorum damus et largimur presentibus decernentes per ipsum xpoferum predictam duorum annorum stacionem tollendam percipiendam et in usus suos convertendam Quam dum perceperit presentes literas nostras idem xpoferus ipsi Abbati et Conventui suo in vim quitancie dabit harum etc Datum in Convencione generali Radomiensi feria secunda infra octavas ascensionis domini anno eiusdem millesimoquingentesimoquinto Regni nostri Anno quarto

Armeni Leopolien a theloneo Leopolien liberati

Rp

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Interest Regum et quorumlibet principum sive Imperium sive dominatum polliciarum aut potentatum gerentium inter subditos quacumque felicitate subiectos et sibi fideles conferre ut sic ad omnia mandata principum obeunda ex debito pareficati essent sic prerogativis et libertatibus gauderent uniformi communibus pro quarum unitate adequacione quicquid ipsa civitas Regia decreverit pro hac rebus autenticis ad perhennem rei geste memoriam committere consueverunt Proinde Nos Alexander dei gra Rex polonie Magnus dux Lithwanie Necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie etc Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presentium noticiam habituris Quia certo informati existentes nos universi Armeni nostri inhabitantes Leopolim Civitatem nostram singula onera Civilia equaliter et unanimiter cum Civibus Catholicis et aliis incolis Leopoliensibus ferre consueverint communiter Census exactiones Contributiones et quaslibet alias soluciones pro Reipublice et Civitatis ipsius necessitate pro tempore imminenti solvere, licet quod tam ipsi xpiani Cives quam alii eiusdem Civitatis Incole de quacumque religione et ritu existentes videlicet Ruthem et Judei ab omnibus mercibus quas ex aliunde in ibi adducunt Theolonium quod ibidem exigitur non solvant Tamen econtra inclusionem prefati armeni nostri ultra eiusmodi communia onera a mercibus suis cunctis quibuscumque et mercimoniis existentibus quas de exteris partibus videlicet ex Valachia Turcia Moskovia Ungaria

Tartaria slesia Litwania alijsque exteris Regionibus Leopolim adue(n)iunt que valorem et summa triginta sexagenarum excedere(n)t hoc ipm Theolonium nem Leopolien hactenus solueret a qua solucione Ceteri Incole Ciuitatis ipsius immunes et liberi essent quod procul dubio in Armenos incolas ab equitate et iusticia co(mmun)i censemus fuisse alienum Idcirco cosdem Armenos sicut communia onera soluere consueuerunt cu(m) ceteris Incolis sic eos libertatibus Ciuilibus adequare in equitateque et iusticia co(mmun)i Ciuitatis illius nre conseruare cupien de speciali gra et scientia Regi: is nris de consilioque et Consensu Consiliarioru(m) nrorum ipos vniuersos Armenos nros Ciuitate Leopolien pro tempore incolen ab huiusmodi Theolonij solucione quod hactenus ab omnibus mercibus et rebus venalibus vndecunque Leopolim lucri gra more mercatorio adductis et valorem triginta sexagenaru(m) excedentibus ibidem in loco et Ciuitate Leopoli: en soluere consueuerant sub condicion infra scripta absoluend liberand et eximend duximus absoluimusque liberamus et eximimus tenore presentium mediante inperpetuum Ita tam(en) quod prefati Armeni nri vniuersi Leopolim pro tempore inhabitan nobis et successoribus Regibus polonie singulis annis pro festo sacri pasche con huiusmodi libertatis nre a Theoloneis predictis eis donate et graciose concesse duodecim sexagenas pecuniaru(m) numeri et monete polonicalis vltra decemocto sexagenas quas ex priuilegio antiquo soluere consueuerunt simul cu(m) predictis decemocto sexagenis que vtraque summa in vna collecta summa facit triginta sexagenaru(m) num et monete communiter currentis debebunt ac tenebuntur se impendere ac soluere Eximimus vero et deinceps huiusmodi Armenos Theolonij solucionis Leopoli a quibuscunque mercibus sic vti scriptum est non impendant tenore presentium mediante mercium In Cuius rei Testimonium sigillum nrum presentibus est subappensum Actum in Conuencione generali Radomien feria Tercia infra octauas Ascensionis dom Anno eiusdem Millesimoquingentesimo quinto presentibus vt supra etc

Approbatio et confirma(ci)o Sentencie pro parte Generosi ~~Mathie~~ Nicolai Camblan Castellani Kzyiwinen occasione Nobilitatis et contra Mathie Bostinski Castellani Sremen impertinentem obiectacionem late

Alexander dei gra Rex polonie etc Significamus etc Quomodo dum inter Generosos Mathiam Gosthynski Srzemen ex vna et Nicolaum Camblan de Schelow Castellanos Cryzwinen Castellanos partibus ex altera super nobilitate prefati Nicolai Castellani Crzywinen per ipsum Gosthynski inculpata orta fuisset controuersia ad nos que per ipsius Castellani Crzywinen querelam delata Extitit per Consiliarios infrascriptos nostros quibus huiusmodi controuersie cognicionem et decisionem commiseramus certum pro parte eiusdem Nicolai Castellani Crzywinen decretum prolatum erat cuius decreti Litteras id Nicolaus hic in medio Consilij nostri exibens peciit illas et illud approbari confirmari et pro auctoritate Regie maiestatis nostre roborari Cuius decreti et literarum tenor est talis

Andreas de Schamotuli poznanien Nicolaus Gardzyna de Lubrancz Cali-
sien palatini Johannes Jarand de Brudzew Calissien Petrus de Opalnemiga Landen
Castellani Johannes Zaramba de Calimuria Capitaneus maioris Polonie generalis
Judices Commissarii ad infrascripta per maiestatem Regiam dati et deputati Significamus
tenore presentium quibus expedit universis Quia presidentibus nobis in iudicio presentis
Commissionis nostre cum nonnullis assessoribus videlicet Castellanis dignitariis et militibus con-
ditionis hominibus pro tunc sub multorum hominum presentia nobiscum assidentibus
cognitioni quoque cause superintendentibus Constitutus personaliter Nobilis Nicolaus Cam-
blan de Scholowo Castellanus Exgirmen et protestatus est quod attemptavit terminum
actionis sue contra Nobilem Mathiam Gostlynski Castellanum Sygemen pro tunc
coram iudicio nostro ex cittatione legittima premissa vocato presentem volens conditionem
nobilitatis sue sufficienter approbare deducere prout de iure sibi decerneretur ex ea
maxime causa quia idem Nobilis Mathias Gostlynski nobilitati sue derogan-
do dixit quod idem ipse Nicolaus Camblan prefatus non esset nobilis nec de nobili
genere natus Nos quidem Jurispublica institutione in prosperitate habentes maxime ne
nimia verborum licentia ex levitate animi suborta famam aut opinionem bonorum
ledere aut lacessitare valeant decrevimus testimonio proborum et Nobilium ex eadem
familia ortorum Nobilitatem eius docendam et approbandam fore Cuius Approbationis
testimonium idem Nicolaus Camblan prefatus gratanter in se assumens reproduxit
testes Nobiles bone conservationis viros eximie maturos fidedignissimos qui pre-
fato more solito iuramento fassi sunt et recognoverunt eundem Nicolaum Camblan
de domo et armis eorum fratrem et amicum extitisse hoc ordine et modo quia
post patrem esset de Armis Vsthzelig qui gerit Scharhowniza post matrem patris
sui avam videlicet suam Czelapala que gerit truncum Similiter alias Cloda Szucha cum
duobus nodis alias Szaki Item post ~~patrem~~ matrem eius propria esset de armis
nowina que gerit quasi appensum cum cruce alias Zawnasza Skrzizem eandem
de armis Corab que gerit naviculum instar eius qua utuntur in mari aut aliis
navigationibus Ex quibusquidem armis erat mater genitricis sue avia videlicet ipsius
Nicolai Camblan prefati Nos quoque iudices Commissarii prefati audientes satis lucidum
et apertum sufficiens quoque Nobilitatis prefate testimonium et probationem uti de iure legittime
factam decrevimus decernimusque per presentes prefatum Nobilem Nicolaum Camblan
satis idonee et sufficienter probasse statum nobilitatis sue atque ideo eundem fatemur
et presentibus protestamur semper et ab olim esse et fuisse verum nobilem et ex nobili
Genelogia procreatum In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa
Datum Poznanie feria quinta in crastino Sancti Egidii Anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo...
Itaque nos una cum Consiliariis et Baronibus nostris deliberatione ea in re in presentia dicti
Mathie Gosthynski habita visis auditis quoque luce decreti illius comperimus premissum
decretum Judicialiter rationabiliter iuste et Legittime prolatum ipsum quoque Nicolaum veluti ex
utroque nobili parente nobiliter genitum probate Nobilitati sue satisfecisse propterea decre-
tum illud commissariorum predictorum nostrorum confirmavimus approbavimus et roboravimus
Confirmamus quoque approbamus et roboramus decernentes illud in omnibus ipsius punctis articulis
et conditionibus validum efficiosum et sufficiens esse Sic quoque debite firmitatis ob-
tinere robur tenore presentium mediante In cuius rei etc. Datum in Conventione generali Radomiensi
feria tertia intra octavas ascensionis domini Anno eiusdem millesimo quingentesimo nono decimo

Iudicatus Chelmen Jo[ha]n[n]i Comorowski

Mp Anno domini millesimo quingentesimo quinto Sabbato post festum Sancti
Valeriani datus est Iudicatus Terre Chelmensis Generoso Johanni Comorowski
post mortem olim Generosi Johannis Szczemnyczki in forma cancellarie
consueta

Subiudicatus eiusdem terre Chelm Nicolao de Laticzyn

Mp Anno et die quibus supra proxime Subiudicatus eiusdem Terre Chelmensis
datus est Nobili Nicolao de Lathyczyn Sub forma cancellarie consueta

Approbatio quadraginta millium flor[enorum] Illustrissime Elizabeth Reginule in certe Bonis inscriptorum

Ld Alexander dei gratia Rex polonie etc. Significamus etc. Quia dum inpresentia
nostri nomine Serenissime principis domine Elizabeth dei gratia Regine polonie
etc. Genitricis nostre carissime Littere quadraginta millium florenorum de parte dotis
Sue Reginalis auri per camp[ar]am camerarium Reginalem Illustrissime principi virgini
Elizabeth Sue nate nostre vero sorori carissime in et super certis terris districtibus
castris Civitatibus opidis et villis videlicet novacivitate Corczyn Vislicien Zarnovien
Langzizien Predczen et Clodawa villis que et prediis ad ipsa bona pertinen[tibus] inscripto
rum et reformatorum essent nobis exhibite examus tunc petiti ut ad eam inscriptionem
reformatoriem que consentire eam que approbare et confirmare dignaremur quarum re-
formationis inscriptionis que tractum Sequitur tenor Elizabeth dei gratia Regina polo-
nie etc. Significamus etc. Quomodo nos atten[dentes] senecte nostre iam conditionem iam decre
scentem atque volentes Illustrissime principis et Charissime filie nostre Elizabeth vir-
ginis que adhuc nobiscum est consulere Securitati ac honeste quieti ut que ipsa forte
nobis morte preventis velut filiam tanti Regis decet statum suum tenere et sine
quavis angustia vivere possit Prefectum considerans filiorum ac filiarum aliarum
nostrarum statum ab omnipotenti deo feliciter iam stabilitum partem dotis nostre
videlicet quadraginta millia florenorum hungaricalium super certis terris districtibus
Castris Civitatibus opidis et villis infrascriptis novacivitatis Corczyn Vislicien
Zarnowien Langzizien Przedczen cum Clodawa opido cum terminis Castrorum
districtuum Civitatum et opidorum villis prediis alodiis Censis fructibus proventibus
Censibus utilitatibus dominiis Iuribus pertinentiis attinentiis appensionibus The-
loneis ac Civitatum opidorum et villarum predictarum exactionibus et duorum grossorum
dicto poradlne contribucionibus que et usibus universis quomodolibet ad ipsa spectan[tibus]
ab antiquo ac decernimus dignitatibus honoribus Iure patronatus Necnon in Ka-
dzenowo et Slunsko Theloneis Supradicte Illustrissime principi et carissime
filie nostre virgini Elizabeth inscribimus per presentes Largimur et donamus
ut illis omnibus prefit et omnia eo iure possideat quo nos ex inscriptione et

donacione dotis et dotalicii facta per Serenissimum olim dominum et consortem nostrum dominum Kazimirum Regem polonie possedimus et possidemus hactenus Sub his tamen condicionibus q̄ bonis predictis eo quo premissum est modo vti sicut eadem filia nostra debebit ad tempora vite sue Si in eodem quo nunc est Statu permanserit post tempora vite nostre Sin autem ipsam Illustrissimam Elizabeth filiam nostram nobis viventibus decedere ex hac vita vt matrimonium contrahere et consumare contigerit supradicta bona ad nos aut nobis vita functis ad Regnum polonie pleno iure redire debebunt Damus insuper presentibus ipsi Illustrissime Elizabeth filie nostre ex nunc supradictorum bonorum realem possessionem apprehendi et accipiendi ac in eisdem bonis Capitaneos et quoscunque officiales preficiendi ac ab eis iuramenta fidelitatis exigendi plenam et omnimodam facultatem In quorum omnium fidem et testimonium premissorum Sigillum nostrum presentibus est appensum Datum Cracovie feria quarta proxima post festum Sanctorum Tiburcii et valeriani Anno domini millesimo quingentesimoquinto Itaque Nos quemadmodum in omnibus Sacre M[ajesta]tis Reginali Genitricis nostre carissime morem gerere consueuimus Sic in ea re vota nostra votis Serenitatis sue adunare cupientes Imprimis vero innata caritate fraterna moti ad eiusdem Illustrissime Reginule Elizabeth sororis nostre Statum Sic vti par est providendum / de certa Sciencia et deliberacione nostris / de consilio q̄ prelatorum et baronum Consiliariorum nostrorum ad reformacionem et inscripcionem Suprascriptas consentimus eam q̄ ac literas premissas in toto earum tenore in omnibus q̄ condicionibus clausulis et articulis confirmamus ratificamus et approbamus ad tenorem q̄ eius effectum nos ipsi predicta bona vniuersa eidem Illustrissime principi Elizabeth Sorori nostre inscribimus et reformamus decernentes ea per ipsam Sic per omnia teneri et possideri vt tenor Literarum Serenissime domine Regine genitricis nostre carissime supra scriptarum continet Que omnia premissa volumus et decernimus perpetuis debite firmitatis robur habere harum etc. Dat. in Conventione generali Radomiensi Anno domini millesimo feria tercia Rogacionum Anno domini millesimo quingentesimoquinto Presentibus vt supra in prima descriptione testes

Confirmatio donationis domus fratribus de obseruantia ordinis minorum in Radom

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam omnes actus concessiones decreta humana pariter sicut per temporum momenta fiunt Sic cum tempore in obliuionem labuntur nisi literis et testibus fidedignis communite perhennitate q̄ essent provide Nos Alexander dei gratia etc. Significamus etc. quia dum nomine Religiosorum fratrum de observancia ordinis minorum Monasterii Sancte Katherine extra muros opidi Radom litere infrascripte Sub titulo et Sigillo Serenissime principis domine Elizabeth dei gratia Regine polonie etc. Genitricis nostre carissime donacionem domus cuiusdam in Cimiterio ipsius monasterii consistentis pro ampliacione eiusdem Cimiterii factam in se continentes

rg

exhibite essent nobis simul tunc petiti eramus ut ad eam donationem consentire
illamque approbare et confirmare dignaremur Quarum literarum sequitur tenor
Elizabeth dei gracia regina polonie etc Significamus tenore presencium quibus ex
pedit vniuersis et singulis presentes literas nostras inspecturis ipsarumque noticiam
habituris et signanter Generoso et prouidis petro Strzaffranyecz de pnesczyko:
waskala Capitaneo necnon Consulibus et Ciuibus Radomien ac quibusuis
Exactoribus nostris quorum interest interit seu quomolibet interesse poterit
in futurum Quomodo Nos ad singularem exposicionem et deuotam peticionem
Religiosorum fratrum de obseruancia ordinis minorum monasterii sancte katherine
Radomien Attenden ipsum monasterium multum spaciosiori et ampliori Cimi
terio indigere et per erectionem vnius domus in eodem Cimiterio existen ac
ipsum nimium occupantis ad quendam Altaristam Altaris Sancte Andree in
Ecclesia parrochiali Radomien siti et fundati spectantis non mediocriter angari
posse Intuentes nos qui ut plurimum semper omnibus Ecclesiis auxilio esse debemus
et vellemus volen ipsum monasterium sine Cimiterium decencius exornare Ipsis Re
ligiosis fratribus monasterii prefati pure et propter deum domum ligneam per
nos propriis pecuniis comparatam in Ciuitate Radomien in platea Castren in
acie Ecclesie parrochialis ibidem ex vna et inter domum domini Jordan ex altera
partibus sitam libenter contulimus et donauimus in vim eterne possessionis Et quia
ut accepimus commutacio siue alias amicabilis composicio inter prefatum Altaristam
illius domus in Cimiterio site possessorem et dictos fratres Sancte katherine facta fuisset
Ita quod ipsam domum per nos memoratis fratribus donatam in titulum possessionis re
cepisset Cimiterium vero per fundamentalem domus altariste desertionem hactenus
amplius et decorius extitisset Si ipsa domus per nos dictis fratribus donata
Census contribuciones et alia onera Ciuilia minus pateretur et sustineret debita
que Ecclesiastica libertate haberet Propterea nos huiusmodi volen honorande Ecclesie
sue libertati consulere vobis omnibus et singulis supradictis insinuamus notificamusque
ac ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducimus per presentes Quod nos eandem domum
sic ut premissum est per nos Emptam et tandem donatam ab omnibus et singulis re
sibus illibertatibus Exaccionibus Dacijs Ciuilibus custodiis quocumque nomine vocatis
et vocandis ac ab aliis oneribus ipsi domui imminentibus inquietum possimus
libertamus ac in eternam libertate esse volumus Si et inquantum ipse memoratus
altarista cum dictis fratribus monasterii Sancte katherine ipsam domum pro sua
domo in Cimiterio sita receperit et commutauerit In quorum omnium et singulorum
premissorum fidem et testimonium sigillum nostrum solitum presentibus est subappensum
Datum in arce Cracov in domo nostra Regali die Jouis proximo ante festum
Sancti nicolai Anno domini millesimo quingentesimo quarto Itaque nos non solum peti
cionibus humilibus pro parte dictorum fratrum nobis oblatis annuentes qui votis
sacre Regalis Maiestatis genitricis nostre se conformare cupientes huiusmodi
domus donationem de certa sciencia et pietate Regiis nostris admittimus et ad ea

consentimus presentibus Litteras quas premissas roborandas et confirmandas duximus
roboramusque et confirmamus decernentes eas vim et robur obtinere in toto
eius tenore perpetuis temporibus munimine presentium mediante in cuius rei testimonium
etc Actum in Conventione generali Radomiensi feria tercia festi Sancti
Johannis ante portam Latinam Anno domini millesimoquingentesimoquinto
Regni vero nostri Anno quarto presentibus Reverendissimo et Reverendis ac magnificis ut
proxime supra testibus

Cassata

Alexander dei gratia etc Significamus etc Quia constitutus personaliter coram
nobis Generosus Abraham Sbaski exhibitis litteris infrascriptis decretum certe controversie
Inter Nobilem Zopham consortem Nobilis Johannis Thwrek Lanzki ex una et Gene-
rosos prefatum Abraham ac Johannem Lucam Stanislaum et petrum nepotes ipsius
partibus ab altera occasione dotis et dotalicii predicte Zophie per Nobilem olim martinum
Sbanski priorem maritum eius reformatorum vertentis per certos Consiliarios nostros ad id
Specialiter et cum plenaria facultate per nos de medio totius consilii nostri deputatos
Latum in se continentes petiit easdem litteras per nos confirmari Quarum sequitur tenor
Nos prandotha de Thrzemia palatinus Kalisiensis Johannes de Pzeramb Siradiensis
Jannussius de Lyasskalnyze Gneznensis Johannes Slupezki de Koraxi Sandecensis Mar-
tinus Skothnyczki de Bogoria Zawichostensis et Mathias de Nowothanyze Sanocensis
Castellani et Judices per Maiestatem Regiam Conventionisque Consiliariorum Regni ad diffini-
endas causas in Conventione generali Radomiensi dati et Specialiter cum plena potestate
deputati Significamus tenore presentium quibus expedit universis Quomodo vertente
coram nobis controversia inter Nobiles Zopham consortem Nobilis Johannis Thwrk
Lanzki ex una et Abraham Sbanski ac Johannem Lucam Stanislaum et petrum
ipsius Abrahe Sbaski nepotes partibus ex altera pro dote et dotalicio predicte Zophie
per Nobilem olim Martinum Sbanski priorem maritum eius in certis bonis sibi refor-
matis Honorabilis Vincentius Jelmelnijnski prefate Zophie procurator Litteras eius
dotalicii coram nobis reposuit petens eandem Zopham iuxta ~~litteras~~ tenorem Litterarum
dotalicii sui in bonis in eisdem Litteris descriptis conservari In pacificaque possessione
restitui Ex adverso vero Nobilis Johannes Cechonowski procurator prefatorum Abrahe
Sbanski ac Johannis Luce Stanislai et petri ipsius nepotum reproduxit Litteras intercisas
Sigillis Arbitrorum Sigillatas partium Suprascriptarum concordiam in se continentes que in se
continent et disponunt quod pro prefata dote Zophie predicte facta Concordia prout in
eisdem Litterarum intercisa habetur et continetur Nos itaque auditis utrarumque partium propositis
et responsis decrevimus ipsi Abrahe Sbaski et nepotibus eius concordiam ~~prefatam~~ predictam
inter ipsos sic factam arbitris docere Quos quidem arbitros prefatus Abraham coram
nobis hic Statuit et eisdem de concordia plene sufficienterque docuit Et ideo eandem
Concordiam inter prefatam Zopham et Abraham eiusque nepotes per illos ipsos arbitros

factam determinamus in suo robore confirmandam confirmamus quam presentibus Et prefatus Abraham cum nepotibus suis si in aliquo contradicte predicte non satisfecerit satisfacere debet Similiter ipsa Zophia ipsi Abrahe nepotibusque suis satisfactura erit si in aliquo contradicte predicte non satisfecerit Harum quibus sigilla nostra sunt appensa testimonio literarum Datum et actum in Radom in conventione generali feria tercia ante festum ascensionis domini proxima Anno eiusdem millesimo quingentesimo quinto Nos itaque peticionibus humilibus prefati Abrahe Obasci velud iustis annuentes literas premissas decretum iustum et iuridice latum in se continentes ipsas de certa sciencia et gracia Regiis nostris confirmandum Approbandum et ratificandum duximus confirmamus quam Approbamus et ratificamus decernentes illas in toto earum tenore omnibusque articulis punctis et clausulis vale et robur debite firmitatis obtinere tenore presencium mediante Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum Datum in conventione generali Radomien feria quinta ipso die Sancti Stanislai in maio Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni nostri Anno quarto

Libertas molendorum braseorum in quocumque molendino Poznanie

126 In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Varium et mutabile tempus succedencium noticie adimit tempus quicquid sub tempore agitur nisi ipsa acta decreta que humana literarum apicibus perhennata per earundem monimenta ad posterorum cognicionem porrigantur Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Significamus tenore presencium Quamquam in Civitate Poznanien in molendino nostro Bogdanka sub castro sitto Incole Poznanien brasea sua molere consweverunt Tamen cum aliquando illud ipsum molendinum propter aque defectum aut alia causa brasea ipsa molere non sufficeret Exinde inter molendinatores aliorum molendinorum extra muros eiusdem Civitatis sittorum Contenciones et differencie orte et ad nostram usque maiestatem delate erant pro libertate braseorum predictorum apud eos tunc cum in Bogdanka moliri non possent molendorum videlicet inter providos Blasium molendini retro Ecclesiam sancti dominici ex una et Conradum de Lapide molendini ad portam wratislawien extra muros eiusdem Civitatis partibus ex altera possessores quorum quilibet dum contendisset quod in suo tantum et non in utroque brasea molerentur tempore illo quo in Bogdanka moliri non possent Nos certis Commissariis nostris Commiseramus eorum privilegia videnda Sciendamque in ea re et consuetudinem et loci necessitatem per quos Tametsi compertum fuerit quia Blasius sui molendini ius pretendebat prestancius altero esse Tamen quia Conradus probaverit quod ab annis circiter triginta molendinum suum eam libertatem habuit quod in eodem brasea in casu predicto molendini Bogdanka moliri consweverunt absque impedimento cuiuspiam et insuper uti iudices

Comissarii per nos dati significaverant loci illius necessitas exposcerет ut propter comoditatem molarum pognamen commune necessario in utroque molendino brasea debeant moliri deficiente in molitione Bogdanka Itaque Nos de consilio Consiliariorum nostrorum decernimus et statuimus decernimusque et statuimus presentibus Quod dum molendinum nostrum sepedictum Bogdanka propter defectum aque aut alia causa brasea molere non sufficeret vel non posset debeat esse libertas communis tam Iudicis Civitatis eiusdem nostre quam quibuslibet hominibus brasea molere volentibus huiusmodi ipsa brasea in molendino quo vellent vel in Blasii vel in Conradi molendi In qua molitione venire eorundem molendinatorum alterum inquietare impedire quis debebit Sed ius sit equum utrisque eadem brasea molendi libere et perpetuo in casu tantum in quo in Bogdanka non possent moliri Que omnia premissa decernimus perpetui roboris esse tenore presentium mediante In cuius rei testimonium etc Actum in conventione generali Radomiensi feria quarta Rogationum Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni mei quarto presentibus Reverendissimo et Reverendis ac Magnificis ut proxime supra testibus

Consensus

Anno domini millesimo quingentesimo quinto feria quinta festi Sancti Stanislai datus est consensus Nobili Johanni Conradi de Zabirowo burgrabio Cracoviensi ad obligandum villam nostram Benkowicze in Terra Cracoviensi sitam Nobili Petro Wrannikowski Sub forma cancellarie consueta

Donatio Advocatie Gneznensis Johannis Rybienski

Alexander dei gratia etc Significamus tenore etc Quod dum Nobilis olim Albertus Piothrowski Advocatus Gneznensis ducentas sexagenas pecuniarum mediorum grossorum Nobili olim Beate de Ribno Consorti sue legittime ratione dotis et dotalicii in et super tota medietate Advocatie sue prefate quam possidebat consensu non adhibito Regio Tandem eadem ipsa olim Beata dicto olim Alberto marito primo mortem obeunte cum Advocatiam vigore reformationis illius absque consensu nostro possideret superducto quoque altero marito Johanne de Langiszia eidem Johanni marito viventi suam predictam reformationem resignarat pariter modo consensu nostro non impetrato Unde reformatio predicta licet legittima fuisset presertim per olim Piothrowski velud Advocatie illius heredem facta Tamen quia ad utrosque non constat Regium adhibitus consensus Itaque quemadmodum nemini dubium fuerit omnem eam reformationem ad nos velud loci illius Gneznensis dominum et superiorem Advocatie dominium Iure Regni nostri communi devolutam esse Itaque Tametsi nos de causa advocatie intromittere debueramus Tamen honorabilem Johannem de Ribno Notarium nostrum ad dotem dicte olim Beate propinquiorem cum quo

de nobis bene et fideliter merentem intelligen sibi et successoribus suis de
speciali gratia eandem dicte olim beate reformacionem Et quitquid racione non habiti
consensus predicti in eadem Advocacia ad nos Jure Regio pertinet dandam et donan
dam duximus damus que et donamus presentibus volen per eum sic ipsam possidere
advocaciam presencium vigore ut beata predicta et post eius obitum alter eius
predictus maritus eam aut conseruerant aut contendebant possidere usque quo
ipsi Johanni notario nostro et successoribus suis summa pecuniaria iuste ad olim
beatam pertinens per veros dicte advocacie heredes soluta esset salvis semper
iuribus nostris harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio
litterarum Datum in conventione generali Radomien feria secunda ante festum Sancti
Adalberti Anno domini millesimoquingentesimoquinto

Alexander dei gratia rex Significamus etc. Quomodo nos inspecta egram valitudinem bello
et senectutem Nobilis Andree de Starosnyedlze Terrigene nostri Radomien atten
ta consiliariorum nostrorum peticionibus pro parte eiusdem Andree nobis oblatis
Annuentes ipsum de certis sciencia et gratia Regiis nostris de Consilio que et consensu
eorundem Consiliariorum nostrorum ab omni Expedicione bellica generali et particulari
in Regno nostro contra quoscumque hostes instituta et instituen sub condicione infra
scripta Liberandum et absolvendum duximus Liberamus que et absolvimus presentibus Ita
tamen quod licet ipse Andreas in propria persona bellicam Expedicionem non
intrierit Tamen vice et loco sui de omnibus bonis suis de quibus ad ipsam
Expedicionem more aliorum Terrigenarum obligatur pro eiusmodi Expedicione
bellica tociens quociens opus fuerit expeditumus erit Tamdiu donec vita aget
Quocirca vobis omnibus et singulis dignitariis et officialibus ceterisque subditis
nostris Terre Sandomirien mandamus habere volen quatenus prefatum Andream
occasione huiusmodi expedicionis bellice a qua per nos sic ut premisimus li-
beratus est non inquietetis nec quovismodo inquietari permittatis harum quibus
etc. Datum in Conventione generali Radomien feria sexta proxima ante fen-
testhes Anno domini millesimoquingentesimoquinto Regni nostri anno quarto

Anno

Donacio Burgrabiat

Anno et loco quibus supra feria quarta infra octavas Corporis Christi Annotata
est Donacio Burgrabiatus

Confirmacio gnalis Iuriu Terris in Conuencon Radomien gnali. atq data 1505

Vol. Leg. I f. 288

La

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Regnancium et Im
perancium auspicia feliciora semper eveniunt dum quod sacris suis proferunt et
promittunt oraculis pro iure et iustitia consolacione quoque subditorum fideliter tenendum
id litteris etiam perpetuis firmiant et posterorum noticie commendent eius perpetuo dura:
turum Proinde nos Alexander etc. Significamus tenore etc. Quoniam licet in sacris
Maiestatis Regie nostre primiciis dum vtique principes spirituales et seculares
ceteri quoque prelati barones et regnicole nostre felici aderant coronacioni vniuersa
privilegia per divos olim antecessores nostros principes duces reges et per
nos post felicem coronacionem nostram regno Polonie eiusque regnicolis concessa
promisimus inviolabiliter tenere Tamen propter maiorem eorum firmitatem
annuentes votis consiliariorum nostrorum et nunciorum Terrarum ex vniuersis regni Terris
in hac conuencione existencium: eorumque peticionibus et adhortacionibus permoti:
non per errorem vel improvide aut indeliberate: Sed ex speciali virtute et
munificencia regiis nostris per litteras perhennes presentes nostras / promissione
illam nostram solidiorem firmioremque efficere cupien(tes) / vniuersarum terrarum
nostrarum ac vniuersorum et singulorum incolarum Terrarum earundem cuiuscunque status
sexus condicionis et ordinis existencium privilegia indulta munimenta statuta
donaciones libertates prerogativas immunitates et quaslibet vendiciones ac dona
ciones inscripciones sub quibuscumque verborum tenoribus modis consuetudini
bus atque dictis per Illustrissimos ac Serenissimos predecessores nostros principes
reges reginas heredes et duces Polonie et per nosipsos regno Polonie ac predictis
et aliis vniuersis terris iuste et legittime datas donatas concessas et emanatas ac
data donata concessa vendita et emanata tenta que et observata quorum et quarum
tenores hic haberi volumus pro insertis in omnibus ipsorum et ipsarum modis punctis
articulis clausulis condicionibus et consuetudinibus roboranda confirmanda et gra:
tificanda ac roborandas confirmandas et gratificandas duximus et decrevimus
roboramus confirmamus et gratificamus presentis que scripti patrocinio firmamusque
approbamus illa et illas vere perpetue indubie et in eorum inviolabiles firmitatis
robur obtinere promitten(tes) sub iuramento nostro quod in predicta felici coronacione
nostra corporaliter prestitimus illas et illa ac quodlibet illorum illarumque in omnibus
predictis eorum earumque modis consuetudinibus posicionibus descripcionibus articulis
punctis et condicionibus firmiter inconcusse et inviolabiliter tenere habere et
observare teneri quoque haberi et observari facere temporibus perpetuis duraturis
Et si aliquid contra libertates privilegia immunitates et iura prefata regni fece
rimus illud totum cassum ~~ac~~ irritum manere nullumque esse volumus ac decernimus
ipso facto atque irritamus et cassamus tenore presencium mediante In cuius rei etc.

Actum in conventione generali Radomien sabbato Invencionis sancte Crucis
Anno domini millesimoquingentesimoquinto Regni nostri quarto Presentibus Reveren:
dissimo et Reverendis in Christo patribus dominis Andrea Archiepiscopo Gneznen et pri
mate Bernardino Electo Leopolien Johanne Cracovien Vincencio Wladislavien
Johanne Poznanien et Luca Varmien Ecclesiarum Episcopis necnon magnificis vene:
rabilibus et Generosis Spitkone de Jaroslaw Castellano Cracovien Johanne de
Tarnow Sandomirien Nicolao Gardzyna de Ludbrancz Calissien Petro Myschko
wski de Mirow Lancicien Nicolao de Coszczielecz Bregesten Nicolao de Crethkow
Junivladislavien Johanne de Tarnow Russie Nicolao de Chmyelowanski Lublinen
Prandotha de Thrczanya Ravien palatinis Johanne Jarand de Brudzow Calissi:
ensi Johanne de Przeramb Siradien Janussio Lathalski Gneznen Johanne Sto:
peczki Sandecz Jacobo de Szczekluka Voynicen Petro Schaffranyecz de Pieschko
waskala Visliczien Johanne Jordan de Zaklyczyn Biecen Stanislao de Mlodziejowice
Radomien Martino Skothniczki de Bogurya Zawichosten Stanislao de Pothulicze
Miedzirzeczen Petro de Opalyenycza Landen Petro Gorski Naklen Nicolao de
Radzikow Dobrynen Petro de Ssremyglow Ravien Paulo de Chodcza Polanecz
Castellanis Johanne de Lassko Ecclesie Gneznen et Regni Polonie Cancellario Ja:
cobo de Schidlowyecz Thezaurario Regni eiusdem Alberto Gorski Scolastico
Wladislavien Nicolao de Karthmiki Custode Ploczen Ecclesiarum Secretariis nostris
Nicolao Ffirlen de Dambrowicza vexillifero Cracovien ac Capitaneo Lublinen
Stanislao Walczek de Lyrbyen Leopolien Alberto Skora de Gay Dobrinen Stanislao
de Kazanow Lublinen Succamerariis Ceterisque Consiliariis et Curien nostris
ad premissa testibus fidedignis Sincere et fidelibus dilectis Datum per manus
eiusdem venerabilis Johannis de Lassko Ecclesie Gneznen et Regni Polonie Cancel
larii Sincere nobis dilecti

Inscriptio in Janusschewicze

Alexander dei gratia etc. Significamus etc. Quia propter fidelia servicia Nobilis
Jeronimi Rarka de Sokolthnicza Serenissime domine Elizabeth eadem gratia Regine Polonie
genitricis nostre carissime Cubicularii que Sue Serenitati a multis temporibus fideliter
obsequiose que exhibet Sibi de speciali gratia nostra Centum quinquaginta marcas monete
et numeri polonicalium consvetur quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computando
in et super sorte bonorum Regalium vgt ville Janusschewicze tenute sue inscribendas duximus
inscribimusque presentibus per ipsum Jeronimum et eius Legittimam posteritatem Sorte iuxta
vim tenorem et continenciam Literarum et inscriptionum originalium super bona eadem nostra
eidem Jeronimo aut eius antecessoribus per nos aut antecessores nostros iuste datarum tenendam habendam
possidendam pacifice et quiete tam diu quousque predicta Summa Centum quinquaginta marcarum una
cum aliis summis in eadem sorte tam iuste et licitte inscriptis eidem Jeronimo seu successoribus
suis per nos aut successores nostros fuerit exoluta quibus solutis possessio predicte sortis Janu:
schewicze ad nos et successores nostros redibit et convertetur pleno iure iuribus nostris semper salvis
harum etc. Datum in conventione Radomien feria quinta festi Ascensionis domini Anno domini 1505

Eodem die eidem Jeronimo Kawgizki datus est consensus ad eximendum sortem
in eadem villa Janusthowicze de manibus Nobilis Johannis Losch iuxta formam
Cancellarie consuetam

Consensus exime[ndi] Razasz

Anno domini millesimoquingentesimoquinto feria sexta proxima ante festum
penthecostes Datus est consensus Generoso procopio Sznepski eximendi opidum
Razasch in terra plozensi situm cum villis ad illud ex antiquo pertinentibus de
manibus venerabilis Johannis Cossobinzki Cancellarii Ecclesie ~~Gneznen~~ plozensis
iuxta vim et formam cancellarie consueta[m]

Molend. ville Thszow

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Contingit sepenumero ea
que industria humana posteritati commendantur memorie variis casuum eventibus demoliri
Sic quod in perpetuam oblitteracionem confusionemque deduci nisi debito eius industrie ammiminiculo
in pristinum statum et robur perpetuum redintegrantur Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Signi
ficamus tenore presentium etc Quomodo dum coram Maiestate nostra Nobilis Nicolaus Zawacki
Molendinator molendini Ruda dicti in villa Thszow Capitaneatus Radomien siti exposuisset
qualiter infausto ignis eventu cum nonnulle domus in Zedlna cremarentur exustum simul
esset privilegium fundacionis molendini predicti quod ille predecessor suus in deposito
habuit ob eam causam ipse Nicolaus modernus molendini illius possessor supplicavit nobis
ut novum sibi privilegium super molendino huiusmodi denuo dare dignaremur Cuius
quidem molendinatoris humilibus annuen[tes] peticionibus prius Tamen per Magnificum petrum
Sthaffranyecz de Prechkowaskala Castellanum Visliczien et Capitaneum Radomien informati
ad plenum existentes de omni molendini possessione predicti ex singulari benignitate et gratia
Regis nostris privilegium presens nostrum de consilio consiliariorum nostrorum Nicolao predicto
et suis successoribus decrevimus innovandum ac denuo dandum innovamus quod et denuo
damus tenore presentium mediante dantes donantes et concedentes ipsi Nicolao et suis succes-
soribus legittimis universas et singulas utilitates emolumenta et pertinentias ex antiquo
ad molendinum illud pertinentes et pertinentia videlicet duo prata unum quod est inter silvam
rotundam et aliam silvam dictam Grodzisko aliud vero pratum a silva Opusthi
ex utraque parte fluvii usque ad aggerem molendini predicti situm Item ortos duos ad idem
molendinum consistentes Que omnia dicto Molendino ascribimus incorporamus et appropriamus
decernentes ea per ipsum molendinatorem et successores suos possideri et utifrui pacifice
Racione quorum omnium ipse et sui posteri nobis et successoribus nostris ex eo ipso molendino
annis singulis octo modios alias spadi siliginis et unum modium brasei dare unumque porcum
annis singulis nutrire debebunt et tenebuntur Similiter in curia nostra ibidem in Thszow
ipse et sui successores ~~tenebuntur~~ obligabuntur mensas scanna scabella et alia rimia

minantia reformare et reparare In quo molendino meo et non alibi villarum
nostrarum Thlczow et Barthodzeie incole omnis generis frumenta molere debeant
Qui etiam aggerem eiusdem molendini violente necessitatis tempore instaurare tenebun-
tur totiens quotiens necesse fuerit Molendini vero et ipsius instrumentorum et
necessariorum omnium ipse Nicolaus successores que sui curam habebunt et id reformabunt
Quodquidem molendinum prefatus Nicolaus et eius posteri iure hereditario habebunt
tenebunt pacifice et quiete possidebunt cum potestate vendendi commutandi alienandi
et in proprios usus nostro tamen consensu accedente convertendi ut sibi et eius posteritati
melius et comodius videbitur expedire decernentes premissa omnia roboris esse perpetui
tenore presentium mediante In cuius rei testimonium etc Actum in conventione generali
Radomiensi Sabbato ante festum penthecostes proximo Anno domini 1505 presentibus
Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus ut proxime supra testibus

Spoth non dat exitum de bonis Sthum ad quatuor annos

Vacat Alexander etc Significamus tenore etc Quod licet decrevissemus bona nostra re-
galia Sthum in terris Prussie et districtu Marienburgensi iacentia de manibus Ge-
nerosi Spoth Castellani Gdanensis illorum bonorum tenutarii redimere Tamen ad vota
prelatorum et baronum universorum hic nobiscum agentium Eundem prefatum Nicolaum in tenuta
prefata bonorum nostrorum Sthum conservandum duximus eum que de illis a festo Sancti
Johannis baptiste proxime venturo per decursum quatuor annorum neque redimemus
neque redimi consentiemus volentes decernendo quod ipsa bona per eum teneri sicut ea
nobis Regis obtinuit cum illa redemit usque ad exemptionem per nos et successores nostros
faciendam Cuius post decursum quadrige quadriennii Si eum redimere voluerimus
facta sibi ratione super summis pecuniarum iuste ad eum pertinentibus solutis que tandem
possessio eorundem bonorum ad nos devolvetur pleno iure Salvis per omnia iuribus
consuetis nostris harum quibus etc Datum in conventione generali Radomiensi feria sexta
in crastino Sancti Stanislai Anno domini millesimoquingentesimoquinto

Consensus Spot redimendi Stargarth

Vacat Alexander dei gratia Rex Polonie magnusdux etc Significamus etc Quia attentis
fidelibus servitiis et gratuitis obsequiis quibus antea nobis Generosus Nicolaus Spoth
castellanus Gdanensis placuit et auctis fidelitatis studiis et plussolito in futurum pla-
cere poterit horum intuitu volentes ipsum reddere consolatum et ad servitia futura
nostra efficere promptiorem sibi bona nostra Regalia Stargard in terris Prussie
et districtu Marienburgensi consistentia de manibus Nobilis Gertrudis relicte olim
Nobilis Mathie Preusschaw eorum tenutarii et puerorum ac consanguineorum prefati
quorum que successorum eius in summis pecuniarum per nos aut predecessores nostros

iuste et legittime inscriptis redimere admisimus et consensimus admittimusque et consentimus tenore presencium mediante per ipsum Nicolaum Castellanum et suos successores bona predicta nostra Stargard iuxta continenciam et effectum litterarum originalium desuper habitarum tenendum habendum utifruendum pacifice et quiete possidendum tamdiu quousque sibi aut suis posteris summe pecuniarum in ipsis bonis iuste et legittime inscripte fuerint per nos aut successores nostros plenarie solute Quo facto tamen possessio illorum bonorum ad nos aut nostros successores redibit pleno iure Volentes insuper prefatum Nicolaum Castellanum speciali gracia nostra et prerogativa prosequi pollicemur presentibus Quia ipsum Nicolaum Castellanum interim donec vitam aget in humanis nulli hominum cuiuscunque status sexus et condicionis existentis de eisdem bonis Stargard redimere consentiemus nisi nosipsi pro mensa nostra regia et sumptibus propriis vellemus facere Licebit nobis etiam et successoribus nostris illud propriis pecuniis nostris de eisdem bonis redimere quandocunque voluerimus successores que nostri voluerint Iuribus nostris regalibus salvis per omnia remanentibus harum quibus sigillum nostrum est Datum in conventione generali Radomiensi sabbato ante penthecostes proximo Anno domini millesimoquingentesimoquinto Regni nostri quarto

Lossige

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Legalis cinglit regiminis operum effectus tunc precipue sperantur meliores futuri dum irracionales que consuetudines non modo legi divine verumetiam iuri naturali in regendo humano genere contrarie obrogantur Ea quoque constituuntur que salutem confirmant humanam que meliore immortalibus afferunt condicionem que utcunque id quod firmum quod regnum seu ducale est perpetuo tempore dictarent Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie Magnusdux Lithuanie Russie Prussie Samogithie etc. dominus et heres etc. Significamus tenore presencium etc. Quia dum nomine providorum Opidi nostri Lossinge Lithuanie incolarum expositum nobis quod nimium gravarentur solucione denariorum et novorum constitucione onerum per eos qui pro tempore nomine nostro eis presidere consueverunt presertim vero per capitaneos Mielnicenses et vicesgerentes eorum pro tempore existentes et alios officiales nostros a quibus se vel iuris vel privilegii alicuius patrocinio suffragante se tueri eximere minime possent nisi iuris Theuthunici et speciali privilegiata concessione aliis civitatibus et opidis bono ordine vertis ius illud habentibus premuniti essent Quamobrem supliciter nos rogaverunt ut super hoc eis graciose providere et tam nostra quam eorum apud eos condicionem facere dignaremur meliorem Unde perpendentes ex eorum augmento nostrorum profectuum incrementum procul dubio nos habituros eis vero decrescentibus nostros etiam proventus defecturos providere que cupientes ut ad ipsorum incolarum iustitie administracio ac iuris et nove constitucionis melioris concessio frequenciam adduceret aliorum Ex qua nos quoque incrementum in proventibus nostris ipsi quoque in eorum statu

Ex

condicionem habituri essent meliorem de speciali gracia benignitate ac libe
racione Regia nostris prefatum opidum nostrum Lossycze prout situs in limitib(us)
et graniciebus consistit de iure Lithuanico Ruthenico et quovis alio in Jus Theu
thonicum quod Maydemburgen(se) dicitur transponimus et transferimus tenore presen(cium)
mediante temporibus perpetuo duratur(um) Removentes ibi(dem) omnia Jura Lithuanica
Ruthenica et quevis alia pravis et irracionabilibus moribus introducta ac modos
et consuetudines universas que ipsum Jus Theuthonicum consueverunt plerumque per
turbare ac impedire Et propterea universos et singulos dicti opidi nostri incolas
presentes et futuros ab omni Jurisdicione et potestate om(n)i(um) et singulorum Magni Du-
catus nostri Lithuanie palatinorum Castellanorum Capitaneorum Tenutariorum Burgrabi-
orum Vicecapitaneorum seu vicesgerencium Judicum Subiudicum aliorumque dignitariorum
et ministerialium eorum alias Dzeczki Eximimus et liberamus eos que Juri et Judicio
Juris theutonici predicti subicimus decernendo quod ad instanciam quarumlibet personarum
cuiuscumque status et condicionis existencium pro causis tam magnis quam parvis puta
furti Incendii homicidii membrorum mutilacionis et aliis quibusvis enormibus casib(us)
et excessibus citati Coram ipsis aut ipsorum aliquo minime respondere aut comparere
neque Capitanei et vicesgerentes presertim Myelnyczen(ses) et illius opidi Lossycze aut alii digni-
tarii et officiales nostri ac ministeriales alias dzieczki contra eos decernere ac penas
aliquas dzieczkye aut aliam ipsi opidani solvere tenebuntur Sed ipsi incole uni-
versi opidi eiusdem dumtaxat coram advocato suo pro tempore existenti pro omnib(us)
causis predictis atque aliis Advocatus vero coram nobis et successoribus nostris vel
cui eum commiserimus Judicandum Litteris et sigillo nostris citatus comparere et Jure
Theuthonico accusantibus eum respondere debeant Cui Advocato pro tempore apud
nos existenti In omnibus predictis et aliis Criminalibus et Civilibus causis
ac eventibus in opido ipso et graniciebus eius contingen(tibus) Judicandi sentenciandi
diffiniendi corrigendi puniendi et plectendi damus facultate(m) plenariam prout
hoc ipsum Jus Theutonicum in suis capitulis punctis et articulis postulat et requirit
Omnem difficultatem et ambiguitatem que de preconsule eligendo et instituendo
oriebatur et ne in futurum quomodolibet oreretur tollere cupientes Eidem Advocato et
communitati predicti opidi plenam concedimus facultatem Singulis annis temporib(us)
consuetis ipsum preconsulem unacum aliis consules eligendi et instituendi Insuper vo-
lentes eiusdem opidi nostri facere condicionem meliorem ut sub nostro felici regimine
feliciora capiat incrementa Concedimus et statuimus quatuor annis singulis nundinas
in eo iuxta solitum peragendas Primas pro festo Sancti Johannis Baptiste Secundas
pro festo Sancte Margarethe Tercias pro festo assumpcionis gloriosissime virginis Ma-
rie Quartas vero pro festo Sancti Michaelis Sine tamen preiudicio aliorum opidorum
in Terra Drohiczen(si) et districtu Myelnyczen(si) existencium Ad quasquidem nundinas ho-
minibus cuiusvis status sexus et condicionis mercatoribusque undecumque cum omnib(us)
mercibus et rebus venalibus omnimodam et plenam securitatem et potestatem
damus et concedimus libere veniendi et eque in eo sedendi nisi tales sint quos
iura non tuentur et quibus merito fidelium denegantur consorcium damus denique
eis pretorium in loco digniori sub eo quod aliqua macella cum camera vasoria seu

tonsoria panni demo construendi facultatem in Reliquis aut omnibus Iuribus consuetudinibus et Libertatibus quibus ex antiquo ipsi opidani de Lossinze gaudere consueverunt Volumus et decernimus eos conservari ac per Capitaneos nostros Myedmizen pro tempore existen tueri iustitia mediante et Iuribus nostris conrectis Salvis Que omnia et singula premissa decernimus firmi ac perpetui roboris esse In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum Actum et datum in Radom Sabbato in pro festo penthecostes Anno domini millesimoquingentesimoquinto presentibus ibidem Reverendo in Christo patre domino Necnon Magnificis et Generosis Martino Myedmizen Epo Domino Michaele Hlinski Hlowny Marschalco Curie nostre Stanislao Hlebowicz Poloczen Capitaneo Johanni Sopiha Magniducatus nostri Marschalco Johanne Sthegkowicz Drohigen et Janussio Wladimirien Capitaneis et aliis quamplurimis Consiliariis et Curien nostris Magniducatus nostri indigenis sincere et fidelibus dilectis testibus ad premissa

Modezicz

Alexander dei gratia rex et Significamus etc Quia constitutus personaliter coram nobis Nobilis Laurencius Vagowski exhibitis binis Litteris infrascriptis duabus sigillo et titulo olim patris nostri Regis . . . inuntis consensum et inscriptionem centum et quinquaginta septem marcarum pecuniarum in villa nostra Modezicz in terra premislien sita factam in se continentibus Terciis vero sigillis et titulis Iudicis et Subiudicis Terre premislien obsignatis etiam inscriptionem octuaginta marcarum in predicta villa in se continen petiit eas propter maiorem securitatem et certitudinem per nos confirmari Innovari et approbari Quarum sequitur tenor Kazimirus dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lithuanie Russie Prussie que dominus et heres etc Significamus tenore presentium quibus expedit universis Quia Nobili Georgio Vagowski fideli nostro dilecto propter ipsius in nos merita et servitia villam nostram Modezicz in terra premislien et districtu Drohobiczen de manibus nobilium Jurkonis et Iwaskonis germanorum Tustanowszki inuentatorum In eisdem pecuniarum summis in quibus eisdem germanis per nos inscripta et obligata existit Eximendam redimendam que consensimus et admisimus consentimus que et admittimus tenore presentium mediante Ita tamen quod summa pecuniarum per eundem Georgium Vagowski danda summam per prius inscriptam non excedat neque excrescat per eundem Vagowski et Successores ipsius Legittimos villam predictam nostram Modezicz cum omnibus censibus redditibus et obventionibus iuxta continentiam Litterarum nostrarum eisdem Jurkoni et Iwaskoni datarum et concessarum tenendam habendam possidendam et utifruendam tamdiu quousque summa pecuniarum in eadem villa eo ut premittitur modo inscripta prefato Vagowski aut Successoribus ipsius Legittimis per nos vel Successores nostros esset in toto exoluta qua soluta eius possessio ad nos vel Successores nostros redibit pleno iure Iuribus et Statutis meis salvis remanentibus In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum XG.

Datum in Conventione Lubliniensi feria tercia post festum Sancti Valentini Anno
domini millesimoquadringentesimo octuagesimoquarto Crestaus Cancellarius sst Kazimirus
dei gracia Rex Polonie Magnusdux Lithwanie Russie Prussie que dominus et heres etc
Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis Ex Nobili Georgio Vagowski
Terrigene nostro et Tenutario bonorum nostrorum ville regalis Modrzycz in Terra
Premisliensi et districtu Drohobiczensi sitte per eum de manibus Nobilium Jurkonis
et Iwaskonis Tustanowski germanorum exemptis propter seruicia ipsius nobis
impensa ville eiusdem medietatem Nobili Iwaskoni Tustanowski predicto in centum
Septuaginta et quinque marcis pecuniarum monete et numeri polonicalium quadraginta
et octo grossos marcam in quamlibet computando Ita tamen quod summa hec Capita-
lem summam in villa per nos inscripta non excedat Inscribendi et obligandi
consensimus et admisimus consentimusque et admittimus tenore presentium mediate
per ipsum Iwaskonem et successores ipsius eiusdem ville Modrzycz medietatem in
predicta pecuniarum summa cum omnibus medietatis ville predicte obvencionibus iuxta
priorum Literarum nostrarum continenciam Tenendi habendi et possidendi pacifice et quiete
vsque ad dicte summe solucionem per nos vel successores nostros faciendam qua exo-
luta possessio medietatis ville eiusdem ad nos et successores nostros redibit pleno iure
Iuribus et ordinacionibus nostris permanentibus saluis In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus est subappensum Datum in Conventione Lubliniensi feria quarta
ante festum Sancti Petri ad Cathedram Anno domini millesimoquadringentesimo
octuagesimoquarto Crestaus Cancellarius ~~sst~~ sst Nos Jacobus de Gesthazicze Iudex
et Raphael de Prochnik Subiudex Terrestres Premislienses generales Significamus tenore
presentium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris harum notitiam habituris Quomodo
veniens personaliter ad acta Terrestria et Iudicium Terrestre Nobilis Georgius Modrzycki
non compulsus nec coactus nec aliquo errore deceptus circumventus Sanus mente
pariter et corpore publice recognovit quia obligauit et inscripsit quinque areas alias Dwo-
rzyska in villa Modrzycz sortis sue Nobili Georgio Vagowski in octuaginta marcis
pecunie communis in Regno currentis marcam in quamlibet quadraginta et octo
grossos computando In quibus areis resident Pakowskye Drobowske Isanowske Holowska
Dolhinsthowskye medium et mediam aream quam sibi ipse Georgius Vagowski ele-
gerit et Turrim magnam super tres Czganii et piscinam quam ambo debent
insimul reformare et simul eadem vti Quasquidem areas cum Turri et piscina prefatus
Georgius Vagowski tenebit habebit et possidebit cum omni Iure dominio et propri-
etate Censibus Laboribus prouentibus fructibus vtilitatibus vniuersis agris pratis
campis siluis mericis Indaginibus Sareptis virgultis pascuis mellificiis et debet
ipsum tueri et intercedere a quolibet persona Sexus et status vtriusque Iuxta iuris
formam et consuetudinem Terrestrem prout ad aliquam personam prescripcio Terre-
stris spectat et iam sibi omnia munimenta et priuilegia ac literas Regie maiestatis in
manus dedit Casu vero quo ipsa bona per Regiam maiestatem exemere contigerit Ex
tunc principaliter ipsi domino Georgio Vagowski octuaginta marcas persolui
debent et iam sibi dedit realem et actualem ~~possessionem~~ intromissionem in easdem
areas per ministerialem Terrestrem super quo memoriale positum est quod

Judicium recepit In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa
Actum et datum premislie feria quarta in crastino Sancti Stanislai in Maio Anno
domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo presentibus Generosis et No
bilibus Nicolasio Herbortth Tribuno Samborien Michaele Czegowski Stanislao Lads
thomiski Johanne Jazman Sliwniczki Andrea Waporski Andrea Rogborski
et aliis quamplurimis fidedignis circa premissa Itaque nos peticionibus prefati
Wagowski permoti sibi litteras premissas de certis Summa et grana Regiis
nostris confirmandum innovandum et approbandum duximus confirmamusque innovamus
et approbamus decernendo illas valere ac in omnibus punctis articulis condicionibus
et clausulis toto quo earum tenore valere et robur debite firmitatis obtinere tenore
presencium mediante preterea propter fidelia servicia eiusdem Georgii Wagowski
et paterne et fraterne olim Maiestatibus nostris Regibus exhibita sibi consensum
Regum nostrum villam predictam nostram Modrzycz cuicumque subdito fideli nostro
et presertim Nobili Wassko Tusthanowski Nalzorami? obligandi et inscribendi prebuimus
et concessimus prebemusque et concedimus presentibus Ita tamen ne Summa
pecuniaria iuste in eadem villa inscripta inter redimendum augeatur per ipsum cui
hecipsa villa obligabitur et presertim per Wassko et suos successores iuxta vim et
effectum tam suprascriptarum quam aliarum originalium Litterarum iuste desuper habitarum
tenendum habendum possidendumque pacifice Tamdiu donec pecuniaria summa iuste et legittime
in eadem villa inscripte per nos et Successores nostros simul et in toto eidem Wasskoni
vel alteri cui obligabitur vel Successoribus eius solventur Quo facto possessio tandem
ville predicte ad nos et Successores nostros redibit pleno Jure Iuribus nostris
Salvis remanentibus Harum etc Datum in Conventione generali Radomiensi Die
dominico Penthecostes Anno domini millesimo quingentesimo quinto

Telon Lublin

Alexander dei gratia Rex polonie etc Significamus etc Quia peticionibus Rpl
Nobilis Andree Sadlezka? Consulis et thelonearorum nostri Lublinensis an
nuentes litteras inscripcionis thelonei nostri predicti Lublinensis quod consen
ciente nostro de manibus Joannis Knoz tenuit atque possidet quod Registri
Cancellarie nostre eidem Andree dandum duximus decrevimus quarum tenor sequitur
Alexander dei gratia Rex polonie etc quarum tenor habetur in registro
Serch? sub data Vilne in vigilia Visitacionis Marie Anno domini
1503 Regni vero anno secundo etc Itaque nos perpendentes peticiones
prenominati Andree iustas esse litteras prescriptas quod Registro habendo nostro sibi
dari Mandavimus easque presentibus approbamus et confirmamus approbamus
et confirmamus volentes decernentes quod presentibus quantum robur debite
firmitatis obtineant sic ut sub annullari? Sigillo nostro originali
concesse extitissent Harum quibus Sigillum etc Datum in Conventione generali
Radomiensi feria sexta in crastino sancti Floriani Anno domini 1505

Reformacio dotis in Curzeschin

vij A Lexander dei gra rex polonie magnus dux etc Significamus tenore presencium
etc Quia ammuen peticionibus pro parte Nobilis hedwigis de Narpia Nobilis
olim Simonis de Vilkowije relicte nobis porrectis Sibi de specialj gracia ac
Clemencia Regijs nostris consensum nostrum Regium super certa Summa pecuniarum
quam idem olim Simon prefate hedwigi racione reformacionis dotis et dotalicij
in certa sorte sua ville nostre Regie Curzeschin in Terra Rawen consisten absque consen-
su nostro inscripsit et reformavit dandum et concedendum duximus quem damus et
concedimus presentibus ita tamen quod ipsa Summa pecuniarum dicte hedwigi reformata
non sit maior Summis sortem dicti olim Simonis concernen in originalibus litteris
iuste inscriptis Detinendam per ipsam hedwigim et suos Legittimos Successores pre
dictam sortem in Curzeschin iuxta omnem continenciam et effectum originalium
Literarum ac suprascripte reformacionis tenendam habendam possidendam ac pacifice et quiete
utifruendam et cuicunque fidelj nostro incole et indigene regni nostri in eisdem pecuniarum
Summis iuste sibi inscriptarum parimodo citra augmentum summarum originaliter
inscriptarum eandem sortem consensu nostro ad id accedente quem ex nunc
Sibi prebemus ac concedimus presentibus inscribendum per illum quod cui inscripcionem
eiusmodi faceret similiter teneri per ipsam hedwigim tenendam habendam et possidendam
Tamdiu donec summa pecuniarum eandem sortem per dictum olim Simonem dicte hed-
wigi reformata concernens summam pecuniarum in originalibus litteris inscripcionum
contentam non excedens per nos aut Successores nostros exoluta ad plenum fuerit
Quo facto possessio tandem eiusdem sortis in Curzeschin ad nos et Successores nostros
redibit ac devolvetur pleno iure Juribus nostris semper salvis remanentibus
harum quibus etc Datum in conventione generali Radomien feria sexta infra octavas
Ascensionis domini Anno eiusdem millesimo quingentesimo quinto

Inscriptio in Colo

Ex Alexander dei gra Rex polonie etc Significamus tenore presencium
quibus expedit universis presentibus et futuris quia certa racione
tum Generoso Georgio de paludia Tenutario nostro Colen pro serviciis
nobis per eum impensis remansimus ei debitores in Mille septingentis
florenis hungaricalibus quolibet floreno pro marcham sexagenam
computatis currente in Regno nostro moneta quam summam Mille
septingentorum florenorum in moneta et numero predictis Georgio et
suis legittimis successoribus in bonis nostris Colen Tenute sue inscribimus
pro ipsum et suos successores iuxta literarum priorum ad eadem bona
bona nostra iuste datarum omnem tenorem et effectum Tenendum et possidendum
usque quo sibi successoribus que suis eadem summa Mille septingentorum flor-
enorum aliisque summis in eisdem bonis iuste inscriptis per nos et successores nostros
nostros soluta esset quo facto tandem possessio eorundem bonorum ad nos
successoresque nostros devolvetur pleno iure Salvis per omnia iuribus nostris harum
quibus Sigillum nostrum est subappressum Testimonio literarum dat in Conventione
Radomien generali feria sexta ante festum penthecostes Anno domini Millesimo
quingentesimo quinto Regni nostri quarto

In ... Ratyno ...

Alexander dei gratia rex Polonie etc. Significamus tenore etc. Quia consti-
tutus in presentia Generosus Jacobus Sneklugzki Castellanus Woinigen et Capitan
Bregen supplicavit nobis ut binas lras infrascriptas de anullari sigillo quod
nobiscum deferimus ad nostrum maius sigillum transferri et transcribi dignaremur
Quarum sequuntur tenores Alexander dei gratia Rex Polonie magnus dux Lithwanie
Russie prussie q. dnus et heres Significamus etc. Quia racionem habentes servi-
ciorum Generosi Jacobi Sneklugzki Castellani Bregen fidelis nostri dilecti per
ipsum olim Serenissimo genitori nostro et post mortem eius tam nobis quam ger-
manis nostris usque ad presens fideliter constanter q. et diu exhibitorum pro quibus
eum consolatum reddere cupientes sibi de speciali gratia et liberalitate Regiis nostris
Quingentos florenos monete et numeri in Regno currentis ... exemptio
facta fuerit cum eventum in et super bonis nostris Rathno Territe sive inscribendum
duximus et inscribimus presentibus per ipsum et successores suos iuxta vim tenoris
et condiciones Lrarum sibi per nos super ead. bona nostra iuste et legittime pri-
datarum tenendum habendum et possidendum pacifice usque ad exemptionem per nos et successo-
res nostros faciendam Qua facta possessio bonorum illorum nostrorum ad nos revertet
pleno iure salvis iuribus nostris harum quibus sigillum nostrum secreti nostri
presentibus est appensum testimonio Lrarum Datum Cracovie feria quarta in (ra-
stino) Sancti Thome apostoli Anno domini millesimo quingentesimo primo Regni
nostri anno primo Alexander etc. Significamus etc. Quia satisfacientes
pro impensis et expensis Generoso Jacobo Sneklugzki Castellano Woinigen Capitaneo
Bregen et Terrarum in Rathno que ad Serenissimum dominum Vladislaum Hungarie
Regem in nostris et Reipublice negociis itinera obeundo et ibidem nra et Reipublice
negotia pro voto nro expediendo impendit sibi quingentos florenos Hungarica-
les in auro et pondere bonis in et super bonis nostris Rathno Territe sive inscri-
bendos duximus et inscribimus tenore presentium mediante adiungendo prefatos
quingentos florenos aliis summis sibi per nos et antecessores nostros ibidem
inscriptis per ipsum Jacobum et ipsius legittimos successores bona prefata Rathno
iuxta vim et ~~effectum~~ ... Litterarum originalium super illa bona iuste datarum
tenendum habendum possidendum pacifice et quiete usque ad prefatorum quingentorum florenorum
et aliarum summarum in aliis Lris super illa bona iuste datis solutionem Qua soluta
possessio bonorum prefatorum ad nos et successores nostros pleno iure redibit iuribus
nostris semper salvis harum quibus sigillum nostrum anullare est subappensum testimonio
Datum Vilne Sabbato post Sancti Egidii proximo Anno domini millesimo quingentesimo tercio
Regni nostri secundo Alexander dei gratia Rex manu propria sst. Nos itaque cons(ensu)

Jacobi annuentes votis litteras premissas per nos ei superiori tempore con-
cessas de consilio consiliariorum nostrorum ex sigillo annulari in maius sigil-
lum cancellariatus transferri et transscribi mandavimus in presentes decernen-
tes ipsas presentes cum premissis robur debite firmitatis obtinere tenore
presentium mediante harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio
litterarum. Datum in conventione generali Radomiensi feria tercia festi penthecostes
anno domini millesimoquingentesimoquinto regni nostri quarto

Littera moratoria

Alexander etc. Moratoria.

Significamus tenore presentium etc. Quia cum ex relatione certorum consiliario-
rum nostrorum intellexissemus famosum Conradum Vuthbrunvalth proconsulem Varschovien-
sem vero olim civem subditum nostrum mercaturam exercentem adverse fortune
eventu afflictum fuisse ea potissimum de re quod dum adhuc preclare memorie Johannes
dux Mazovie in terris vitam ageret nonnulli nobilium ac sue preclaritatis
curiensium nonnullas ei promissiones de debitis fecerunt pro certis rebus mercantiarum
apud eum receptis solvendis quarum solutionem usque modo sibi non impenderunt
Ipse vero rerum illarum et mercium certis creditoribus a quibus eas habuit soluti-
ones debet. Unde licet ipse libenter vellet esse solvendo et satisfaciendo Tamen
quia aliter fieri non poterit donec sibi induciae concederentur sub quibus ut hiis
creditoribus satisfaceret ut cum ipsis terminos ulteriores differret ad se recolligendum
et debitis creditis satisfaciendum. Eorum itaque consiliariorum nostrorum precibus moti
sibi de speciali gratia liberalitate et auctoritate regiis nostris libertatem et salvum
conductum regni nostri hinc ad quatuor annorum terminum continue se sequentium
dandum et largiendum duximus damusque et largimur presentibus. Eo modo et conditione
ut quidquid debitorum et rerum mercantiarum sub data nostre huius communitatis quovismodo
~~et conditione ut quidquid debitorum et rerum mercantiarum~~ quomodocumque contraxerit
illud ab hac nostri induti et salviconductus inclusione alienum esse volumus sed
tantummodo eundem Conradum liberamus et eximimus ab omni insultu impeticioneque
creditorum occasione quorumcumque debitorum cum ipsis ante hanc nostram communitatis
concessionem ex quacumque causa contractorum ac iurisdictione et potestate universorum iudi-
cum subiudicum subditorum nostrorum tam in regno quam in magno ducatu Lithvanie
cuiusvis status ordinis sexus et conditionis existentium sic quod nullatenus prefatum
Conradum occasione quorumcumque debitorum ex quacumque causa contractorum ad instantiam
cuiusvis iudicare arrestare seu detinere poterint aut debeant. Quocirca vobis omnibus
et singulis palatinis castellanis iudicibus subiudicibus vicecapitaneis burgrabiis
proconsulibus consulibus advocatis aliisque subditis nostris ubilibet in regno

et ducatu magno constitutis presentibus requirimus mandamus et habere
volumus quatenus eundem Conradum ad instanciam alicuius pro quibuscunque debitis
ante hunc nostrum salvumconductum contractis non inducatis non arrestetis
aut detineatis sed eum in presenti libertate et immunitate conservetis et
conservari faciatis hunc ad quatuor annorum decursum duntaxat valitur aliter
non facturi pro gratia nostra harum etc. Datum in conventione Radomiensi feria
tercia festi penthecostes Anno domini millesimo quingentesimoquinto

Johannes de Lasko
cancellarius per se

Teloneum Lublinense

Teloneum Lublin

Alexander dei gratia etc. Significamus etc. ~~Vniversis~~ quod qualiter cum nuper propter
servicia famosi Johannis Knor civis et mercatoris Lublinensis consensimus sibi
et admisimus Theloneum nostrum Lublinense quod a nobis in certis pecuniarum sum-
mis et florenorum: obligatum tenuit Nobili Andree Schadnicka consuli Lublinensi
in septingentis florenis quingentis in auro et ducentis in mediis grossis flor
quemlibet per mediam sexagenam computando inscribere et obligare super idque a nobis
litteras consensus nostri obtinuit verumquia idem Knor ultra summas predictas
triecentos florenos pecuniarum quemlibet florenum per mediam sexagenam parimodo
computandum sibi in Theloneo predicto inscripsit et obligavit itaque super id quoque
consentimus presencium per tenorem Admittendo decernendo quod per ipsum Andream
et ipsius legittimos successores Theloneum predictum tenendum habendum et possidendum
iuxta vim et effectum literarum dicto Knor super ipsum Theloneum datarum usque
ad exolucionem tam eorum trecentorum quam predictorum septingentorum flor prius per alias
literas nostras inscriptorum solucionem qua facta possessio Thelonei prefati ad nos
et nostros successores nostros redibit et devolvetur pleno iure Iuribus nostris salvis
harum etc. Datum in conventione Radomiensi feria quarta infra octavas
penthecostes Anno domini millesimoquingentesimoquinto

Prebendi parochialis

Alexander etc. Significamus etc. Quia propter fidelia servicia et
benemerita Generosi Jacobi Szydlowyeczky Castellani Woinyczensis et
Capitanei Brzezensis nobis et olim principi fraternae quae impendebat
incessanter exhiberi solita harum virtute sibi de speciali gratia
et munificentia Regiis nostris Iuspatronatus nostrum et presentandi duarum
Ecclesiarum parrochialium videlicet in Pelzno et Lasko opidis nostris in
proximis per ~~quemcumque~~ quemcumque ipsarum Rectorum et possessorum
cessum vel decessum vacaturarum pro una duntaxat vice dandum

et conferendum duximus: damus quoque et conferimus presentibus dantes
sibi facultatem plenam et omnimodam potestatem personas quascunque
duxerit ydoneas ad easdem parrochiales ecclesias dimissis vel
commutatis sunt aut successive in proximo vacaturas presentandi
pro qualibet earum vicarie. Quocirca vobis Reverendo in Christo
patri domino Joanni moderno: ac alijs in futurum pro tempore existen-
tibus Episcopis aut Vicarijs in spiritualibus generalibus Cracovien.
vel alijs ad id potestatem habentibus Similiter vobis dictis: presentem
nostram donacionem mittentes hortamur quatenus quascunque personas ydoneas
per prefatum Jacobum Swierczyszky in proximo dimissis aut commutatis
sunt aut successive ad easdem ecclesias per cessum vel decessum
vacaturas pro vna vice qualibet earum presentaverit eas ad huiusmodi
ecclesias ad presentacionem Jacobi Castellani voinicen. presentacionis literas
instituatis investiatisque et confirmetis. Nos etenim eas ipsius Jacobi
presentacionis literas ratas firmas atque gratas esse volumus et pre-
sentibus tenere polliceamur. Tanquam sigillo et nomine nostris essent ro-
borate. Harum quibus etc. subappensum etc. Datum in Conventione generali
Radomien. feria quarta festi penthecosten Anno domini 1505. Regni
nostri quarto :·

Privilegium molendini pusthi Marczyn in Leopoli

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Wladislaus dei gratia
Rex Polonie Lithvanie que princeps supremus et heres Russie etc. Significamus tenore
presentium quibus expedit vniversis Ex mente sollicita perpendentes multe fidelitatis
studia que Adam Carpentarius noster fidelis dilectus nostre maiestati in continuatione
laborum et structurarum nostrarum industriose exhibuit et imposterum exhibebit hincque intui-
tu volentes ipsum nostra gratia speciali letari et ad nostra servicia reddere promptiorem
Sibi suis que heredibus et successoribus legittimis terciam mensuram in molendino nostro
sitto circa valvam Haliczien. Civitatis nostre Lemburgen. damus tribuimus temporibus perpetuis
liberaliter et donamus cum omni Jure et dominio prout eadem tercia mensura ad nos
pertinebat per ipsum Adam heredes que eius et legittimos successores tenendam habendam vtifruendam
vendendam donandam alienandam legandam et perpetue possidendam prout sibi heredibus suis et
legittimis successoribus melius vtilius et commodius videbitur expedire harum quibus nostrum
sigillum appensum est testimonio literarum Datum in Grodek in vigilia beatorum Petri et
Pauli Apostolorum Anno domini millesimo tricentesimo nonagesimo primo presentibus Johanne
Sandomirien. Spithkone Cracovien. Palatinis Dimitrio Marschalko nostro Petro Schafranijec
Subdapifero Crac. Crestao de Ostrow Magistro curie consortis nostre Petro Pneniaszek et alijs
quamplurimis nostris fidelibus fidedignis Datum per manus ventis Zaklicze ante me Cancellarij

Privilegium molendini karsniczky in Leopoli

r/

In nomine domini amen dignum est ut benemerita premiis potioribus
attollantur noverint igitur quibus expedit universi Quod nos Kazimirus dei gratia
Rex Polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Po-
meranie Russie que dominus et heres consideratis et inspectis magnis et utilibus
serviciis seu laboribus per virum providum fidelem que nostrum Conradum de Prussia
molendinatorem nobis in structura molendini piscine et aggeris ad dictum molen-
dinum spectantibus circa Civitatem nostram Lemburgam in Terra Russie situati
fideliter factis constanter que impensis et in posterum dante domino impendendis ut merita
beneficiis repensentur Exinde eidem Conrado liberis et successoribus suis legittimis
in recompensam laborum suorum predictorum Terciam partem prefati molendini circa
Lemburgam per ipsum ut prefertur constructi ac etiam Terciam partem omnium emolumentorum
fructuum redditum proventuum et obvencionum tam de frumentis et brasiis ibidem molen-
dis quam etiam de universis instrumentis seu rotis per ipsum Conradum circa
dictum molendinum ex sua industria construendis et quibuslibet incrementis obvencionibus
Jure hereditario de gratia nostra Regia damus atribuimus conferimus ascribimus
et perpetuo ~~tempore~~ tenore presentium incorporamus graciose per ipsum Conradum liberos
et successores eius Legittimos memoratam Terciam partem molendini et Generaliter
omnes utilitates que nunc in dicto molendino habentur vel haberi poterunt quolibet
in futurum Terciam partem libere tenendam habendam et pacifice possidendam dandam
donandam commutandam vendendam ac pro sua suorum que successorum voluntate convertendam
Declaramus insuper specialiter protestantes Quod quandocunque tempore succedente pro
reformacione seu necessariis consrecti molendini piscine et aggeris impendendum fuerit
Nos et nostri successores duos denarios seu duas partes prefatus vero Conradus
et successores sui terciam partem impendere tenebuntur cum effectu volumus etiam
Quod prefatus Conradus cum suis successoribus in omnibus causis magnis et parvis
communiter cum Civibus Lambergensibus iure Theuthonico eidem Civitati concesso perpe-
tuo gaudeat et fruatur Ut autem hec nostra donacio robur perpetue firmitatis valeat
obtinere presens privilegium eidem Conrado dari iussimus nostri Sigilli munimine
roboratum Actum Cracovie in Crastino assumpcionis marie virginis gloriose Anno domini
millesimo trecentesimo sexagesimo quinto presentibus vilczkone Sandomiriensi Thobeslao
vislicensi Zawischa Sandecensi Castellanis floriano Lanciciensi Cancellario Andrea
Subiudice Cracoviensi Ottone que Capitaneo Russie et aliis multis fidedignis datum per manus
domini Johannis Cancellarii nostri Cracoviensis Scriptum autem per mathiam notarium nostrum

Cassata sed in aliam formam redacta ut infra hec

Alexander dei gratia rex etc. Significamus etc. Quomodo nonnunquam ad fidelia servitia Nobilis Johannis Kowalski Curiensis nostri respectum quorum sibi ducentos et triginta florenos debemus respectum habentes ... votis et petitionibus consiliariorum nostrorum pro eodem Kowalski nobis oblatis annuentes decreto horum intuitu ipsum Johannem et tenorem de solutione eorundem florenorum efficere cupientes Eosipsos ducentos florenos et triginta prefato Johanni Cowalski in statione nostra trium annorum nobis de Monasterio Andrzejowiensi singulis annis solui solita deputandos duximus et deputamus presentibus decernentes huiusmodi Stationem trium annorum de monasterio ipso Andrzejowiensi ratione predictorum ducentorum triginta florenorum per suprascriptum Johannem Cowalski post elapsum terminorum et solutionem per nos in eadem Statione inscriptarum tollendam percipiendam et in usus suos convertendam Quocirca tibi venerabili Jacobo Abbati moderno et alteri cuilibet pro tempore existenti Andrzejowiensi eius ac predicto conventui Mandamus quatinus prenominato Johanni Cowalsky eandem trium annorum stationem tunc cum primum rate aliarum inscriptionum super eandem Stationem per nos prius datarum expiraverint dentis ac extradatis de quibus trium annorum Stationibus vos abbatem et conventum suprascriptos quittamus presentibus harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio Literarum Datum in conventione generali Radomiensi feria Tertia penthecostes Anno domini 1505

Quitatio

Vsp Alexander dei gratia rex etc. Significamus etc. Quomodo facta sufficienti ratione cum Generoso Paulo Chotheczki Castellano Polanecensi et Exactore Lublinensi fideli nostro dilecto super Exactionibus nostris Regalibus pro subsidio publico institutis videlicet marcarum a villa Capitibus hominum Distillorum alias Czopowe Cunilegium Contributionum ffertonum et ... per ipsum incipiendo de Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo usque ad annum domini millesimum quingentesimum primum immediate sequentem integre collectis positis que in eadem omnibus perceptis et distributis comperimus eundem nobis de ipsis contributionibus per tres annos suprascriptos collectis effectualiter satisfecisse Et propterea eundem Paulum Castellanum et suos successores de ipsis Exactionibus perpetuo quittamus per presentes Datum in Conventione generali Radomiensi feria quinta post festum penthecostes Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni nostri Anno quarto

Sup. Tribunatu Sochaczowien. confessio resignationis Nicolao Lassoczky datus et correctus ad mandatum domini Cancellarii

Alexander etc. Significamus etc. Quod nos non modo propter fidelia servicia Generosi Stanislai Lassoczki de Brzeszini Succam. Pozn. fidelis nostri dilecti ~~que nobis et ante cessoribus nostris Regibus Polonie exhibere consueuit. Sed etiam animentibus nobis et petentibus consiliariorum nostrorum prefatum Vo. Magnifici Spithkonis de Jaroslaw Castellani Crac. et Petri Myszkowski de Mirow pincerne Cracoviensis Sinceri nobis dilectorum pro parte eiusdem Stanislai Succam. nobis oblatis~~ Sibi de certa sciencia et gratia Regiis nostris Tribunatu Sochaczowien. quem in presenciarum Generosus Nicolaus Szczkowski Dapifer Crac. possidet, per ipsum Szczkowski resignandum et cedendum in persona ipsius Lassoczki consensu et admissione consentimusque et admittimus presentibus decernendo per prefatum Stanislaum Lassoczki eundem Tribunatum Sochaczowien. ~~iuxta vim tenorem continenciam et effectum literarum eidem Nicolao Szczkowski desuper conuassarum tenendum habendum et pacifice possidendum, tenore presencium mediante.~~ harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum in Conventione generali Radomien. feria tercia proxima ante festum Sancti Adalberti Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri Anno quarto.

et ad petitiones in isto Conventu Radomien. generali nobis assistencium

ex tenendum possidendum et habendum cum Nicolao predicto ex possessione et gratia nostra tenet habet et possidet consensu eius et petitione nostra volumus et decernimus robur obtinere firmitatis indebitate usque ad ultima dicti domini vite tempora.

Nobilis Sochaczowien.

Alexander etc. Significamus etc. Quia nos solum fidelia servicia que nobis Nobilis Nicolaus Wolski de Chwarstowa Wolija Regi nostro exhibet eiusque probitatem attendentes, Verum etiam petitionibus minorum Terre Sochaczowien. ad hunc generalem Conventum, totum votum omniumque terre illius dignitariorum officialium et Terrigenarum dilectorum et fidelium pro parte prefati Nicolai Wolski nobis per eos oblatis annuentes Ipso sibi de certa sciencia et speciali gratia Regiis nostris Notariatum terrestrem predicte terre Sochaczowien. per liberam cessionem et Resignationem Venerabilis Pauli Chodakowski Canonici Gnezn. et dicti Notarius ultimi possessoris sponte coram nobis factam, vacantem dedimus et contulimus, damusque et conferimus presentibus decernendo predictum Notariatum per ipsum Nicolaum Wolski, cum omnibus et singulis proventibus Censibus et obvencionibus ad eundem Notariatum quolibet ex antiquo pertinentibus et signanter cum quinque marcis pecuniarum de Censibus Regiis nostris ex antiquo iure terrestri Notario singulis annis pro festo Sancti Martini per Capitaneos nostros Sochaczowien. pro tempore existentes solui solitis tenendum habendum possidendum pacifice usque ad extrema vite ipsius Nicolai tempora. Ex parte vobis omnibus et singulis dignitariis officialibus et Terrigenis presertim vero Capitaneo moderno et aliis pro tempore existentibus terre Sochaczowien. mandamus quatenus suprascriptum Nicolaum Wolski pro vero et legittimo Notario terrestri eiusdem terre Sochaczowien. habentes, sibi de omnibus proventibus et pertinenciis ad eundem Notariatum ex antiquo spectantibus respondeatis et responderi faciatis. ea que more ad officium suum gerunt sibi non denegantes. aliter non facturi pro gratia nostra. harum etc. appensum. Datum in Conventione generali Radomien. feria sexta in festo [illegible] proxima Anno domini 1505.

Donatio oppidi Lithwmow [?] de Burzacz Jus feodi exinde abolendo

xlj In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Cum natura humana propter
sui fragilitatem tenax minime foret eorum que ad vniuersorum posteritatis
successiuam noticiam referenda essent memoriam consulte approbatur
existit vt quicquid fit sub tempore preterito memorandum id debeat literarum perhen-
nari munimine Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Polonie Magnusque dux
Lithwanie Necnon terrarum Cracouie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyauie
Russie Prussie ac Culmen Elbingen Pomeranieque dominus et heres etc
Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris
harum noticiam habituris Quia attendentes fidelia seruicia Generosorum
Johannis Andree Succamerarij Regni nostri Johannis filiis et Jacobi
germanorum de Burzacz fidelium dilectorum quibus nobis continuo et fideliter
inherere consueuerunt ipsis Successoribusque ipsorum legittimis et certa sciencia
et deliberacione nostra de consilioque consiliariorum nostrorum oppidum Lithwinow
in flumine Slotalipa in terra Halicien situm et ad nos iure feodi post
mortem Generose Anne Lithwinowska deuolutum Jus feodi exinde delendo
et abolendo prout delemus et abolemus eciamque dandum et donandum
duximus damus et donamus donacione perpetua et irreuocabili tenore
presencium in perpetuum per ipsos Johannem Andream Johannem filium et
Jacobum ac ipsorum legittimos successores oppidum prefatum cum omnibus et sin-
gulis agris pratis campis predijs kmethonibus incolis censibus labo-
ribus allodijs ortis ortulanis pomerijs Siluis borris mericis querctis
mellis mellificijs rubetis venacionibus apibus et melli ducentibus [?] ac
fluuijs fluminibus lacubus riuis riuolis torrentibus piscaturis piscinis piscatibus
piscibus aquis molendinis et eorum emolimentis aliisque omnibus et singulis
vtilitatibus fructibus redditibus prouentibus et obuencionibus vniuersis que
nunc sunt vel in futurum industria humana excogitari possunt Cum mero pro-
prietatis omnique iure dominio et proprietate tenendum habendum vtifruendum pacifice
et quiete possidendum dandum donandum vendendum alienandum commutandum et
in vsus beneplacitos conuertendum prout eis et
ipsorum successoribus legittimis melius et vtilius videbitur expedire decernimus
ipsorumque successores [?] per tenorem
donacionis presentis nostre robur habere firmitatis perpetue presencium per tenorem
In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum Datum
in conuentione generali Radomien feria quinta infra octauas pentecostes
Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri quarto presentibus
quibus supra et Mathia Episcopo Premislien et Vicecancellario Regni
vero Datum per manus venerabilis Johannis de Lasko Regni Cancellarij

Confirmatio Jurium Ecclesie parrochialis in Crossyn

lx In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam quicquid Regia maiestas
suis fidelibus iuste vel de nouo concedit vel iam per antecessores permissa
sunt concessum innouat roborat et confirmat id ne memoria
humana euanescat literarum mandare Sigillis autenticis
et testibus fidedignis perhennare consueuit Proinde nos Alexander
dei gratia Rex Polonie etc Significamus etc Quod nos Honorabilis Martini

Dronanczmowski plbni in Trossyn petiti erag ut tras lras vra
nobis exhibitas certa bona p eccla ipius plbni in Trossyn p ante-
cessores nros donata nos continuu approbare ratifficare et gfirmare
dignaremur, quarz sequitur tenor Anna Dygra divissa Mazovie
Russie etc Dignissiraz tenore presenciz quibus expedit vniversis etz
gmuis per preclaru princpem dominum Wladislau clare memorie gsorte
nrm carissimu nonitur vltaslaviti duo mansi agrorz in villa nostra
Czirzmno ab eccla in Trosthin Cuius sunt ex eius fundacon ex quorzdz
induccon fuere alienati simul et prati penes granicies dobrzikowskija
adiacen prato Wolgarebz przewosznalanka Receptis tu vetustiorum
et proborii hominum informacionibus quibus constat qp ipi prati et
mansium mansi et prati sunt ipius eccle ab antiquo. volentqz qp
anima pfati consortis nre in aliquo non pateretur detrimentu sed volen
ei subvenire predictos mansos cum agris et segetibz et pratu predictu
ac dum fere et domus. iud pro nobis et nris successoribus reseruan
cum plena libertate eccle predicte et eius rectoribz restituiq et donaq
per eos, eorumqz successores, perpetuo possidendz In cuius rei testimonium
sigillum nrm putibus est appensum Actum et datum in Czirzmno fca
fria in festo sctorz ffabiani et Sebastiani Martirz Anno dni Millesio
quadringentesimo quinquagesimo sexto presentibus ibidem Gnosis et Nobilibus
dnis Boliasch de lang Marsalco, Stanislao Magistro Curie nre Nicolao
de Czyrzniewo Succamerario Gostinen Bolesta procuratore in Czirzmno Ni-
colao Curziensk et Jacobo Drijs Curie Nos itaqz annuentes peticionibz
pro parte pfati plebani nobis exhibitis lras premissas de verbo fra
et spati gra Regijs nris decrevimus confirmari approbari et ratifficari
Confirmamusqz approbamus et Ratificamus decernen eas robur obtinere
firmitatis perpetue, In cuius rei testimonium Sigillum nrm putibz est appensu
Actum in Conuencione Radomien generali feria quarta pq festum penthecostes
proxima Anno dni Millesio quingentesimo quinto Regni nri quarto
putibus quibus supra datum per manus ven lib Johnis de Lassko
eccle Gneznen et Regni polonie Cancellari

v: ~~~ Vexillifratus Sorchasowien

Alexander etc

Significamus etc Quod attendentes fidelia servicia et probitate Gnosi Nicolai
Wolski de Gawartowawolija nri et dni Sorhazowien Nrij fidelibus deditum
sibi et specialiter de eius fria et singulari gra nra vexilliferatum
Sorhazowien eo modo vacantem damus et conferimus damusqz donamusqz
et conferimus putibz. decernen p ipsum Nicolaum Wolski pedictum vexilliferatum
Sorhazowien tenendum habendum et possidendum usqz ad extrema vite sua
Quocirca vobis oibz et singulis dignitarijs et officialibz pfati dni Sorha-
zowien mandamus quatus pfatum Nicolaum pro vo et tamquam vexillifero
Sorhazowien haben sibi de universis proventibus censibz et obvencionibz
alusqz pertinen quocirca ad dictum vexilliferatum ex antiquo pertinen
respondeatis et responderi faciatis harz etc sub impressum etc Datum
in Conuencion generali Radomien feria sexta proxima post ft festum
penthecostes Anno dni 1505 Regni nri quarto

Census oblig. conferis

Mp

Alexander dei gra(cia) rex Significamus etc. Qu(od) nos de certa sciencia et deliberacione
nostris Generoso Johanni Jordan de Zaklyczyn Castellano Wneczen(si) Zuppario et
procuratori Cracovien(si) generali certum censum decem marcarum Quadraginta octo
grossos marcam in quamlibet computan(do) in et super bonis ipsius hereditariis qui-
buscumque et quocumque nomine nuncupatis Cuicumque aut quibuscumque persone vel perso-
nis Spirituali vel Spiritualibus eciam Religiose vel Religiosis neutri persone
aut personarum ac beneficii et beneficiorum Ecclesiastici vel ecclesiasticorum titulo reem-
pcionis alias Narodzekow pro Justa quacumque Summa venden(di) obligan(di) et inscriben(di)
Sub censuris Ecclesiasticis alias iuxta continenciam vendicionis annis singulis solven(dum)
Consensimus et admisimus consentimusque et admittimus tenore presencium median(te)
per illum vel illos cui vel quibus vendere aut obligare duxerit tenen(dum) haben(dum) paci-
fice et quiete possiden(dum) utifruen(dum) et in usus suos convertend(um) Quemquidem censum decem
marcarum Ecclesiasticam libertati et immunitati ecclesiastice ascribimus annectimus
et incorporamus ac per auctoritatem Ecclesiasticam immunitati et libertati eccle-
siastice incorporari admittimus eundemque censum ab omni expedicione bellica generali
aut particulari necnon tributo et onere seculari Regni nostri liberamus exími-
mus et eximimus tenore presencium mediante decernen(tes) volen(tes)que ut pro eius
exempcione ad forum Judicii Spiritualis remissus habeatur perpetuo Usque
ad exempcionem harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum
Datum in conventione Radomien(si) generali feria quinta festi S(anc)ti Stanislai
in maio Anno domini millesimoquingentesimo quinto

Consensus certi quinque mar. obligan(di)

Mp

Similes alie date sunt litere sub eadem data et forma eid(em) Generoso
Johanni Jordan de Zaklyczyn ad obligandum censum quinque marcarum
Similiter prout hic proxime supra

Summa mille florenorum in auro et octingenti in monete . Nicolaus Firley

Alexander dei gra rex Significamus etc. Quia Generosus Nicolaus Firlej de
Dambrowiga vexillifer Crac et Capittaneus Lublinen exhibuit coram nobis Litteras
infrascriptis que tametsi per nos superiori tempore ei concesse fuere sub anullari
Secreti nostri Sigillo Tamen propter maiorem certitudinem Securitatem que sua petiit
eas ad Sigillum maius nostrum transferri et innovari Quarum sequitur tenor Alexa-
der dei gra rex Significamus et Quia propter Servitia que Generosus Nicolaus Firlej
de Dambrowiga vexillifer Cracovien nobis ac Reipublice Regni nostri non minus dili-
genter ac fideliter quam etiam utiliter impendit impendere que consuevit presertim itinera
remotissimarum partium ad principes xpianos atque in Greciam et Traciam ad Imperatorem
Turcorum non solum nobis feliciter regnantibus verumetiam viventibus Serenissimis olim
Kazimiro parente atque Alberto fratre Regibus Polonie predecessoribus que nostris non
absque periculis rerum et persone suarum obeundo aliaque negotia tam intra Regnum
quam extra illud expediendo gerendo que que nobis Regno que nostro Sunt pernecessaria Sic
etiam perutilia fuere Horum intuitu Consolatum eum efficere ad futura que nostra et
Reipublice Regni nostri servitia obligatiorem reddere cupien Sibi Castrum Civitatem et Capi
taneatum Lublinen cum pertinentiis ac sub conditionibus infrascriptis dandum et inscriben-
dum duximus damus que et inscribimus presentibus cum omnibus et singulis censibus
in et de Civitate predicta ad nos pertinentibus Cum omnibus que Iuribus modis consuetu-
dinibus et Iurisdictionibus ad nos ratione castri et Civitatis predictorum ac ad Capittaneos
pro tempore existentes ratione Capittaneatus predicti pertinere solitis Tenendum habendum
possidendum Regendum et gubernandum Tam diu quousque sibi Successoribus que suis Summa
mille florenorum in auro et octingenti florenorum in moneta et mediis grossis per mediam
Sexagenam In et Super villis Krzonow Zukow predio Swidnik Janowicze Wrodkow
Super molendinis que et piscinis circa Lublyn existentibus ac super censu Utensique Sub
urbii Gwarthek podgrodzie Tatari Balneo Castrum Lublinen aggerali atque Groblne
per alias nostras Litteras inscripta fuerit exoluta qua soluta extunc possessio predictorum Castri
Civitatis et Capittaneatus Lublinen ad nos Successores que nostros convertetur pleno iure
Ut autem edificiis castri eiusque nostri provisionem necessariam constituamus Imprimis damus
ipsi Nicolao exactionem duorum grossorum per duos annos videlicet anni millesimiquingentesimi
decimi et anni millesimiquingentesimitercii de tota nostra de omnibus que districtibus Terre
Lublinen percipiendam de qua eum Successores que ipius quittamus presentibus Tandem Exactionem
eandem etiam de tota Terra et de omnibus eius districtibus per et de aliis annis post decur-
sum predictorum duorum annorum computandum pro edificiis et reparatione predicti nostri Lu-
blinen ipsi Nicolao Successoribus que suis inscribimus per ipsum et Successores suos
ipsam Exactionem nostram de tota Terra omnibus que districtibus annis singulis Sub

condicionibus infrascriptis percipiendi tollendi et exigendi Tamdiu quousque predicta mille
octingentorum florenorum in auro et moneta summa in bonis suprascriptis per nos inscripta
fuerit sibi successoribusque suis per nos successoresque nostros exsoluta qua soluta existente
Exactio predicta ad nos successoresque nostros devolui debeat Tamen volumus ut ad
racionem Exactionis predicte futuris annis post duos predictos computandis percipi
ende ruinas et edificia castri eiusdem nostri Nicolaus ipse et successores sui edificare re
ficere et reparare debeat et debeant Si vero ultra summam in exactione predicta
annis singulis perceptam seu ultra perceptas summas aliquid de propriis pecuniis ad
edificacionem et reparacionem castri predicti Lublini et pertinenciarum illius impenderit
In eo casu nos successoresque nostros inscribimus ad solvendum ipsi Nicolao et successoribus suis
id totum quod ultra summas pecuniarum in exactione duorum grossorum perceptarum exposuerit
quam solucionem expositorum pro edificiis impensarum summis simul cum illis summis in
villis superius nominatis inscriptis Itaque ipse Nicolaus successoresque sui de exactione
duorum grossorum sic ut premissum est pro edificiis post decursum biennii illius percepta
racionem nobis successoribusque nostris reddituri erit Ex inde alias ex racione ut absque
dubio et controversia constet quantum tunc per nos successoresque nostros dandum foret
pro edificiorum impendiis promittimus quia non prius ab eo et successoribus suis
possessionem civitatis castri capitaneatusque Lublinensis ac villarum suprascriptarum amo:
vebimus non prius quam eum et successores suos de manibus quam Tenuta eximere debebimus
donec racionem fecerimus secum pro edificiis sufficientem et quidquid ambiguum videbitur
illud arbitrio proborum hominum committere volumus et promittimus Illi tandem quidquid
pro edificiis dandum decreverint illud ei successoribusque suis solvere tenebimur Ipse etiam
Nicolaus successoresque sui si ex racione videbitur videbuntur quod non exposuisse tantum
pro edificiis quantum in exactione perceperint extunc quidquid non exposuerit de exactione
pro edificiis de illo ipse ac successores sui nobis successoribusque nostris respondere tenebuntur
Quoniam vero circa racionem edificiorum oriretur dubium volumus statuimus et decernimus
quod post decursum eiusdem biennii de quo Nicolaus ipse successoresque sui nullam reddituri
reddidimus quam erunt racionem annis singulis post decursum biennii eiusdem computandis
Nicolaus ipse et successores sui debebit et debebunt coram Judice et Subiudice Terrestribus
summam declarare in exactione cuiuslibet anni percepta sit que de qualibet annorum super
summa de exactione duorum grossorum percepta recepturus erit litteras a Judice et Subiudice
Terrestribus sub sigillis eorum subappensis non quitancie sed significatorias veras atque
iustas significantes nobis et aliis quibus expedit eam summam quam percepit illo anno
pro illis eam per regestra declarabit quatenus nos successoresque nostri comparatis summis
perceptis cum summis expositis racionem quam cum ipso Nicolao et successoribus suis facta condicionibus
suprascriptis satisfaceremus Juste atque equo prout easdem condiciones suprascriptas salvas
esse volumus ad id autem ut Judex et Subiudex Terrestres premissa faciat eisdem Judici et
Subiudici Lublinensi Terrestribus pro tempore existentibus facultatem damus singularem
ut singulis annis post decursum biennii illius computandis cognoscant quatenus summam pecu
niarum Nicolaus ipse et successores sui annuatim de exactione duorum grossorum percepit ac
perceperunt cognitam quam cognoscant per litteras eorum subappensis sigillis sigillatas quibus
credere volumus ut propriis nostris sigillis essent sigillate Salvis iuribus nostris harum
quibus sigillum nostrum anulare est subappensum testimonio litterarum Datum Vilne feria

Tercia ante festum sancti Petri anno domini millesimoquingentesimo tercio regni nostri anno secundo Alexander dei gracia rex manu propria subscripsit. Itaque nos literarum peticionibus eiusdem Nicolai vexilliferi annuentes quantumque dubitemus ei suprascriptas prioris concessionis nostre superiori tempore dedisse literas easque de certa sciencia nostra de sigillo annulari sub maius sigillum innovandum et remittendum duximus innovasque et remittamusque presentibus decernentes de consensu omnium consiliariorum nostrorum tam spiritualium quam secularium in presenti conventu nobiscum existencium literas presentes ac suprascriptas in omnibus tenoribus robur obtinere firmitatis debite tenore presencium mediante harum etc. Datum in conventione generali Radomiensi feria quarta infra octavas penthecostes anno domini millesimoquingentesimoquinto

Inscripcio Firley ad vitam certarum villarum Lassowice et Czolna

Alexander dei gracia etc. Significamus etc. Quia constitutus in presencia nostra Generosus Nicolaus Firley de Dambrowicza vexillifer Cracoviensis et Capitaneus Lublinensis supplicavit nobis ut literas infrascriptas de annulari sigillo quo nos tunc utebamur ad literam maius sigillum transferri et transscribi dignaremur. Quarum sequitur tenor. Alexander dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie Russie Prussieque dux et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quia propter servicia que Generosus Nicolaus Firley de Dambrowicza vexillifer Cracoviensis nobis ac reipublice Regni nostri non minus diligenter et fideliter quam et utiliter impendit impenderequi consuevit presertim itinera remotissimarum parcium ad principes christianos atque in Ungariam et Bohemiam ad imperatorem Turcorum non solum nobis feliciter Regnantibus verum eciam viventibus olim serenissimis Kazimiro patre ac Alberto fratre Regibus predecessoribusque nostris non absque periculo rerum et persone sue obeundo ubique negocia tam intra Regnum quam extra illud expediendo gerendoque que nobis Regnoque nostro sicut per itineraria sic et per verba fuere horum intuitu consolatum cum efficere ad futuraque nostra et Reipublice Regni nostri negocia servicia obligaciorem reddere cupientes sibi de speciali liberalitate et munificencia nostris villas nostras Lasskowicze Czolna in terra et Capitaneatu Lublinensi sitas usque ad ultima vite sue tempora dandum et inscribendum duximus damusque et inscribimus presentibus sub condicionibus infrascriptis per ipsum Nicolaum villas predictas nostras cum omnibus et singulis advocatis sculthetis kmethonibus tabernatoribus ortulanis colonis inquilinis servis hominibus Catholicis et Ruthenis piscatoribus tributariis prediis curiis domibus edificiis agris pratis campis ortis acris cultis et incultis areis horreis acervis pecudibus feminibus tabernis ortulanis colonis censibus redditibus proventibus seu utilitatibus solucionibus tributis laboribus serviciis boreis silvis rubetis quercetis venacionibus aucupiis apibus mellificiis et mellificiis proveniente fluviis fluibus torrentibus aquis et earum decursibus piscinis vivariis piscaturis piscinarum demissionibus et piscibus molendinis aquaticis et equestribus eorumque emolumentis universisque aliis et singulis fructibus et obvencionibus ad bona suprascripta pertinentibus et provenientibus quibuscunque sub bona suprascripta in suis fure bono et spectantes ita late et longe prout bona suprascripta in suis sitis in granicibusque consistunt nil nobis utilitatis in eis reservando tenendum habendum possidendum et utifruendum pacifice tamdiu donec vitam aget in humanis post eius mortis obitum centum marcas pecuniarum

monete et numeri in Regno currentis quinquaginta octo grossos Marcam in
qualibet computando successoribus eiusdem Nicolai legittimis per nos successoresque nostros
solvendis in et super dictis bonis nostris sub condicionibus infrascriptis presentium per
tenorem inscribimus Sic quia postquam Nicolaus ipse mortuus fuerit
et prolem masculinam legittimamque superstitem reliquerit Nos successoresque nostri filio
aut filiis suis Centum Marcas predictas dare tenemur et quamdiu easdem non dederimus
extunc filius seu filii sui tenebunt et possidebunt tenereque et possidere debebunt
bona predicta nostra cum omnibus pertinentiis predictis alias vigore presentium litterarum
prout ipsi Nicolao ea inscripsimus tamdiu quousque predicte Centum Marce pecunia
rum fuerint eidem filio seu filiis suis per nos et successores nostros integraliter
solute Si vero ipse Nicolaus mortuus fuerit filio aut filiis legittimis non relictis bona
predicta nostra ad nos successoresque nostros devolvantur absque ulla solucione predictarum
inscriptarum Centum Marcarum Sed exceptis dumtaxat filio seu filiis eius successoribus
bona predicta nostra non sicut quam dabimus per nos successoresque nostros predictis Centum
Marcis ad nos successoresque nostros devolventur pleno iure salvis iuribus et
Stacionibus meis, harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio
litterarum Datum Vilne feria quarta post sancti petri apostoli ad Cathedram Anno
domini Millesimo quingentesimo secundo Regni nostri secundo. alexander dei gratia Rex
manu propria scripsit Nos itaque eiusdem Nicolai annuentes votis litteras prefatas
per nos in superiori tempore concessas de consilio Consiliariorum nostrorum ex Sigil
lo anulari in maius Sigillum Cancellariatus transferri et transscribi
mandavimus in presentibus decernentes easdem presentes cum premissis robur debite firmitatis
obtinere perpetuis modis harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio
litterarum Datum in Conventione generali Radomiensi feria sexta post festum
penthecostes Anno domini 1505 Regni nostri quarto

Firley Lublin Inscriptio in Krzonow etc.

[illegible] Alexander etc. Significamus etc. Quia Generosus Nicolaus Firley de Dambrowicza
Vexillifer Cracoviensis et Capitaneus Lublinensis exhibuit coram nobis litteras nostras
scriptas que tamen alias per nos superiori tempore ei concesse fuere sub anulari secre
to nostro sigillo Et pro maiori certitudine securitateque sua peciit easdem ad
Sigillum maius nostrum transferri et innovari quarum sequitur tenor Alexan
der dei gratia Rex polonie Magnus dux Lithwanie Russie prussieque etc.
dux et heres Significamus etc. Quia Generosus Nicolaus Firley de Dambro
vicza Vexillifer Crac. et Capitaneus lublinensis fidelis noster dilectus mille
florenos hungaricales in auro ponderis boni et octingentos florenos in
moneta currenti in Regno nostro currenti numero grossorum pro media sexage
nam quos Generoso Stanislao Czuropatwa de Laszuchowo Castellano Chelmensi
fideli dilecto debueramus in Civitate Castroque ~~Lublinensi~~ et Capitaneatu Lublinensi
cum villis ad capitaneatum illum pertinentibus inscriptas solvit mandatis nostris
nobisque litteras ab ipso Stanislao Czuropatwa redemptas inscriptionem eiusdem summe
continentes restituit quas cassavimus et irritavimus presentibusque cassamus et in
nichilum redigimus Itaque Nicolaum ipsum pro eadem summa florenorum per nobis
soluta indempnem esse cupientes predictos mille florenos in auro et octin
gentos florenos in moneta et uno pendes ipsi Nicolao Firley et successori
bus suis in et super villis Krzonow Swidnik Janowicze et Wolkow
in terra Lublinensi sitis Necnon in molendinis et piscinis terre Lublin

Civitate existentibus Item in Censu Suburbij Lublinensis videlicet Czwarthek
podgrodzije Tatari et Balneo Castrensi ac in et super aggeratis
Lublinensis alias Grobelne inscripsimus inscribimusque presentibus per ipsum
Nicolaum et Successores suos tenendas bona predicta nostra cum omnibus et
singulis Advocatiis Sculteciis kmetonibus Thabernatoribus ortulanis
Colonis Ingenuis Iudeis Incolis Catholicis et Ruthenicis piscatoribus
Tributarijs predijs Curijs domibus Edificijs Agris pratis Campis
ortis arvis cultis et incultis areis horreis Armis Fenetis scribus
Tabernis ortulanis colonijs Censibus redditibus proventibus seu Utilitatibus
Solucionibus Tributis laboribus servicijs Borris Bartis kubitis querzetis
venacionibus aucupijs Apibus Mellificijs et Molendinis ex eis provenientibus
fluvijs fluminibus Rivulis Aquis et earum decursibus piscinis vi
varijs piscaturis piscinarum demissionibus et piscibus Maioribus aquaticis
et equestribus cunctisque emolimentis universisque alijs et singulis fructibus et
obvencionibus ad bona suprascripta pertinentibus et ex eis provenientibus in
omnique iure dominio et proprietate ita late et longe prout bona suprascripta in suo
situ in granicibusque consistunt nil nobis Utilitatis in eis reservando
tenendum habendum possidendum et utifruendum pacifice usque quo predicta
summa Mille florenorum in auro et octingentorum florenorum in moneta ipsi
Nicolao et successoribus suis per nos et successores nostros fuerit exsoluta
qua soluta existente bona predicta nostra ad nos et successores nostros cum
pleno iure salvis per omnia iuribus et dotibus nostris harum quibus Sigillum
nostrum annullari est subappensum testimonio literarum Datum Vilne feria tercia
in vigilia Sancti petri ad ~~vincula~~ Cathedram Anno domini Millesimo
quingentesimo tercio Regni nostri secundo Alexander dei gratia Rex manu propria

Itaque nos tantis laboribus peticionibus eiusdem Nicolai de Pilcza
annuentes quibus nequeunt dubitemus et suprascriptas priores concessiones nostre
supra eo tempore dedisse literas easdem de certa sciencia nostra et Sigillo annulari
sub manibus sigillum innovandum et renumerandum duximus innovamusque et
renovamusque presentibus decernentes de consensu omnium consiliariorum nostrorum
tam spiritualium quam secularium in presenti conventu nobiscum existencium
literas predictas ac suprascriptas in earum tenoribus robur obtinere firmitatis
debite tenore presencium mediante harum quibus Sigillum nostrum appensum est Datum in
Conventione generali Radomiensi feria ~~quinta in festo octavi~~ sexta post
festum pentecostes proxima Anno domini Millesimo quingentesimo quinto
Regni nostri quarto

Nobilis Michaelis Holoby

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Consueverunt principes universa
deinde subditis sub tempore concessa teris Sigillisque autenticis in
oblivionem labantur roborare premittentes Nos Alexander dei gratia Rex
Significamus etc Quia habentes commendatam fidelitatem Nobilis petri
Messenska terrigene nostri sibi de certa sciencia et gratia Regia nostra Molendinum
nostrum in flumine Czarnoka in villa nostra Kolambisse in terra Sandomiriensi
sitam cum utilitatibus infrascriptis antiquitus ad illud Molendinum
spectantibus scilicet Campo et Silva Lang et przelang inmuratis ac agelis
lisirijs et libera lepoorum venacione in eadem silva existentibus ita late et
longe prout Campus et Silva lang et przelang predicti in suis
metis et signis alias vrzyskach ex antiquo sunt distincti et limitati

r. G.

dandum donandum et resignandum duximus, damusque donamus et resignamus per presentes imperpetuum et irrevocabiliter prefato Petro Wyssenski et eius legitimis successoribus predictum molendinum iure hereditario perpetuo tenendum, habendum, possidendum et utifruendum, dandum, donandum, vendendum et commutandum, alienandum et libere resignandum in usus suos et successorum suorum legitimorum, in meo tamen et successorum meorum consensu convertendum. Pro cuius vero donatione ipse molendinator et quilibet alius pro tempore existens tenebitur singulis annis ad curiam nostram Golambye triginta quatuor modios farine siliginis dare, ipsumque molendinum propriis impensis tenebitur quotiens opus fuerit reparare et restaurare. Cum molendini aggere prope villam Golambye Balutowo et Skokij iuxta antiquam consuetudinem prout Wolska molendina restaurabit, et lapides molares ad illud molendinum ducet tenore presentium mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in Camenecz quarta feria post Kazimiry sabbato ante festum Pentecosten proximo. Anno domini 1507, regni nostri anno primo, presentibus quibus supra. Datum per manus Reverendi Ioannis de Lasko, electi Gneznensis et regni nostri cancellarii, sincere nobis dilecti.

Noviatus Visnen[sis]

Anno domini 1507 feria quinta proxima post festum Pentecostes datus est noviatus terre Visnensis nobili Mathie de Czyrnek per liberam resignationem nobilis Nicolai Grambersky, cuius noviatus olim Czyrnek possessoris, sub forma cancellarie solita.

N p

Noviatus Ploczen[sis]

Anno domini 1507 feria sexta proxima post festum Pentecostes datus est noviatus Ploczensis nobili Nicolao Grambergky per liberam resignationem domini Pauli Grambergky eius germani, sub forma cancellarie solita.

np

Iudicat[us] Ploczen[sis]

Anno domini 1507 feria sexta proxima post festum Pentecostes datus est iudicatus terre Ploczensis domino Paulo Grambergki post mortem domini olim Pauli Koszyssowski, sub modo vacans.

np

Donatio ville Czirkoff

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum sit ad principes catholicos tanquam ex quodam vinculo debito pertineat ut in locis suo spirituali subiectis cultus divini percipiant augmentum, singulariter illud obviat ... ducit se a fide orthodoxa scindit, illud veluti sacrosancte fidei opus fere ubivis paterna sibi spirituali munificentia dexteram ducalem suam impendendo, sacras edes construendo et dotando ... fidei sancte augeatur, dignum. Cum ipsi ab omni ... salutarem constituerit, est prout semper regibus laude constitutum non dubitatur. Proinde Nos Alexander etc. Significamus etc. Quod licet ab antiquis temporibus preteritis bona nostra regalia villa Czyrcoff dicta in ducatu Russie et districtu Kopaticzi consistens fuisset per predecessores nostros divos Polonie reges quibusdam Ruthenis ... Onyssko ... honorum modernis Camultarijs in finibus permanent valorum sum ...

libris inscripta, cum nobis in presencia dicti existens informati essemus eadem bona
Czirkassi, que bonis ecclesie Metropolitane Leopoliensis antiquitus incorpo-
rata erant ipsi Leopoliensi ecclesie forent accomoda, propterea fuimus per
venerabilem Johannem Crowyngki eiusdem ecclesie decanum. Item nunc de nobis Regis
publica merita nostre prelatorum et Canonicorum ecclesie ipsius Leopoliensis et
nominatim per prelatos barones et universos consiliarios Regni nostri
nobiscum tunc existentes humiliter petiti quatenus de benignitate gracie nostre Regalis
utilibusque mature pro tam ecclesie Leopoliensis prefate, cuius bona spacia per
Turcos et Tartaros aliosque dicte ecclesie hostes vastata et deser-
tata noscuntur, habentes et presertim cultum divinum in eadem ecclesia
ampliare cupientes, per ipsa bona villa Czirkassi de manibus possessorum
Tenutariorum in summis pecuniarum, in quibus obligata sunt, redimere
primum admittendo ipsis prelatis et Canonicis ecclesie Leopoliensis incorporare dignaremur.
Nos itaque volentes Deum meritis nostris operibus piis premunire prefatis prelatis et
Canonicis ecclesie Leopoliensis illa bona danda donanda incorporanda et inser-
cienda duximus, damusque donamus incorporamus et inserimus tenore
presencium mediante merito, prefatis prelatis et Canonicis pro tempore existentibus
ipsa bona villa Czirkassi cum curijs domibus hominibus agris pratis
campis censibus redditibus et obvencionibus universis molendinis limi-
tibus fluviis flumibus lacubus aquarum decursibus silvis gais
nemoribus indaginibus piscinis piscaturis mellificijs, et omnibus attinencijs
et generaliter cum omni Jure dominio et proprietate, prout in se ab antiquo longe late
et circumferencialiter sunt distincta et limitata, nihil illic Juris dominij et
proprietatis nobis et successoribus nostris reservantes, tenendum habendum utifruendum pa-
cifice et quiete Jure hereditario possidendum, et in usus beneplacitos convertendum
prout ipsis et eorum successoribus melius et utilius videbitur expedire,
quaquidem bona villam Czirkassij a modo et deinceps perpetuo libertati
immunitati et Jurisdictioni ecclesiastice ascribimus, prout alia bona
temporalia ipsius ecclesie Leopoliensis sunt ascripta, et per eum ad que
pertinent ascribenda, consentimus, ab expedicionibusque bellicis et aliis
oneribus ad que cetera bona hereditaria secularia Regni nostri Jure
communi sunt obligata, de certa sciencia nostra voluntateque et consensu eorundem
consiliariorum nostrorum absolvimus eximimus et liberamus. Insuper eciam
ut prelati et Canonici predicti presentes et futuri Leopolienses predictorum bonorum
Czirkassi liberiorem usufructum habeant de speciali clemencia et pietate nostris
Regijs, ipsis Rippam liberam in confinio confinijs bonorum nostrorum Regalium
ville Mychuzicze vulgariter nuncupate pro piscina vel piscinis
erigendis in eisdem bonis Czirkassi damus donamus et graciose impartimur
perpetuo, Ita tamen quod per huiusmodi piscinis vel piscinarum erigendarum inundaciones
ipsa bona nostra Mychuzicze non debebuntur desertari vel opprimi.
In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in
Conventione generali Radomien Sabbato ante festum Sanctissime Trinitatis
proximo Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Et Regni nostri
quarto, presentibus quibus supra datum per manus venerabilis Johannis
de Lassko Regni Polonie Cancellarii etc.

Jus Maydeburgen. bonis sub jurisdicione Decanat. Leopolien. datum

Decanatus Leopolien.

vij In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Varie et mutabiles temporum singulas ~~ac~~ mortalium actiones quantumvis oblivionis vicio confundere consueuit que literarum apicibus perhenni memorie non essent commendate. Proinde Nos Alexander etc. Significamus etc. Quod singulari Regie consideracionis intuitu perpendentes servicia fidelia venerabilis Johannis Crovinsky decani Leopolien. Regni nostri que et nobis et divo olim genitori nostro exhibere consueuit, horum ob respectum famosis Andree et Manko armenis de Leopoli nonnulla bona sub Jurisdicione decanatus predicti Nonnulla vero in Civitate Leopolien. habentibus ipsorumque successoribus legitimis Jus Theutonicum quo Civitas Leopolien. gaudet de certa sciencia et benignitate Regiis nostris dandum duximus damusque presentibus ac eos penitus de ipsorum polonico seu armenico et quocumque alio Jure sub Theotonicum ~~plerumque perturbare consueuerunt eximentes et liberantes prefatos Andream et Manko ac eorum legitimos successores~~ quod Maydeburgen. dicitur et quo Civitas nostra predicta ut prefertur transposuimus et transponimus presentibus perpetuo Removentes ab eis et eorum successoribus omnia et singula Jura polonica armenica et quevis alia modos et consuetudines universas que ipsum Jus Theutonicum plerumque perturbare consueuerunt eximentes et liberantes prefatos Andream et Manko ac eorum legitimos successores ab omni potestate et Jurisdicione ac Judicio omnium et singulorum palatinorum Castellanorum Capitaneorum Burgrabiorum Judicum Subjudicum et ministerialium Ceterorumque dignitariorum et officialium nostrorum et terrestrium Ut coram ipsis aut aliquo ipsorum pro causis quibuscumque enormibus casibus et excessibus tam magnis quam parvis puta furti mandii membrorum mutilacionis homicidiis verberacionibus citati comparere et Respondere minime tenebuntur. Sed tantummodo coram Leopolien. advocato Civili pro quibuscumque causis convencti ipsi eorumque successores comparebunt et respondebunt Jure nostro salvo. que omnia premissa decrevimus perpetuo roboris esse firmitate presencium mediante. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Conventione generali Radomien. feria sexta ante festum Sancte Trinitatis proxima Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri quarto presentibus quibusscumque datum per magnificum cancellarium supremum.

Consensus redimendi Mszczimow

Anno domini Millesimo quingentesimo quinto feria quinta ante festum Sancte Trinitatis proxima in Radom datus est consensus Generoso Stanislao Curopatwa ad redimendum villam nostram Mszczimowo in terra Lublinen. sittam de manibus Nobilis Jeronimi Zaklika de

vijp Myedzigorze in forma Cancellarie solita

Inscriptio in hoszcza

Alexander etc. Significamus etc. Quia pro debito certo quod Generoso Jacobo
de Dubiecka Castellano [illegible] et Capitaneo Kathyen[illegible] ratione itinerum que in
nostris et Reipublice negociis ad Serenissimum principem dominum Wladislaum
Hungarie et Bohemie Regem germanum nostrum charissimum regit debebimus
de ipsius Jacobi scita [illegible] ad ipsius et aliorum consiliariorum vota ducentas
marcas monete et numeri communiter in Regno currentis quadraginta octo
grossos Marcam in qualibet computando Nobili Jacobo Rudgerz [illegible]
Kathyen et territorio ville nostre hoszcza ipsius et successoribus in et super villa
predicta nostra tenute sue inscribendas duximus inscribimusque presentibus per
ipsum Johannem Rudgerz et successores suos dictam villam hoszcza iuxta omnes
tenorem et conditiones literarum sibi per nos super eandem villa inscriptas et litere prius
datarum tenendam habendam et possidendam pacifice usque ad exemptionem per nos
et successores nostros faciendam qua facta possessio predicte ville ad nos et
successores nostros convertetur pleno Iure salvis Juribus nostris literarum quibus
sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum Datum in conventione generali
Radomien die dominico sancte Trinitatis Anno domini 1505 Regni nostri quarto

Mellificia Zwolyen

Alexander etc. Significamus etc. Quia Providus Bernardus Advocatus de
villa Lagow suscepit pro se et suis successoribus Mellificia pertinentia
ad Oppidum Szwolen seu in deserto Oppidi Szwolen existentia Que longe
et late prout poterit in dicto deserto reformare debet de quibus pro
annuo censu nobis solvere debet omni anno unam urnam alias pokow
mellis cum suis successoribus Datum in conventione generali Radomien
die dominico in festo sancte Trinitatis Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Census super Iudeo Leopolien

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo attendentes fidelia servitia et bene
merita Generosi Nicolai Firley de Dambrowicza Vexilliferi Cracoviensis et Capi
tanei Lublinensis fidelis dilecti que in nos et Rempublicam Regni nostri ex
hibere consuevit horum quoque intuitu ipsum consolatum remuneraturi
et ad futura servitia nostra promptiorem efficere cupientes Sibi de certa
scientia et gratia Regia nostra Censum annuum super Iudeo Schabden
extra muros Civitatis Lublinensis hac vice morantem quem quidem
censum ipse Iudeus singulis annis per viginti florenos hungaricales
pro festo Nativitatis Christi solvere obligatur dandum donandum et inscribendum
duximus damusque et donamus ac inscribimus presentibus decernentes per
per ipsum Nicolaum Firley predictum censum de eodem Iudeo Schabden

Singulis annis pro festo Natiuitatis Christi exigendum tollendum recipiendum ac in
suos vsus beneplacitos conuertendum hinc vsque ad tempus beneplaciti nostri
Tibi igitur Iudeo Schabdey mandamus districtius precipiendo quatenus
prefato Nicolao Firley Capitaneo de eiusmodi censu per te nobis soluere ob-
ligato iuxta vim et effectum inscriptionis tue respondeas ab ipso Nicolao
super eadem solucione census quittancias recepturus Quas nos in
robore suo Quas nos in robore suo uti nomine et sigillo nostro essent
roborate conseruare volumus et pollicemur ac presentibus conseruamus
harum etc. Dat in Conuencione generali Radomiensi die dominico in
festo Sancte Trinitatis Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

ad regnum se conferendi facultas

Alexander dei gratia rex Polonie et Supremusque dux Lithuanie Russie
Prussie que dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis
presentibus et futuris presentium noticiam habituris. Quia vtilitatem et in christianorum
religione effectum. hic erga nos serenissimique ~~et subditos nros~~ domini Wladislai
dei gratia Vngarie Boemieque regis et Germani nostri charissimi et subditos nros
fidei integritate et obsequiis. Magnifici domini Radul waiuode Transalpini
et Basarabie domini inspectu ferencientes etiam pristinas consideraciones et
amicicias ab antecessoribus nostris cum ipsius predecessoribus et dominiis habitas
Considerantes etiam in illis finibus cum periculo agere in quibus propter christianam
hostis assiduam feroritatem semper seruiris ac totus esse potest: eiusdem status ob
ipsas causas gratia nostra et fauore complecti et presentibus complectimini admittan-
tes sibi suisque subditis se suasque res omnis dum necessitate. Si quod deus
aduertet hostis men seuiens gereret vrget Regnum nostrum transferre in eodemque
manere Seque conseruare tute secure pacifice quod dum sibi placuerit et viriusa
de regno nostro similiter cum omnibus rebus suis in tute et secure quorumque
voluerit expeditum omni impedimento amote et donec in regno manserit sit
cum subditis suis et rebus premittimus et pollicemur eidem voluntate et fide nostra bona
ipsum dum gratia et secure consequi et in iusticia conseruari et ab omnibus aduersitate
manutenere et defendere tamquam Woiewodam nobis fidelem et beniuolum. In cuius
superius scripta vim et robur firmum habeant presentibus sigillum ancillare sub
apendi iussimus Dat

Ioannes de Lasco
Regni Poloniae Cancellarius subscripsit

Cassate et inferius renovate

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regia dignitas et omnium
principantium auctoritas tanquam universorum subiectorum debitrix et patrona multis
tunc incommodis occurrere solet cum id quod pro meliori subditorum suorum statu per-
petuo concedit, ne idipsum vnacum tempore perdatur, eat litterarum sigillorum testium quoque
munimine roborat et perhennat. Proinde nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc.
Significamus tenore etc. Quia attendentes fidem et summe diligentie operam quam
famati Cives nostri Leopolienses ad fortificandam et muniendam Civitatem Leopolim
preteritis temporibus et de presenti fervide gessisse sunt comperti, illam fossatis agge-
ribus propugnaculis et aliis defensionalibus utilibus communiendo, Quia ex sicut eos de
republica constat optime mereri, ita conveniens est ut de republica consolationis
remedia reportent per que ad portus prosperioris fortune aptiam quoque rerum felicium
facilius accedant et condicionem recipiant meliorem. Arx quippe et Civitas ista in ea
hac tempestate qua et castella et Civitates per paganos sunt demolita omnium ad eam
necessitatis tempore confugientium conservatrix et tutela est communis. Quapropter volen-
tes eosdem Cives Leopolienses consolatos reddere et ad illius Civitatis fortificationem augendam
promptiores efficere, omnes et singulos Cives et mercatores ac incolas Civitatis eiusdem
presentes et futuros de speciali prerogativa gratie nostre de consensu quoque expresso omnium ad presens
prelatorum Baronum que Regni nostri in ipsa Civitate Leopoliensi primum et tandem in ceteris
Civitatibus et opidis et locis quibuscumque Regni nostri famatis Civibus et mercatoribus
Civitatis nostre Cracoviensis adequamus et assimilamus perpetuo et in evum per
presentes. Ita quod ipsi Cives mercatores et incole Leopolienses deinceps temporibus perpe-
tuis futuris cum rebus bonis mercibus mercancijs quoque eorum cuiuscumque generis speciei
et maneriei existentibus per Regnum et vniversa dominia nostra libere pacifice quoque
absque quovis impedimento et arresto ire redireque valeant, solutis per eos theloneis
naulis aggeribus et pontalibus eo modo numero et quantitate quibus Cives et
mercatores Cracovienses ea solvere consueverunt. Quocirca vniversis et singulis
dignitarijs officialibus et theloneatoribus nostris ubique in Regno nostro constitutis nunc et
in futurum existentibus mandamus quatenus prefatos Cives mercatores et incolas
Civitatis Leopoliensis in ea libertate theloneorum non solvendorum quam Cives Cracovienses
habent conservantes ab eis rebus quoque et mercibus ipsorum cuiuscumque generis et maneriei
existentibus eo numero et quantitate thelonea pontalia naulia et aggeralia recipiatis
que et quanta Cives et mercatores Cracovienses solvere consueverunt. Quo omnia et sin-
gula decernimus valitura tenore presentium mediante perpetuo et in evum. In cuius
rei etc. Actum in conventione generali Radomiensi feria sexta proxima post festum Sancte
Trinitatis Anno domini millesimo quingentesimo quinto. Presentibus Reverendissimis et Reverendis
in Christo patribus etc. ut supra testibus et in privilegio confirmationis litterarum
vniversalis tercia datarum

Inscriptio super Bona Regalia Lopaczin Ioanni Camienyeczki Concessa

Alexander dei gra Rex etc Significamus etc quia licet superactis tpi
bus inscripseramus bona nra Lopaczin cum villis ad ea ptinentibus
Generoso Ioanni Camienyeczki tenutario bonorum nrorum Busko cer
tis summis sup bona nra Regalia Busko pro dicto Ioanne datis tamen
accedentibus voto et petitionibus Consiliariorum nrorum hic no
biscum agentium pro parte dicti Ioannis nobis exhibitis eadem bona nra Lopa
czin cum villis ad ipa ptinentibus vdt Oplotzko Chmielno Nyemo
low Nyesznanow Liaszki desolata Szurowycze desolata Mykolagyow
desolata Sulikow desolata Sibi ad ipa vite sue duntaxat / duximus in
eisdem summis originalibus inscribenda Inscribimusque tenore presenti
medio Per ipm Ioannem iuxta vim et effectum literarum suarum sup
ipa bona Busko et Lopaczin datarum Tenendi habendi possidendi
et utifruendi Usquequo summe pecuniarum predicte in eisdem bonis
inscripte fuerint successoribus dicti Ioannis post mortem eius pro nos et
successores nros solute quo facto post mortem dicti Ioannis dicta
bona ad nos et successores nros devolventur Iuribus nris salvis
Tam videlicet adiecta quod idem Ioannes Camienyeczki erecturus
constructurus et edificaturus est Erigereque construere et edificare infra
quatuor annos a festo sancti Ioannis Bapte proxime venturo se se
continue sequentes tenebitur Castrum ligneum vulgo Isdbycze in predicta
Lopaczin inter paludes dictas Lopaczinskije Blotha prope flumen
Styr Quod si infra quatuor annos continuos predictos non construxe
rit Tunc propter non constructionem Castri eiusdem Lopaczin eadem
de bona nra Regalia Busko defalcaturi sumus Nos et successores ~~nros~~
nri eidem Ioanni et successoribus suis mille flor de summis in bonis
nris Busko sibi inscriptis Excepto quod absit si hostilitas pagana
infra terrarum Russie penetrando Constructionem eiusdem Castri Lo
paczin infra quatuor annos predictos quomodocumque impedi
verit Tunc idem Ioannes tenebitur pro ulteriores annos edifica
tionem eiusdem Castri Lopaczin continuare Casu quo vero bona
nra Busko de manibus ipsius Ioannis redimere voluerimus vel
successores nri voluerint tunc de possessione eorundem bonorum
nrorum Lopaczin sic premissum est ad ipa duntaxat vite
sue tempora propter rationem edificandi castri predicti non remo
vebimur neque removeri per regni regimen admittemus Harum
dat in Conventione Radomien generali feria tercia post
festum Sancte trinitatis proxima Anno domini 1505

Advocacie in Ostrowi

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Auctoritas principis sine
veterum robur innovando sive sua que pro tempore constituit consilia decernen perpetuo
duratura consuevit et debet literarum apicibus commendare perhennium Proinde Nos Ale-
xander dei gracia Rex Polonie etc Significamus etc Quod Nobilis Johannes Zyrzynski
advocatus bonorum nostrorum Regalium ville Ostrowii in Terra Lanciciensi et districtu Brze-
ziensi consistentium coram nobis personaliter constitutus exposuit querulose qualiter quodam
casu insperato amiserit privilegium quod per predecessores nostros divos Polonie Reges
super ipsam advocaciam in Ostrowi datum et concessum fuerat Et propterea in bonis cen-
sibus et redditibus eiusdem advocacie gravia pateretur damna petens humiliter desuper
sibi provideri et privilegium de novo concedi Nos itaque cupientes ut et ipse exponens in
prefata advocacia accessoriis que illi antiquitus incorporatis debitam iusticiam habeat et ipsa
villa nostra Ostrowii in qua dicta advocacia consistit que ex privilegio advocacie descri-
ptum iusticie ordinem habere consuevit aliqua racione non opprimatur decreveramus
ut ipse Johannes advocatus amissionem privilegii prefati prerogativas que concessas
in eo descriptas et contentas per testes idoneos legittime et sufficienter probasset Qui
nostro satisfaciens decreto certos testes posicionis rei huius noticiam habentes coram nobis
produxit qui mediis eorum iuramentis corporalibus ad imaginem crucifixi prestitis seor-
sum interrogati et examinati testificando deposuerunt Quomodo predecessores ipsius Johannis
advocati habebant privilegium super advocaciam in Ostrowi concessum quod quodam casu im-
pignoracionis in opido Crosnyewycze cuidam opidano Stanislao Nafruch facte fuerat et est
amissum In quoquidem sciebant contineri fuisse et descriptum Quomodo ipsi advocacie suis que pos-
sessoribus pro tempore existentibus per predecessores nostros divos Polonie Reges bona certa
fuerant cum prerogativis atributa et incorporata Primo quidem quatuor lanei agrorum
pro omnibus tribus partibus cum pratis cum eisdem laneis recta progressione tendentibus
more vicinorum agrorum et laneorum quos incole eiusdem ville colunt arant Fuerat eciam
facultas concessa advocato eidem in agris laneorum advocacie incorporatorum kmethones lo-
care molendinum ventile et piscinam si fieri potuisset pro utili comodo que suo erigere Item
sextus grossus census annui ex kmethonibus Regalibus illic residentibus cum tercio
denario penarum adiudicatarum erat et est incorporatus Etiam erat illi concessum
ut in silvis Regiis extirparet campi planiciem ex qua posset colligere fenum seu fal-
castrare duorum currium quatuor equis ducibilium in quibus silvis et Gajis Advocatus
cum suis kmethonibus eam habet libertatem scindendi robora et ligna pro edificiis
construendis sepibus faciendis et aliis domesticis necessariis quam habent kmethones
Regales Item advocato kmethones ipsi Regii omni anno pro festo Nativitatis Christi per
duos currus lignorum de silvis Regalibus ad suam curiam seu domum debent inducere
Testificati que sunt ipsi testes iurati advocatis prefatos prescriptis dotacionibus et pre-
rogativis liberum usum habuisse et in eadem possessione usque ad amissionem privilegii

extitisse paciffice Nos itaque peticionibus ipsius Johannis moderni Advocati in ostrow
maiestati nostre humiliter factis acclinati Attento suprascripto testimonio privilegium
prefatum super eandem advocaciam dixerimus innovandum instaurandum et de novo conce
dendum Innovavimus que instauravimus et concedimus tenore presentium mediante Incorpo
racion et inserecion eius Advocacie et omnibus advocatis pro tempore existen prescriptas
dotaciones prerogativas et libertates perpetuo per advocatos pro tempore existen
ipsam advocaciam cum descriptis dotacionibus et prerogativis tenen haben utifruen
pacifice que possidendum consensu que nostro accedente dandum donandum commutandum et in usus
beneplacitos eorum convertendum prout ipsis utilius videbitur expedire Quiquidem Johan
nes advocatus cum suis successoribus in ostrowi advocatis futuris racione oneris
et servicii tenebitur nobiscum ad expedicionem bellicam in equo equitare In cuius rei
testimonium etc est subappensum anulum in convencione generali Radomien die dominica
festi sancte Trinitatis anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni nostri
anno quarto presentibus ibidem Rmo et Rdis ut in privilegio confirmacionis generalis
omnium Terrarum contentis testibus

Decret inter Nobilem Zophiam consort Joan. Lanck. et Abrah. Zbanski.

Alexander dei gratia etc Significamus tenore etc Quod dum post querelas nomine
Nobilis Zophie relicte Generosi olim martini Zbanski nunc vero Nobilis Johannis langky
Turek consortis nobis de Generoso Abraham Zbanski racione dotis et dotalicii eius
Zophie per ipsum olim martinum suum priorem maritum in certis bonis reformatorum
Sepenumero oblatas prefatus Johannes Thurek nuper nobis in Lublyn feliciter agentibus
nomine eiusdem consortis sue de ipso abraham eadem in re questus fuisset Extunc nuncio
ipsius abrahe Zbanski ibidem personaliter comparente et pro parte eius abrahe re
spondente nos debitam utrique parti iusticiam ministrare cupien partibus ipsis termi
num ad presentem convencionem pro die hodierna pro decisione per nos et consiliarios
nostros facienda prefixeramus hic vero partibus ambabus suprascriptis vz Abraha
suo et Johanne Turek consortis sue nominibus coram nobis et dominis consiliariis
nostris comparentibus et hincinde iusticiam ministrari petentibus Nos certos consiliarios
infrascriptos de medio consiliariorum nostrorum ad decisionem eiusdem cause cum plena
facultate deputavimus Qui tandem exauditis utrimque partibus propositis et responsis
visis que eorum documentis litteratoriis certum in causa ipsa protulerunt decretum
prout in litteris infrascriptis continetur Quasquidem litteras prenominatus abraham coram
nobis exibens peciit eas per nos confirmari et approbari Quarum sequitur tenor
Nos Prandotha de Thczarnija palatinus Raven Johannes de Przecamb Siradien
Janussius Lnathalski Gneznen Johannes Stupeczki Sandecen Martinus Skothnijcki
de Bogwicia Zawychosthen et Mathens de Nowothamyecz Sanocen Castellani et Iudices
per maiestatem Regiam conventum que consiliariorum Regni ad discernendas causas in con
vencione generali Radomien dati et specialiter cum plenaria potestate deputati

Significamus tenore presentium quibus expedit universis Quod veniente coram nobis
controversia inter Nobilem Zophiam Consortem Nobilis Johannis Thmek Lanzki
ex una et Abraham Zbanski ac Johannem Lucam Stanislaum et Petrum ipsius
Abrahe Zbanski nepotes partibus ex altera pro dote et dotalicio predicte Zophie
per Nobilem olim Martinum Zbanski priorem maritum eius in certis bonis sibi
reformatis honorabilis Vincencius Jemielnski prefate Zophie procurator litteras
eius dotalicii coram nobis exposuit petens eandem Zophiam iuxta tenorem litterarum
dotalicii sui in bonis in eisdem litteris descriptis conservari in pacifica possessione
eorundem Exadverso vero Nobilis Johannes Corhowski procurator prefatorum
Abrahe Zbanski ac Johannis Luce Stanislai et Petri ipsius nepotum reproduxit
litteras interclusas sigillis arbitrorum sigillatas partium supradictarum concordiam
in se continen[tes] que in se continent et disponunt ut pro prefata dote Zophie predicte
facta est concordia prout in eadem litterarum intercisa habetur et continetur Nos itaque
auditis utrarumque partium propositis et responsis decrevimus ipsi Abrahe Zbanski
et nepotibus eius concordiam predictam inter ipsos sic factam arbitris docere Quos
quidem arbitros prefatus Abraham coram nobis hic statuit et eisdem de concordia
docuit plene et sufficienter Et ideo candem ipsam concordiam inter prefatam Zophiam
et Abraham eiusque nepotes per illos ipsos arbitros factam decernimus in suo
robore confirmandam confirmamusque presentibus Et prefatus Abraham cum nepotibus
suis si in aliquo concordie non satisfecerit satisfacere debet Similiter predicta
Zophia ipsi Abrahe nepotibusque eius satisfactura erit si in aliquo concordie
predicte non satisfecerit harum quibus sigilla nostra sunt appensa testimonio litterarum
Datum et actum in Radom in Conventione generali feria tercia ante festum
Ascensionis domini proxima Anno eiusdem millesimoquingentesimoquinto Nos itaque
attendentes decretum preinsertum auctoritate et nomine nostris universorumque Regni
nostri Consiliariorum prolatum illud ac litteras preinsertas de certa sciencia et
virtute Regiis nostris de Consilio que eorundem Consiliariorum nostrorum confirmandas
ratificandas et approbandas duximus Confirmamusque ratificamus et approbamus
decernentes easdem litteras in toto earum tenore omnibus que articulis punctis et clausulis
valere et robur debite firmitatis obtinere tenore presentium mediante harum quibus
[illegible] est subappensum Datum in Conventione generali Radomiensi feria quinta ipso die
Sancti Stanislai in Maio Anno domini millesimoquingentesimoquinto Regni nostri
quarto

Nr

Decretum occasione Thelonei inter Sandomiriam et Lublin

Johannes Albertus dei gracia Rex Polonie Supremus dux
Lithwanie Russie Prussie que dominus et heres etc.

Universis et singulis palatinis castellanis Capitaneis Tenutariis Burgrabijs procuratoribus viceprocuratoribus advocatis magistris civium Consulibus Thelonearijs arrestatoribus passuum navigiorum pontium Locorum ac Custodibus ceteris que officiarijs et officialibus quibuscunque ac eorum vicesgerentibus sive surrogatis per et infra Regnum nostrum Polonie ubique constitutis ad quos presentes littere pervenerint presentes et qui eisdem fuerint requisiti fidelibus nostris et dilectis gratiam nostram fideles nostri dilecti Quia descendentibus inter se in oculis nostre presentia Thelonatoribus Sandomirien ex una et Consulibus Civitatis nostre Lublinen fidelibus nostris parte ex altera ambulis vijs essent boves pellendi et alia pecora de terris nostris Russie et Podolie unde redditus Thelonea et proventus Locorum augentur Nos utrique partium quod equum est facere volentes cupimus decrevimus cum dominis Regni nostri Consiliariis nobis presentibus partibus et tenore presentium decernimus et habere volumus ut omnes boves de terra Volhinien pellantur isto itinere vgt per Belz Krasnostaw per Lublin et Radom de Radom vero per vias solitas et consuetas et de horum boum Theloneo ipsi Sandomirien Thelonatores intromittere se facultatem non habent neque habebunt Omnes vero boves de terris Podolie terris Leopolien Premislien pellende sunt itinere tendendo versus Sandomiriam et de horum boum Thelonatores Sandomirien exactionem Thelonei habebunt plenam facultatem vobis supranominatis committimus et habere volentes mandamus ut presens decretum nostrum in nulla parte violare presumatis sed in omnibus articulis et conditionibus observare sitis astricti aliud pro gratia nostra facere non ausuri In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subimpressum Datum in Conventione generali piotrkoviensi dominica Reminiscere Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio Regni nostri Anno primo

Ex actis Castri Radomien
exceptum

Relatio venerabilis Cristofori de Lunczwanki Regni Poloniae vicecancellarij

Iuspatronatus

Nr 9

Alexander dei gracia Rex Polonie Magnus dux etc. Significamus tenore etc. Quia reverendus in Christo pater dominus Ep. Chelmen. Premislien et Regni nostri Vicecancellarius Sincere nobis dilectus annuentes Nostrorum Iurispatronatus et presentandi prelaturarum personatuum Canonicatuum sive prebendarum in Ecclesia Cathedrali Premislien per cessum sive decessum modernorum possessorum dictarum dignitatum Ecclesiasticarum Ecclesie eiusdem nominibus et cognominibus quibusque cognominatorum sive ex alia quavis causa intervenientium in proximo successu temporis ad nos pertinens de certa nostra scientia et gracia nostre singularis liberalitate pro tempore dumtaxat vite sue dandum conferendum et donandum duximus damus que donamus et conferimus presentibus literis damus que donamus et conferimus presentibus literis nostris volentes et concedentes ac donantes ut dum ex causa sive ex causis premissa et premissis vacare sive vacarie aliquam prelature canonicatus sive preben in ecclesia prefata contigerat sive contingerent

Ipse dominus Mathias de eisdem tercia duntaxat vice pro libito suo presencium vigore
literarum nostrarum disponat et disponendi meram habeat facultatem Et quia prefate
prelature personatus et canonicatus sive prebende in dicta sua ecclesia ad pristinum consistunt ipse
dominus Mathias personam idoneam quamcunque ex utroque parente Nobilem ad prelaturas
canonicatus sive preben. predicte ecclesie alias ad id quod horum primus penes eandem ecclesiam
pro tercia vice in proxime et immediate post se vacaverit vigore transfusionis seu dona-
cionis Iurispatronatus eiusmodi instituet et investiet de eisdem que providebit auctoritate
sua ordinaria literis presentacionis nostris non expectatis et si fuerint oblate non admissis
Quam quidem donacionem nostram premissam ratam esse et firmam cupientes eandem omnibus
quibus expedit innotescimus et permittimus non obstantibus quibuscunque donacionibus
istis contrariis quibus presentibus derogamus presentibus illis omnibus ante vel post data
presencium datis anteferendo prout anteferimus Iure quoque proprietatis nec Regie quodcunque
nobis successoribusque nostris ac cuilibet alteri ex nostra priori vel posteriori donacionibus
quomodolibet in eisdem competit competeret que in futurum quo ad effectum presencium duntaxat
consequendum suspendendo et suspensum fore Tamdiu quousque presens nostra donacio suum
debitum sortiatur effectum In cuius rei testimonium etc. Datum in conventione generali Rade-
micii feria tercia post festum Sancte et individue Trinitatis Anno domini 1505

Nobilitatio Mathiae Czemerman Proconsuli Gedanensis

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Multos in preclaras familias
ascriptos adoptatosque nemo ambigit adoptaciones enim ex vetustis moribus et legibus Sacra-
tissimis sunt constitute firmate et observate Et quoniam Regiam decet munificenciam eos qui
obscuris natalibus orti virtutum tamen dotibus pollent ad ordinem nobilium clementer ascri-
bere ut sic virtus cuilibet relucescat Itaque Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Signi-
ficamus tenore presencium etc. Quomodo permoti supplicacionibus familie Pomarianorum alias Godzam-
bii et presertim precibus Reverendi in Christo patris domini Johannis Ludbranski Episcopi Poznanien.
et Magnifici Nicolai de Ludbrancz palatini Calisien. qui in ipsa familia nobis felicibus
auspiciis Regni sceptris presidentibus primores existunt Spectabilem Dorotheam Nobilis et
famosi Mathie Czimerman proconsulis et Burgrabii Gedanen. consortem veluti virtutibus
prestantem et de ipsa familia benemeritam in Nobilem familie Pomarianorum domini Episcopi
et palatini predictorum coram nobis adoptatam Nosipsi Nobilem reddimus ipsam per
adopcionem et ascripcionem auctoritate nostra Regali admittimus confirmamus et approbamus
Donantes eidem Dorothee eiusque successoribus ascriptos adoptatosque [illegible]
familie Pomarianorum Scroci arma eiusdem familie consueta videlicet tres
pomos virides in una arbore eiusdem coloris sub qua radices quinque glauci
coloris pendent in campo flavo ut pictura demonstrat [illegible]
quo ipsa Dorothea eiusque posteros perpetuo ubique locorum signum Nobilitatis
indubitate vtetur Illud que in anulis picturis cortinis papilionibus et aliis cuiusvis generis or-
namentis et officiis deferre debeat Quam propterea voluimus omnibus libertatibus et prerogativis
uti frui gaudere quibus ceteri Nobiles Regni nostri uti et gaudere consueverunt Que omnia decer-
nimus perpetui roboris esse tenore presencium mediante in cuius rei etc. In cuius rei etc. est subappensum Datum
in conventione generali Radomien. die dominico festi Sancte Trinitatis anno domini 1505 presentibus ibidem
Reverendis et Reverendis in Christo patribus ut in privilegio super confirmacionem presencium terris concesso testibus [illegible]

Molendinum Kythlowo ante Crac.

vpl.

Alexander dei gratia rex Polonie etc. Significamus etc. Quia pro nostra et reipublice
ardua necessitate et maxime solucione servitorum ad terrarum Russie defensionem per nos missorum
apud famosos proconsulem et consules Cracovienses quinque milia et quadringentos
florenos hungaricales per mediam sexagenam computando in mutuum recepimus et effective
levavimus de quapropter summa quinque millium quadringentorum florenorum prefatos proconsulem
et consules assecurare cupientes eam ipsis in et super molendino nostro regali Kethlowo
dicto ante valvam Sancti Nicolai ante muros Cracovienses iacenti atque in duabus mensuris
ex eo ad mensam nostram provenientibus impresenciarum desertato duximus inscribendum
et demonstrandum et de consensu voluntateque prelatorum nostrorum universorumque consiliariorum
tam spiritualium quam secularium hic nobiscum existencium inscribimus per presentes per
eosdem proconsulem et consules dictum molendinum seu duas mensuras ex eo provenientes
tenendum habendum possidendum et utifruendum tamdiu quousque eisdem proconsuli et consulibus aut eorum
successoribus dicta summa quinque millium quadringentorum florenorum per nos aut posteros
nostros plenarie fuerit soluta. Quo facto possessio eiusdem molendini seu duarum mensurarum
ad nos seu successores nostros redibit pleno iure. Verumquia molendinum predictum impresenciarum
desertum et annihilatum existit quod necessario ipsi consules sumptibus propriis reedi-
ficatum erunt. Itaque promittimus et spondemus quia prefatis proconsuli et consulibus
pro sumptibus et impensis pro illius molendini instauracione et reformacione fecerint per dictos
consules faciendis prout iusticia suaserit aut arbitrio hominum bonorum inventum fuerit
iuxta exigenciam molendini ipsius satisfaciemus aut successores nostri satisfacient. Et in-
super volentes futuris necessitatibus ipsorum proconsulis et consulum graciose consulere ad-
mittimus et consentimus eisdem per presentes quod dictum molendinum ita prout per nos
ipsis resignatum desertum aut cum per ipsos fuerit reformatum et restauratum poterint
in eisdem summis in his litteris expressis in manus quorumcunque aliorum nobilium aut civium nobis tamen
subditorum et fideli obligare et in possessionem suam conferre nostro alio consensu ad id minime
requisito. Quam obligacionem nos ratam et gratam habere et cum eis facta fuerit iuxta
contenta presentis inscripcionis plene conservare volumus et promittimus donec eisdem
proconsuli et consulibus aut illis eorum molendinum predictum obligaverint tam super summis
inscriptis quam pro sumptibus pro restauracione molendini factis iuxta condicionem supra
scriptam debita solucio effective fuerit impensa. Iuribus nostris semper salvis. Harum
quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Dat. in conventione generali
Radomien. feria quarta in vigilia Corporis Christi anno domini 1505

Alexander dei gratia etc. Posnaniensibus Judeis hereditates et Miedzirzecz inscript

Significamus tenore presentium etc. Quemadmodo attendentes Judeos nostros Poznanie inhabitantes propter paupertatem et paucitatem eorum ad dissolutionem census annui nobis singulis annis solvi soliti et nuper Generoso Stanislao Jaczkij inscripti non posse sufficere Jdeo volentes illis ea in re subvenire ut tanto celerius ad meliorem conditionem et fortunarum pristinarum recuperationem possint devenire. De certa scientia et deliberatione cum Regnis nostris universos Judeos nostros Gnyeznenses et Miedzyrzecz volentes ipsis Poznanien quo ad predicti census dissolutionem annumerandos et adiungendos duximus annumeramus quidem et adiungimus presentibus volentes et decernentes ut prefati omnes Judei tam de Poznania quam extra Gnyezna et Miedzyrzecz ipsum annuum censum sic insimul solvant prout Judei dumtaxat Poznanie inhabitantes iuxta antiquam consuetudinem solvere consueverunt Quam quidem concessionem et decretum nostrum volumus et presentibus statuimus habere debere firmitatis robur hinc usque ad terminum annorum decem iam proximum affuturum Sigillum nostrum presentibus est subimpressum testimonio Datum Radom in conventione generali Radomien feria secunda in crastino Sancte Trinitatis anno domini 1505 — Rsp.

Chmyelnik

Anno et loco quibus supra Maiestas Regia intuitu servitiorum Generosi Joannis Struss de Comorow capitanei Chmyelniken sibi Mille florenos pecuniarum monete et numeri polonicalis in Regno currentis in bonis Chmyelnik tenute sue inscripsit et reformavit Adiungendo eandem mille flor summam ad summas in eisdem bonis sibi prius inscriptas. Sub hac tamen conditione quod ipse Joannes fortalicium seu castrum ~~de lignis~~ ibidem situm de lignis et roboribus alias vissbiercze a proximo festo Sancti Joannis Bapte usque ad aliud festum Sancti Jo Baptiste immediate construere restaurare et reedificare. quod si non fecerit inter ipsa duo festa Sancti Jo immediate se sequentia extunc regia Maiestas sibi unum mille fflor de summis in eisdem bonis sibi prius inscriptis defalcatura erit. Juribus etc. Ferie quarta in vigilia corporis Christi sacratissimi — Rsp.

Myedziborze

Privilegium super Locatione oppidi de duabus villis cum adiectione Iuris Culmensis et foris annalibus

2

Rex

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum sit proprium [illegible]
Regum et principum potentum in subditos beneficos esse, hiis tamen debitum
censetur benemerentibus non officiis tantum sed nova gratia ordinaria re-
parare [illegible] per eorum benemerentium successores [illegible]
[illegible] nonnullis constitutionibus perhennem literarum firmitatem
roburque perpetuum ad perpetuam rei geste memoriam adhibere. Proinde
nos Alexander rex significamus etc. Quia attendentes merita fidei
ac virtutum constantiam Generosi Nicolai de Barthnyky Castellani Ploczensis
et Secretarii nostri devote dilecti, quibus et nobis et serenissimo olim Ioanni
Alberto fratri Regi et antecessori nostro se commendatum in iuventute reddidit,
[illegible] patrimonialibus suis annectere, sibi et successoribus suis legittimis
de duabus sibi contiguis villis suis hereditariis Pokrzyky in terra
Ploczensi in districtu Zawkrzensi consistentibus de novo oppidum quod Myedziborz
vulgariter nuncupari volumus locare et erigere admisimus, concessimusque, admit-
timusque et concedimus perpetuis atque ipsas villas in dictum oppidum eligi-
mus prout sunt in limitibus suis distincte et limitate de iure polonico in
et quocunque alio in ius Theutonicum quod Culmense dicitur transponimus
et transferimus tenore presentium mediante, cunctis iuribus derogantibus [illegible]
[illegible] omnia iura polonica et quevis alia ac modos et con-
suetudines universas que ius ipsum Theutonicum consueverunt perturbare
et plerumque ac impedire. Et propterea universos et singulos dicti
oppidi incolas presentes et futuros ab omni iurisdictione et potestate omnium
et singulorum palatinorum Castellanorum Capitaneorum, Tenutariorum Bur-
grabiorum vicecapitaneorum Iudicum Subiudicum aliorumque dignitariorum
et ministerialium quorumcunque eximimus et liberamus atque eos iuri et Iudicio iuris
Theutonici predicti subiugamus decernendo quod ad instantiam querelantis
[illegible] citati coram [illegible] pro causis tam magnis
quam parvis puta furti incendii homicidii membrorum mutilationis
et aliis quibusvis criminalibus causis et excessibus citati coram ipsis
et aut ipsorum aliquo minime [illegible] aut comparere neque pro [illegible]
aliquas penas solvere tenebuntur. Ubi contra [illegible] ministerialis
tamen eos penam [illegible] extendit, sed ipsi incole
universi oppidi eiusdem advocato suo [illegible] pro tempore
existenti pro omnibus causis predictis atque aliis [illegible]

ucis eiusdem Theutonici Advocatus vero eorum ipse Advocato
Nicolao et successoribus suis eiusdem oppidi heredibus pro ipso
oppidanis atque de se querulantibus comparebit et iure Theutonico
undebit comparitum et tendebant. Cui advocato [illegible] pro ipso
oppido in omnibus predictis et aliis criminalibus et civilibus causis
ac eventibus in oppido ipso et eius graniciebus contingentibus judi-
candi sentenciandi diffiniendi colligendi puniendi et plectendi damus
facultatem plenariam prout [illegible] Theutonicum in suis capitulis
punctis et articulis postulat et requirit. Preterea volentes vel huius
oppidi condicionem facere meliorem in ipso nundinas sive fora annualia
pro festivitatibus [illegible] [illegible] gloriose virginis Marie et [illegible]
[illegible]. Et forum septimanale qualibet feria quarta singulis annis indiget
instituimus et imposuimus instituimus et imponimus et indicimus presentibus absque
preiudicio civitatum et oppidorum aliorum nostrorum in terra ipsa circumiacencium
per Mercatores et negociatores undecunque venientes in ibi [illegible]
et habendis dantes et concedentes quibuslibet Mercatoribus vectoribus
et aliis omnibus et singulis cuiuscunque status hominibus nostris aliorum
oppidorum Regni nostri facultatem et libertatem undecunque ad oppidum
predictum pro diebus fori cuiuslibet predicti Mercature gracia veniendi
In eodemque oppido stando et morando cuiuscunque generis et manerie
fuerint diebus fororum predictorum exponendi vendendi emendi
negociandi res pro rebus commutandi et cambiendi aliaque
Mercature et negociacionis genera exercendi libere nisi talia sint
quorum [illegible] [illegible] et quibus [illegible] [illegible] fidedignorum
denegantur. Que omnia premissa decernimus perpetuo du-
ratura [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Conven-
cione generali Radomiensi feria

Actum   Kostowski Bremmar

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus tenore etc. Quia dudum in Iudi-
cio nostro Regali in presenti Convencione tento ardua causa Inter Nobilem Jacobum Kostho-
wski actorem ab una et famosos proconsulem et consules Civitatis nostre Cracovien.
racione certorum preliminarium per ipsum super famoso Georgio Bremmar consule et libra-
rio Cracovien. obtentorum fuisset mota ex citacione per dictum Kosthowski contra ipsos
cives obtenta Nos volentes in hac causa iusticiam partibus ministrare plenarie Gene-
rosos Jacobum de Szydlowiecz? Voinicien. Johannem de Zaklyczin Bieczen. et Stani-
slaum de Mlodziejowicze Radomien. Castellanos Generosis Nicolao Sworski de
Beldno Iudici et Stanislao Lithwos de Czanow Succamerario Lublinen. et Subiudici
Terrestribus Sandomirien. qui illi Iudicio pro debito officii eorum presidebant in asse-
ssores dedimus Ipsi tamen Iudex Subiudex et assessores causam ipsam prout terminus re-
quirebat iudicantes certum inter eas partes protulerunt decretum cuius sequitur tenor
Nicolaus Sworski de Beldno Iudex et Stanislaus Lithwos de Czanow Succamerarius
Lublinen. et Subiudex Terre Sandomirien. generales Significamus tenore presencium quibus expe-
dit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quia dum sedebamus
in curia Serenissimi principis et domini domini Alexandri dei gratia Regis Polonie
Magniducis Lithuanie Russie etc. domini nostri graciosissimi in iudicio iudicantes una cum
Magnificis dominis Jacobo de Szydlowiecz Voinicien. Johanne Iordan de Zaklyczin
Bieczen. Stanislao de Mlodziejowicze Radomien. Castellanis per Sacram Regiam maiestatem
assessoribus ad infrascripta specialiter datis deputatis et collatis nobiscum in iudicio
assidentibus oblatum est nobis decretum Regie maiestatis inter famosos et spectabiles pro-
consulem et consules Cracovien. ex una et Nobilem Jacobum Kosthowski ab altera
partibus quas literas decreti eiusdem maiestas Regia in vigore suo remansit et conservavit
conservari que mandavit contra quod preliminaria prefati Jacobi Kosthowski super fa-
moso Georgio Bremmar prout scriptum decretum Regie maiestatis literis obloquitur quod decre-
tum Regia maiestas una cum assessoribus funditus revocavit et eidem Jacobo Kosthowski
ea in re perpetuum silencium imposuit Super quod ipsi Consules memoriale posuerunt
quod Iudicium suscepit harum quibus sigilla nostra presentibus sunt subappensa testimonio
literarum Actum in Conventione Generali Radomien. feria quinta festi sancti Georgii
Anno domini millesimoquingentesimoquinto presentibus ibidem Nobilibus Petro et Johanne
Szczambosch? de Jablonicza Johanne Bogusch et aliis quamplurimis fidedignis ad premissa
testibus per manus Nobilis Andree Mroczek de Skowyerzyn Regie maiestatis et Terre Sando-
mirien. Notarii generalis Itaque nos visis literis premissis de Iudicio nostro in Convencione
presenti emanatis easdem de Consilio Consiliariorum nostrorum approbavimus et confirmavimus
approbamusque et confirmamusque decernentes eas valere perpetuo tenore presencium mediante harum
quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum Datum in Convencione generali Rado-
mien. feria quarta in vigilia corporis Christi Anno domini millesimoquingentesimoquinto
Regni nostri Anno quarto

Solut° Andrzeiovien

Alexander dei gra Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia nos facta racione cum nobili Johanne Corvarski curiam familiari nostro pro serviciis que nob impendit remansimus sibi debitores summe ducentorum triginta florenorum de cuiusquidem summe solucione ipsum creditorem indemnem et reddere cupien dicto predicto Johanni stacionem nostram tenuit annuatim nobis per abbatem et conventum monasterii Andrzeiovien in singulis annis solvi solitam inscribendum duximus et inscribimus presentibus Quocirca vobis venerabili Jacobo moderno et aliis pro tempore existen Abbatibus et conventui monasterii Andrzeiovien committimus mandamus quatinus prefato Johanni Corvarski dictam tenuit annuatim stacionem per vos nobis solvi debitam non prestolando aliis inscripcionibus meis in eadem stacione factis de priori data existen racione suprascriptorum ducentorum triginta florenorum dictis et exsolvatis de qua quidem tenuit annuatim solucione vos quitamus presentibus harum quibus etc. est subappensum etc. Datum in conventione generali Radomien feria sexta proxima ante festum penthecostes Anno domini millesimo quingentesimoquinto Regni nostri Anno quarto

Johannes de Lassko
R p cancellarius sst

T p

Decreti Scultetis Ville Byalki

Alexander dei gra Rex Polonie etc. Significamus etc. Quomodo dum delatum fuit coram nobis in querela per nobiles Paulum Nicolaum et Johannem de Mangeinge germanos ex Generosus Petrus Schaffraniecz de Pieschkowaskala castellanus Visliciensis et capitaneus Radomien officii capitaneatus sui vigore potestatem et iurisdiccionem et dominium advocatorum in villa eorundem nobilium hereditaria Byalkij existencium eis ademerit easdem advocatos subieccioni et serviciis capitaneatus Radomien annecten et astricien quod ipsi nobiles ad gravem eorum iniuriam reducebant Nos cupien de veritate rei huius experiri et iusticiam utrique parti ministrare mandavimus et heredibus ipsis et scultetis ville predicte Byalki literas et privilegia coram nobis exponere ex quibus tandem tam nobilium quam advocatorum eorundem privilegiis coram nobis expositis reperimus ipsos nobiles villam ipsam Byalki cum omni iure et dominio perpetuo habere sic quoque eosdem scultetos ville Byalki eorum immediate subieccioni iurisdiccioni et servicio subiacere et de consilio consiliariorum nostrorum decrevimus et decernimus presentibus quod omnes et singuli ville predicte Byalki alias Corzeniow sculteti nemini alteri quam predictis Paulo Nicolao et Johanni de Manginicze germanis eorumque successoribus obedire servire et iurisdiccioni parere debeant et sint obligati perpetuo capitaneus quoque ipse Radomien modernus et pro tempore existens predictos advocatos in iurisdiccionem et potestatem suam peramplius subicere non debeat Quodquidem decretum presentibus nostrum omnibus quibus interest intererat aut in futurum interit et publicandum officiis presentibus quibus in testimonium sigillum nostrum est subappensum Datum in conventione generali Radomien feria quinta festi corporis xpi Anno domini millesimoquingentesimoquinto

R g

Alexander dei gratia rex etc. Leopolien.

Significamus etc. Quomodo animadvertentes famosos cives Leopolien. non modicos sumptus et impensas in muniendo ipsorum civitate quottidie exponere volentes quod eosdem in ipsa civitatis reparacione et fortificacione animare eis de speciali gracia et consensu consiliariorum nostrorum de ipsorum civitate exactionis civilem unius anni et Szoporne duorum quartaliorum in hac conventione presenti laudatas dedimus et contulimus damus quod et conferimus tenore presencium mediante. Quocirca tibi generoso Andree Herborth de Felsthyn moderno et aliis pro tempore existentibus exactoribus Leopolien. committimus mandamus quatenus predictos cives Leopolien. ad solucionem exactionis civilis unius anni et Szoporne duorum quartaliorum non compellatis neque ab eis exigatis aut preterea illos molestari permittatis. Et aliud non facturi pro gracia nostra. Harum etc. quibus sigillum nostrum subimpressum est. Datum in conventione generali Radomien. feria quinta festi corporis Christi anno domini millesimo quingentesimo quinto.

Johannes de Lasko
R. P. Cancellarius subscripsit

Brodnya cum Iezyersko et Zakazovo

Alexander dei gratia rex Polonie etc. Significamus etc. Quomodo pro parte nobilium Swanthoslai Ostrowski et Nicolai Stanislai heredum de Zakrzow littere infrascripte sigillis quatuor commissariorum iudicum per nos ante hac deputatorum obsignate directionem et diffinicionem differencie et controversie occasione granicierum inter bona nostra regalia utputa villam Brodnya ex una et villas Iesyersko et Zakrzow prefatorum nobilium hereditarias partibus ex altera orte per eosdem commissarios latam et latam in se continentes erant coram nobis exhibite cum peticione ut eas confirmare approbare et ratificare dignaremur quarum sequitur tenor Nicolaus Gardzina de Lubrancz palatinus Johannes Sarand de Brudzow castellanus Calissien. Nicolaus de Wyrzicze camerarius Loncz. terris Generosi Vincencius de Charthlupya succamerarius Jaroslaus de Lasko tribunus Siradien. Recognoscimus tenore presencium mediante quomodo domini et grandis fuimus dati et deputati commissarii per ipsum tem regia ad limitacionem granicierum utputa inter bona regalia ville Brodnya tenute magnifici domini Petri Myszkowski de Mirow palatini ~~Lublien.~~ Lanczicien. ex una et bona hereditaria Iesyersko et Zakrzow nobilium Swanthoslai Ostrowski et Nicolai Stanislai heredum de Zakrzow partibus ex altera vigore eiusdem commissionis intendissemus qui prefatus dominus palatinus Lanczicien. de mandato regie maiestatis cum hominibus regalibus de villa prefata Brodnya tenute sue ad easdem limitacionem granicierum condescenderat ubi nonnulle controversie dissensiones exorte fuissent inter bona prefata tam regalia quam eciam hereditaria

satisfaciendo iuris communi decreveramus transitum et ducturam alias porodu
decretam hominibus regalibus de villa Brodinia qui postquam voluerunt transitum
et ducturam alias porodu decretam prosequi Tandem huiusmodi transitum et ducturam
Nobilibus Swyantheslao Ostrowski Nicolao et Stanislao de Zakrzow cum hominibus
eorum adiudicavimus et decrevimus qui prefati Nobiles cum hominibus suis genibus
flexis iurare voluerunt sed homines regales iuramentum admittere noluerunt quo facto
decrevimus adiudicavimus et ab inviem separavimus debito et iusto fine scopulos facere
et alia signa notabilia tam bonis regalibus quam eorum bonis hereditariis instituendo iustrare
Super quo Nobiles Swantheslaus Ostrowski Nicolaus et Stanislaus de Zakrzow adiudi-
catum posuerunt harum quibus sigilla mea sunt appensa testimonio literarum Actum
et datum in Brodinia die dominico Invocavit Anno domini millesimoquingentesimoquinto
presentibus ibidem Generosis et Nobilibus Jacobo Zyrmizki vicepalatino Sadkowien
Martino Poniatkowski Johanne Lezynski Nicolao Szukowski Petro de Lukomiesko
et aliis quamplurimis circa premissa existentibus Itaque nos attentis premissis litteras
esse iustas ipsum per decretum et sententiam in eis contentam invenimus ipsas litteras de certa
scientia et voluntate Regiis nostris approbandas confirmandas et ratificandas duximus approbamusque
et confirmamus et ratificamus tenore presentium mediante decernentes eas robur perpetue
firmitatis obtinere harum quibus Sigillum nostrum presentibus est subappensum
testimonio Literarum Datum in conventione generali Radomien feria quinta festi
corporis cristi Anno domini millesimoquingentesimoquinto Regni nostri Anno quarto

Portulanie Crac Castri

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quomodo attentis fidelibus serviciis Nobilis
Petri Kawgizki Civium nostri que nobis in hactenus constanter exhibuit horum itaque intuitu
ipsum consolatum efficere et ad futura nobis impendenda servitia reddere promptiorem cupientes
sibi de gratia et liberalitate Regiis nostris gratiam nostram expectativam super portulaniam
alias Vrothnyczthwo Castelli Castri nostri Cracovien in proximo quomodocumque per cessum
vel decessum Johannis Kessko eiusdem portulanie moderni possessoris vacaturam duximus dandam
et conferendam damus quam et conferimus per presentes decernentes campanam portulaniam modo
premisso vacaturam per eundem Petrum cum omnibus et singulis obvencionibus ad eandem
pertinentibus plenarie et integraliter habendam usque ad ultimum vite sue tempora Itaque vobis
Magnifico et Generoso Nicolao de Camienyecz Sandomirien et Capitaneo Cracovien
in absencia ipsius Vicecapitaneo et Johanni Jordan de Zaklnczyn Bieczen Castellano
et Zuppario Cracovien ac aliis pro tempore existentibus Capitaneis et Zuppariis Crac
mandamus quatinus cum campanam portulaniam sic ut premissum est vacare contigerit
vigore quorum presentium desuper fueritis requisiti Tu Capitanee ipsum Petrum ad eandem
intromittas portulaniam eiusdem quam sibi possessionem assignes Tu vero Zuppario de universis
proventibus et obvencionibus ad eandem portulaniam spectantibus de Zuppis nostris solvi solitis
singulis annis quatuortemporibus ipsi Petro respondeas quittancias ab eodem Petro super
exolucionem earumdem censuum recipiendo quas nos tibi in racione computaturi sumus ad Zupparium
nostrarum vim harum etc. Datum in conventione generali Radomien feria sexta in castro
corporis cristi Anno domini millesimoquingentesimo quinto Regni nostri anno quarto

Salvusconductus

Anno quo proxime supra die vero feria quarta in vigilia Sacratissimi
corporis xpi datus est salvusconductus in magna forma Litterarum proinde Lau:
rencio Granscher incole opidi Thorun ad quatuor annorum decursum sub quibus
posset suis creditoribus solvere et satisfacere sub forma cancellarie consueta in Conven
cione generali Radomien

Donacio bonorum Scharfaw ecclesie Varmien

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Liberalitas et beneficentia
inter ceteras virtutes que principibus peculiares sunt non immerito numeratur quam
exercere in omnibus ipsis laudabile et gloriosum est maxime tamen si in personas Ecle
siasticas quibus et sacrarum rerum et salutis omnium cura est ita sunt munifici ut melius
hiis rebus quibus prepositi sunt gracia ipsorum adiuti vacare possint proinde Nos
Alexander dei gracia et cetera Significamus et cetera Quomodo considerata attenuacione Eclesie Var:
mien et bonorum eius ex gravibus guerris bellorum in terris prussie gestorum et diutius
continuatorum facta ob quam cultus divinus in illa ecclesia videbatur aliquatenus
diminui singulari itaque illi Eclesie omnis paterne summus affectione existentes incli:
nati et nonminus gracioso habito respectu ad meritorum efficaciam et plene fidei:
constanciam quam Reverendus in xpo pater dominus Lucas Episcopus Varmien sincere nobis dilectus
alto gravi que consilio suo ad nostrum et reipublice Regni nostri statum feliciter augendum
gessisse et comprobatur volentes itaque in illa Eclesia cultum divinum pro salute anime
nostre predecessorum que et successorum nostrorum divorum Regum polonie adaugere ipsumque dominum
Lucam Episcopum successores que suos ad nostra et Regni nostri negocia diligenter et fide
liter obeunda reddere ferventiorem ut que ipsa sua Eclesia temporis felicis Regiminis nostri
sua uberiora suscipiat incrementa prefato domino Luce Episcopo moderno ac ipsi Eclesie
Varmien et Episcopis expost in futurum existentibus bona nostra Regalia districtum Scharfaw
officium que piscature ad illum pertinens et sexaginta naves anguillares in almanico
Keitel vocatas cum villis ad ea pertinentibus in terris nostris prussie consistentibus de beni
gnitate largitate que munificencia nostre Regie ac consensu universorum prelatorum et baro:
num Regni nostri consiliariorum nobiscum in hac conventione existentibus duximus
dandum donandum et largiendum damus que donamus et graciose largimur perpetuo
tenore presentium mediante Verumquia prefata bona nostra per olim Serenissimum
principem dominum Kazimirum Regem genitorem et predecessorem nostrum certis
civibus Gedanen fuerunt et sunt impresenciarum oppignorata et in aliquibus summis
pecuniarum inscripta que ipse dominus Lucas Episcopus aut sui successores redimere

et eliberare debebit propriis sumptibus per ipsum dominum Lucam Episcopum et suos
successores dicta bona districtum Scharfaw officium piscature et sexaginta naves
angwillares cum omnibus villis predijs curijs areis domibus hominibus agris pratis
campis censibus redditibus et obvencionibus universis quocumque nomine vocatis
silvis gais nemoribus rubetis paludibus fluvijs fluminibus lacubus stagnis
aquarum decursibus piscaturis demissionibus molendinis et eorum emolimentis
melle et mellificijs et omnibus usibus humano ingenio repertis et inveniendis
et generaliter cum omni iure dominio et proprietate nichil illic iuris dominij
et proprietatis nobis aut successoribus nostris reservando ita longe late prout
in agris mari ~~iure dominio~~ littoribus et terris ex antiquo sunt distincta
et limitata tenendum habendum utifruendum perpetuo possidendum consensu quoque nostro et successo
rum nostrorum accedente dandum donandum commutandum et in usus beneplacitos prout
sibi et Ecclesie prefate melius et utilius expedire videbitur convertendum Et ut ipse
dominus Episcopus successores quoque sui tanto uberiorem comodiorem quoque usumfructum eorundem
bonorum habere possit quanto amplioribus gratiis liberalitatis quoque prerogativis
fuerint dotata ideo de nostris habundanti quoque liberalitate ac certa sciencia nostris
Regijs prefata bona districtum Scharfaw officium piscature et sexaginta naves
angwillares cum villis ex antiquo pertinentibus ab omnibus expedicionibus bellicis
ex quacumque causa ac necessitate Regni nostri et terrarum nostrarum prussie inde
eiusmodi sunt obligata libertamus et absolvimus et quantum in nobis est liber
tati et immunitati ecclesiastice ascribimus et incorporamus et per eum ad quem
pertinet ascribi et incorporari admittimus pro temporibus eternis In cuius
rei testimonium etc. Actum in Convencione generali Radomiensi feria quarta
in vigilia Sacratissimi corporis Christi Anno eiusdem millesimoquadringentesimoquinto
presentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus etc. ut proxime supra in privile
gio confirmacionis iurium terrarum testibus

Consensus super Scharfaw

In festo Sacratissimi Corporis christi Datus est Consensus suprascripto
domino Warmiensi Episcopo eximendi bona scharfaw officium piscature
et sexaginta naves angwillares de manibus certorum consulum seu civium
Gedanensium qui ea tenuerint In forma Cancellarie consueta etc.

Inscriptio in Chodecz

Alexander dei gracia Rex polonie etc. Significamus tenore presencium
quibus expedit universis. Quomodo attendentes fidelia servicia
et impensas nobilis Nicolai Smyotanka notarij nostri fidelis dilecti
quas in obeundo itinere versus tartariam przekopem in nostris et
Reipublice negocijs impendit. Horum intuitu indempnitati consu
lendum quod ac ad futura servicia nostra ipsum promptiorem reddere cupientes
sibi de certa sciencia et gracia Regijs nostris ac de Consilio et consensu
Consiliariorum nostrorum. Centum florenos Hungaricales ~~puri auri~~
~~iusti ponderis~~ in et super villa nostra Regali Chodecz in terra
Chelmensi sitta tenute sue inscribendum duximus et inscribimus presentibus

deteneri per ipsum Nicolaum Smyotanka et ipsius legittimos successores predictam villam Chodecz iuxta vim et effectum originalium inscripcionum desuper inde emanatarum tenen. haben. utifruen. et possiden. tamdiu quousque predicti centum florenorum hungaricalium aliis summis pecuniarum in dicta villa inde inscriptis sibi aut successoribus suis per nos aut successores nostros simul et ex integro solvetur. Quo facto possessio tunc predicte ville ad nos et successores nostros revertetur plene. Iure nostris Iuribus salvis remanentibus harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum in conventione generali Radomien. feria sexta intra octavas Corporis Christi anno nativitatis domini millesimo quingentesimo quinto.

Damb Dobrze-gnyewicze

Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus tenore etc. Quomodo attendentes grata fidei merita Magnifici Nicolai de Crethkow palatini Iunivladislaviensis que studiosius exibens plurimum placuit nobis presertim itinera Regiatus Lithuanie obeundo horum intuitu consolatum eum efficere ad futurea quoque nostra et Reipublice Regni nostri servicia obligaciorem reddere cupientes sibi centum quinquaginta marcas mediorum grossorum in et super bonis nostris Tenute ipsius videlicet Damb et Dobrzegnyewicze in Terra Cuiavie et districtu Cowalen. sit inscribendum duximus et tenore presencium mediante inscribimus per ipsum Nicolaum palatinum predictum et eius legittimos successores bona predicta secundum effectum literarum originalium tenen. haben. et possiden. usque ad prefatarum centum quinquaginta marcarum et aliarum summarum in aliis literis inscriptarum per nos et successores nostros solucionem predicto Nicolao de Crethkow aut successoribus eius factam. Qua facta possessio bonorum predictorum ad nos et successores nostros redibit et devolvetur pleno iure. Salvis Iuribus nostris. Harum etc. Datum in conventione generali Radomien. feria sexta infra octavas Corporis Christi Anno eiusdem millesimo quingentesimo quinto Regni vero anno quarto.

Donacio baccalis

nil

Vp Alexander etc. Significamus etc. Quomodo ad peticionem Serenissime domine Elizabeth dei gracia Regine Polonie genitricis nostre charissime et item habentes racionem servitutorum diutinorum Nobilis Hedwigis Kgenowna virginis que ad curiam nostre Matris gratis exhibet sibi unum baccarum salis afrenangzuney pro qualibet quartuali anni annis singulis de zuppis nostris Cracoviensis ad vite ipsius tempora dedimus et donavimus damusque et donamus presentibus per eam habendum et percipiendum. Quarum vobis zupparijs nostris etc. pro tempore existentibus mandamus quatenus de prefato sale pro singulis quatuor temporibus anni dicte Hedwigi ad tempora vite ipsius extrema respondeatis quod vobis in racionibus vestris suscepta quietancia computabitur. Aliud non facturi pro gracia nostra. Datum in conventione generali Radomien. feria sexta in crastino festi Sancte Trinitatis anno domini 1507

Cazimyercz

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Omnes humani generis actiones
quemadmodum sub tempore fiunt sic per temporum momenta defluunt nisi ingenio
humano presertim vero litterarum apicibus perhennata mortales posteritati re-
linquantur. Proinde nos Alexander etc. Significamus etc. Quod licet oppidum
Cazimiercz in terris Maioris Polonie situm exantiquo per predecessores nostros fundatum
exsistat forum tamen septimanale et advocaciam ac ius Maydemburgense advocato
et incolis illius datum habeat tamen ad peticiones Magnifici Nicolai Kor-
dzyna de Ludbrancz palatini Calisiensis predicti oppidi heredis fidelis nobis
dilecti de certa sciencia et benignitate regia nostra ac consilio consiliariorum
nostrorum oppido predicto Cazimiercz forum septimanale singulis feriis secundis
in septimana denuo dandum duximus et concedendum duximus damus tamen et
concedimus celebrandum imperpetuum sine tamen preiudicio aliarum civitatum
et oppidorum vicinorum dantes et concedentes universis et singulis mercatoribus
et aliis hominibus cuiuscunque status et condicionis existentibus ad dictum
oppidum pro dictis fori septimanalis venientibus plenam et omnimodam
facultatem res et merces cuiuscunque generis et speciei fuerint libere ven-
dendi emendi res pro rebus commutandi et aliarum mercanciarum genera
exercendi nisi tales sint quos iura non tenentur et quibus merito
consorcium fidedignorum denegatur. Preterea condicionem meliorem oppidi il-
lius facere cupientes conformantes tamen illud civitatibus et oppidis aliis
nostris subditorum tamen nostrorum quemadmodum prout non dubitatur exantiqua
fundacione ius habuit Teutonicum quod Maydemburgense dicitur. Sic nos
illud oppido eidem prout in suis limitibus granicierum distinctum exsistit
denuo dandum et concedendum duximus damus tamen et concedimus presentibus
temporibus perpetuis duraturum. Removentes ibidem ~~omnia iura~~ et singula iura polo-
nicalia modos et consuetudines universas que ius teutonicum plerumque consue-
runt perturbare. Eximimus insuper et perpetuo liberamus omnes et singulos
dicti oppidi Cazimiercz presentes et futuros incolas ab omni iurisdicione et
potestate omnium et singulorum regni nostri palatinorum castellanorum capitaneorum bur-
grabiorum iudicum subiudicum ceterorumque dignitariorum et officialium nostrorum
ac ministerialium eorundem ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis
tam magnis quam parvis puta furti incendii sanguinis mutilacionis
verberacionis et aliis quibuscunque enormibus casibus atque excessibus mini
minime citati comparere atque respondere ~~sint astricti~~ seu aliquas penas solvere tenebuntur
sed tantum coram advocato seu advocatis pro tempore advocaciam Kazimiriensem
pacifice possidentibus. Advocatus vero ipse si impeditus in aliquo reus et presertim
si in reddenda iusticia negligens et culpabilis esset coram ipso Nicolao et suis
successoribus eius heredibus citatus comparere respondere tamen sint astricti cui ad-
vocato damus damus et concedimus omnimodam facultatem omnes et singulas
causas predictas et quaslibet alias in limitibus seu granicies ipsius
villarum et campi predictorum contingentes iudicandi cognoscendi diffiniendi etc.

tes quod quos ius pumiciu decernit mulctandi et puniendi sicut Jure eiusdem
terrarum constitucionis ordinario quod in omnibus suis punctis clausulis sentencijs
conditionibus posicionibus capitulis et articulis postulat et requirit
quare omnia premissa decernimus robur perpetue firmitatis obtinere tempo-
ribus perpetuis tenore presencium mediante In cuius rei testimonium Sigillum
nostrum presentibus est subappensum Dat in Conuencione generali Radomiensi
Sabbato intra Octauam Corporis Christi Anno domini Millesimoquingentesimoquinto
Regni vero nostri quarto presentibus ut supra

Wartha

Alexander dei gratia Rex etc Significamus etc Quia propter seruicia et beneme-
rita nobis et Reipublice per Magnificum Johannem Jarand de Brudzewo Castellanum
Calisiensem in hac Conuencione generali et antea exhibita horum intuitu cupientes eum
reddere consolatum sibi centum marcas pecuniarum monete et numeri polonicalium
Exp. quamlibet in marcam quadraginta octo grossos computando In et super bonis nostris
Regalibus opido Wartha terre Siradiensis duximus dandum donandum et inscribendum ac
de Consensu Consiliariorum nostrorum inscribimus damus et donamus tenore presencium
mediante per ipsum Johannem et suos successores dictum opidum Wartha iuxta literas
originalium inscripcionum prius super illud habitas tenendum habendum possidendum et utifruendum
pacifice et quiete tam diu donec sibi aut suis successoribus per nos et successores
nostros dicte centum marce cum aliis summis pecuniarum per alias literas iuste
inscriptis simul soluantur et ex integro quo facto possessio opidi prefati ad nos et
successores nostros redibit et deuoluetur pleno iure Saluis Iuribus nostris Harum
etc Datum in Conuencione generali Radomiensi Sabbato infra octauas Corporis
Christi Anno eiusdem millesimoquingentesimoquinto

Libertas Monialium in Radom

Alexander dei gratia etc Significamus tenore presencium etc Quia ad vota Regi-
nalis matris genitricis nostre carissime cum humilibus peticionibus pro parte Re-
ligiosarum Sororum tercii Regule Sancti Francisci videlicet Elisabeth Margarina
Catherina Korkowska Katherine Rogowska et Margarethe Anne et Catherine
extra muros opidi Radom habitancium nobis oblatis moti maxime vero eciam
Expl. ut ab omni inquietacione et onere seculari absolute tanto feruencius altissimo fa-
mulatum exhibeant et pro nostra salute ipsius omnipotentis dei clemenciam orent
Ideo nos de speciali gratia et potestate Regia nostris easdem suprascriptas moniales tercie
Regule Sancti Francisci ab omni Exactionum et contribucionum pro nostra et Reipublice
necessitate constitutarum et constituendarum solucione ad quas racione domorum suarum

in quibus habitant obligantur ab omnibus que oneribus Civilibus opidi
Radomien eximendas absolvendas et liberandas duximus absolvimus que
eximimus et liberamus hinc usque ad tempora vite cuiuslibet earundem monialium
extrema tenore presencium mediante Quocirca vobis omnibus Capitaneis
viceCapitaneis Exactoribus Proconsulibus et Consulibus Radomien modernis
et aliis pro tempore existentibus mandamus habere volentes quatenus prefatas
moniales in presenti libertate per nos eis gracia et propter deum concessa
conservetis et conservari faciatis aliud non facturi pro gracia nostra habituri
quibus etc Et sub appensione etc Datum in Conventione generali Radomien
feria sexta infra octavas Corporis Christi anno domini millesimoquingentesimoquinto

Libertas Leopolien

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Regia dignitas et omnium
principancium auctoritas tanquam universorum subiectorum debitrix et patrona multis
eorum incommodis occurrere solet cum id quod pro meliori subditorum suorum statu
perpetuo concedit ne illud cum tempore pereat Literarum Sigillorum testimonio
communimine roborat et perhennat Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc
Significamus etc Quia attenta fidem et summe diligencie operam quam famati
Cives nostri Leopolien ad fortificandam et muniendam Civitatem Leopolim preteritis
temporibus et de presenti facere gessisse sunt comperti illam fossatis aggeribus propu:
gnaculis et aliis defensionibus utilibus communiendo Et quia sicut eos de Republica
constat optime mereri ita Conveniens est ut de Republica consolacionis remedia
reportent per que ad portus prosperioris fortune optatum quietem secundarum
facilius accedant et condicionem accipiant meliorem Cum quippe et Civitas
ista nostra hac tempestate qua et Castella et Civitates per paganos sunt demolita
omnium ad eam necessitatis tempore confugiencium conservatrix et tutela est comunis
Quapropter volentes eosdem Cives Leopolien consolatos reddere et ad illius Civitatis for:
tificacionem augendam promptiores efficere omnes et singulos Cives et mercatores ac
incolas Civitatis eiusdem presentes et futuros de speciali prerogativa gracie nostre
de consensu que expresso dominorum ad ~~presens~~ patrum prelatorum et Baronum Regni nostri
Consiliariorum in hac Conventione congregatorum pro eis factas in solucione theloneorum
Navigiorum pontalium et aggeralium nostrorum Regalium ubique in Regno nostro in ipsa Civi
tate Leopolien primum et deinde in Terris Civitatibus opidis et locis quibuscunque
Regni nostri famatis Civibus et mercatoribus ~~Regni nostri~~ Civitatis nostre Cracovien
ac eidem Civitati Cracovien adequamus in omni per presentes decernimus que ipsi Cives
mercatores Civitatis quoque Leopolien et incole eius decetero temporibus perpetuis
duraturis sint liberi libera que esse debeant ab omni theloneorum Navigiorum
aggeralium pontalium solucionibus prout nos eos et Civitatem predictam Leopolien
a solucionibus eorum liberamus et absolvimus presentibus ut ipsa Civitas Cracovien
et incole eius per olim antecessores nostros ac nostros ab eisdem solucionibus est
liberata et soluta Quam adequacionem et libertacionem nostram decernimus perpetue

dicatinam Statuentes volen[tes] quod Ex[ecuto]r ipse vniversi dicte Civitatis inco-
larum rebus bonis mercibus mercibus que eorum cuiuscumque generis speciei
et materiei existentibus per Regnum et vniversa dominia nostra libere et paci-
fice absque omni thelonorum navigiorum aggeralium et pontalium nostrorum solucione
et absque impedimentis et arrestis rei cedere que valeant tenere Iure modo
perpetuo et in eorum fidem cuius rei testimonium Sigillum etc. Datum in conven-
tione generali Radomien[si] feria secunda post festum sancte Trinitatis Anno
domini millesimoquingentesimoquinto Regni mei Anno quarto presentibus
ibidem Ex[cellentissi]mo et Reverendis in Christo patribus dominis etc. vt in privilegio con-
firmacionis Iuravim[us] teneris consueti testibus ad premissa

Alexander dei gratia etc. — Borszha bona ut occipiantur

Alexander dei gratia Rex polonie etc. Magnifico Jacobo de Schidlowiecz Regni
nostri Thezaurario et Capitaneo Lancicien[si] In absencia vero Vicecapitaneo Swietlanobili
et cunctis viatoribus Regni mei Cracoviensi Posteaquam olim Borszha insignis latro
domo ipsius vna sunt recepta et Hilariusz in conspectum et medium consilii mei
adducta Quarum aliquot ex quo retentum de poznania mercatorum videlicet Famosorum
Nicolai Gelenydoszky Johannis dicti Kozbaczek et Georgii Lichnor Nicolai
Cenyek et aliorum mercatorum pre dictum olim Borszha depredatorem qui
de Lublinensi redibant Vnde ut asserebant esse prout hereticum et coronatos
agri mercatorum hic personaliter coram nobis constituti exponebant Iusticiam sibi ea
in re ministrari supplicantes Nos itaque cum consiliariis nostris coram in prima Sen.ne
habita desuper deliberacione decrevimus decrevimus que pro solucione omnium damnorum
ipsis mercatoribus depredatis per ipsum Borszha illatorum de bonis ipsius vbicumque
in Regno meo consistentibus fore impendendam Quapropter Sinceritati Tue committimus mandantes quatenus
cum primum vigore presencium requisita fuerit se in bona dicti olim Borszha in terra
et Capitaneatu Lancicien[si] Sinceritatis tue consistentia auctoritate mea intromittat Et si pro-
pinquiores eiusdem Borszha legittimi successores predicta bona iuxta iustum valorem
pecuniis quibus eiusmodi damna dissolvantur redimere noluerint Extunc quibus-
cumque aliis subditis et incolis Regni mei fidelibus bonis ipsis solutis damna predicta
his mercatoribus de quibus consules poznanien[ses] signiferatoriis literis suis Sigillis con-
sulatus obsignatis testimonium vigore commissionis mee ea in re impunitam ad illos date
prohibuerint Sinceritas tua dissolvat iusticia et equitate mediante aliter quod non facturus pro gra-
tia nostra harum etc. quod est subimpresso testimonio Literarum Datum in conventione
generali Radomien[si] feria secunda infra octavam Corporis Christi Anno domini millesimo
quingentesimoquinto Regni mei Anno quarto

Crasser

Nota quod in eo loco data proxime suprascripte datum est
privilegium Generoso Iannisio Swirczowski curie sive advocatia in Cras-
nik villa districtus chelmen[sis] sed quod impressioni seu casu quodam non erat
registratum tamen postquam compertum est illud hic non contineri registra-
tum est ex originali in alio registro eiusdem domini Cancellarii post hunc
sequenti in loco inter has paulo plus quam post annum a data
eiusdem literis emanatas videlicet quere ratione mi necesse erit

R.

Alexander dei gratia etc. Kazimyerz

Significamus tenore presentium etc. quomodo incolarum opidi Kazimiricz
magnifici Nicolai Szarlyeyski de Ludbrancz palatini Calissien hereditarii in
Terris Maioris Polonie siti quod licet tempore expeditionis Labugen stacionis
nobis solvebat sic impresenciarum solvere debe attenden inopia et egestate volen
ipsis gracia et benignitate Regia nostra subvenire ut tempore fluxus in eo feminis
ubertatem recipiant incrementa ipsis sex marcas pecuniarum de stacioni viginti
marcarum nobis annis singulis per eos solvi solita ad sex annorum se sequencium
decursum inclusive et inclusive pro ipsis de quibus sex marcis ipsos incolas
Cazimiricien et eorum successores ad prefatorum sex annorum decursum quittamus
presentibus imperpetuum Quocirca universis exactoribus Terre Maioris Polonie pro tempore
existentibus mandamus quatenus prefatos opidanos in presenti libertate nostra con-
servetis ipsos ad solucionem sex marcarum prefatarum de stacione nobis debitarum
non compellen Reliquum vero stacionis nobis debitum ab eis exactori pro gracia
nostra alii non facturi Datum in conventione generali Radomien feria sexta infra
octavas Corporis Christi Anno Domini millesimoquingentesimosecundo Regni nostri quarto

Pyzerni

Anno domini millesimoquingentesimoquinto feria secunda infra octavas
Corporis Christi datus est consensus eximendi bona Regalia predium Pyzerny
in terra et districtu Kyeszken sita venerabili Stanislao Zabyinski canonico
[illegible] sub forma cancellarie consueta

Carlglow molendini ante Cracoviam

Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus tenore presentium quibus
expedit universis et singulis Quia ad preces famosorum Consulum Cracovien mediante
ante factas duximus consentiendum et presentibus consentimus molendinum nostrum
Regale Carlglow dictum sub muro [illegible] Civili sancti Nicolai porta
sita[?] inter Civitatem Cracoviensem consistens per nos eisdem in certa pecuniarum
summa inscriptum, seu duas mensuras ex eodem provenientes ad censum nostrarum
pluriarum in tanta et eadem summa pecuniarum in qua illi et quanta est eisdem
per nos inscriptum famoso Zanffedo Consuli Cracoviensi, ita tamen
augmentum summarum capitalium obligare, decernentes illud molendinum
seu duas mensuras inde ex eodem provenientes per ipsum Zanffedum et
suos successores iuxta continenciam literarum originalium super inscriptionibus
desuper per nos datarum, et cum toto iure in eisdem descripto tenendum
habendum conferendum et possidendum. Tam diu donec fuerit per nos aut
successores nostros redemptum Quo facto tamen possessio eiusdem molendini
seu duarum mensurarum [illegible] ad nos et successores nostros plene
iure devoluetur Iuribus nostris Regalibus semper salvis, Harum
Salvis harum quibus sigillum nostrum [illegible] testimonio [illegible]
Datum in Conventione generali Radomien feria sexta infra octavas Corporis Christi
Anno domini millesimoquingentesimoquinto Regni nostri quarto

[illegible]

Dono villarum infrascripts Ciuitatis Culmen cum Castris Starogrod et Papow

eccl[es]ia Culmen

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Culmini conuenit
Regio ea que ex innata pietate deuotione et munificentia sua mente dei ecclesiarum
et personarum in[ibi]dem deo psallentium concedit sub tempore vt perhennia sint littera
rum apicibus commendare Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Signifi-
camus etc. Quia attendentes magnam Ecclesie Culmen[sis] per predecessores meos
diuos Polonie Reges fundate et bonorum eius distractionem et per ordinem Prussie
dum illas occupabat terras et bellorum motibus impie commissam propter quam
et cultus diuinus in ipsa Ecclesia diminutus et ordo debitus temporibus futuris
seruandus institui requirit cuius ecclesie et dotationis priuilegia Reuerendus in Christo
pater dominus Nicolaus Episcopus Culmen[sis] modernus in conuentionibus proxime
preteritis particularibus Thorunie et Marienburg tentis coram nobis et consi
liariis nostris tam Regni quam terrarum Prussie tunc nobiscum existentibus origi
naliter exhibebat ex quibus manifeste liquebat bonorum vt prefertur receptorum
eorumque incorporationem ac dotationem illi Ecclesie tunc erogatam esse et quia nonnulla
bonorum huiusmodi et concessione predecessorum nostrorum ad nostram pertinet
mensam Regiam Itaque zelo interne commiserationis moti racionem habentes inopie et egestatis
ipsius domini Episcopi Cuius in nos et Rempublicam Regni nostri fides et merita id videantur
exposcere ut non minus personam quam eciam Ecclesiam ipsam suam munificentia nostra
adiuuemus in qua sua ecclesia ob temporalium demolitionem distractionemque bonorum cultus
diuini cessatio hactenus esset nisi nouis accessionibus nouisque dotationibus ad restituen
dum eundem cultum diuinum augeatur Vnde ex virtute et liberalitate Regiis nostris
prouidentes vt ipse dominus Episcopus et sui successores Ecclesiaque predicta sua sub felici
nostro Regimine vberiorem assequatur condicionem cultus quoque diuinus et eius officia
in eadem Ecclesia more aliarum Regni nostri Ecclesiarum Cathedralium integre pera
gantur et igitur clerus officiis in ea complendis deputatus et in eius diocesi consi
stens pro valitudine status conseruatione et successibus nostris successorum nostrorum
et Reipublice Regni nostri felicibus ac prosperis proque animae salute nostra predecessorum
et successorum nostrorum altissimi clementiam attentius et suppliciter orent Eidem domino
Nicolao Episcopo et suis successoribus Episcopis bona nostra Regalia Ciuitatem Culmen
cum castris et districtibus Starogrod et Papow villisque ad ea ex antiquo pertinen
tibus in terris nostris Prussie sita de munificentia largitateque Regiis nostris ac
consensu vniuersorum prelatorum et baronum Regni nostri hic nobiscum existentium
duximus dandum donandum et largiendum damusque donamusque et largimur graciose
tenore presencium mediante tamen exceptione vernungia aliquis bonorum predictorum
bona sunt personis nonnullis per olim predecessores nostros in certis pecuniarum
summis tempore olim gwerrarum bellorum Prussie oppignorata atque inscripta
Itaque ipse dominus Episcopus et successores sui huiusmodi bona prefatis pecuniis
redimere et liberare debebit per ipsum dominum Nicolaum Episcopum et suos succes
sores ipsa bona Ciuitatem Culmen cum castris Starogrod et Papow ac eorum
districtibus villis prediis censibus areis domibus hominibus agris pratis campis

censibus redditibus et obvencionibus universis quocumque nomine vocatis silvis gayis
nemoribus rubetis paludibus fluviis fluminibus lacubus stagnis piscinis pisca-
turis ripis litoribus decursionibus aquarum decursibus molendinis et eorum emoli-
mentis melle et mellificiis ac omnibus usibus humano ingenio inventis ac inveni-
endis et generaliter cum omni iure dominio et proprietate nichil illinc iuris dominii
et proprietatis nobis et successoribus nostris reservan ita longe late et circumferencialiter
prout ex antiquo ipsa bona sunt distincta in graniciebus et limitata tenenda
habenda utifruenda et possidenda nostro que et successorum nostrorum consensu accedente
danda donanda et commutanda et in suos successorumque suorum usus beneplacitos prout
sibi et ecclesie sue utilius expedire videbitur convertenda ut autem ipse dominus episcopus
et successores sui tanto liberiorem commodioremque usum bonorum prefatorum habere
valeant quanto amplioribus gaudebit iuris et libertatis prerogativis dotati dotataque
essent Item de eisdem nostre liberalitatis et sciencia regiis nostris prefata bona civitatem
A Calmen castraque Stawgrod et Papow et villas ad ea pertinentes ab omnibus expedici-
onibus bellicis in regno nostro ex quacumque causa aut necessitate reipublice instituendis
necnon ab omnibus oneribus et angariis secularibus regni nostri libertamus libera di-
mittimus et absolvimus et quantum ex nobis est immunitati et libertati ecclesiastice in-
corporamus et per eam cuius interest incorporanda admittimus tenore presencium
mediante in cuius rei testimonium Actum in conventione generali Radomien feria sexta
infra octavas sacratissimi corporis Christi Anno domini millesimoquingentesimoquarto.
regni nostri anno quarto presentibus Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus dominis Andrea
Roza archiepiscopo Gneznen et primate Bernardino electo Leopolien Johanne Cracovien
Vincencio Wladislavien Johanne Poznanien Luca Varmien et Mathia Premislien et
Vicecancellario regni nostri Episcopis Necnon magnificis venerabilibus et generosis Spithkone
de Jaroslaw castellano Cracovien Johanne Sandomirien de Tarnow Nicolao Gar-
dzina de Ludbrancz Calissien Petro Myszkowski de Mirow Lanczicien Nicolao de Cosze-
lecz Brestien Nicolao de Crethkowo Juniwladislavien Nicolao de Cmeziewski Lublinen
Johanne de Tarnow Russie Prandotha de Thrzczana Ravien palatinis Johanne Ja-
rand de Brudzow Calissien Johanne de Przeramb Siradien Stanislao de Chodecz
Leopolien Petro de Nyemiglowy Ravien Johanne de Slupcza Sandecen Jacobo de
Szczekoczka Wyszicen Martino Skothniczki de Bogoria Zawichosten Andrea de
Opathow Crusswicien et Paulo de Chorzza Polanicen castellanis Johanne de
Lassko ecclesie Gneznen et regni nostri cancellario Jacobo de Schidlowiecz Thezaurario
regni eiusdem Alberto Gorski scolastico Wladislavien Nicolao Karthnyczka custode Plocen
secretariis nostris Johanne Zaramba de Calinowa capitaneo Maioris Polonie generali
et Henrici Koch civium in Lipsko ex una et inter Jeronimum Hoffman
civem Poznaniensem partibus ab altera partibus ab altera per se
Regiam Maiestatem domini nostri graciosi deputati Significamus tenore
presencium quibus expedit universis Quod coram nobis littera
et causa pendente inter partes prefatas in certa eadem termino
peremptorio eisdem ad videndum et audiendum apparere receptum coram
Mariemburgensem nobis destinato ac secundum illud per nos feriam sextam
feriatam post et proxime preteritam Qui adveniente termino
per nonnullas racionabiles causas eundem prorogavimus et continuavimus
eundem ad diem hodiernam pro quo termino adveniente prefati Vilhelmus Kran et Henricus Koch neque per se sed neque per suum
procuratorem legitimum comparuerunt Nam prout constat ad causam
[illegible] nostras propria voluntate contumaciter et illicentiati
recesserunt Dictus vero Jeronimus Hoffman dicto termino astitit et
Contemptum et absentiam scribendo suo pacto et de diligentia protestatus
est volens coram causam tractari et se a termino sive et cause ac
instancia impetitione dictorum adversariorum petivit absolvi et parti
adverse in eadem causa silentium imponi Nos vero commissarii prefati
attendentes eius peticionem fore iustam et iuri Mariemburgensi ac
racioni consonam eundem Jeronimum Hoffman a termino et instancia
ac peticione dictorum Vilhelmi Kran et Henrici Koch absolvimus
eisdem silentium imponendo perpetuum In quorum omnium fidem et testimonium
presentibus sigilla nostra presentibus sunt impressa Actum Poznanie feria quarta
in vigilia Corporis Christi Anno domini Millesimo quingentesimo Itaque nos

vide?

annuentes peticionibus eiusdem Hoffman tamquam iustis prescriptas litteras roborandas et confirmandas duximus roboramusque et confirmamus presentibus decernentes in omnibus earum tenore robur habere firmitatis. Harum etc. Datum in conventione generali Radomiensi feria sexta in crastino octave corporis Christi anno domini millesimo quingentesimo quinto

Relatio venerabilis Joannis de Lasko R. P. Cancellarii

Masovie Ducissa

Ra

Alexander dei gratia etc. Significamus etc. Quomodo cum post obitum preclari olim Conradi ducis Mazovie preclara Anna eiusdem Conradi ducis vita functi relicta coram maiestate nostra per Magnificum et Generosos Johannem de Zamyeczye palatinum Mazovie, Alexium castellanum Czirnensem et Laurentium Prasznowski vexilliferum Visthogrodiensem et aliorum dignitariorum ducatus Mazovie nominibus fuisset delata Qualiter thezauros per mortem mariti sui derelictos absque sciencia et presencia consiliariorum ducatus contrectasset paraffernalia valoris viginti milium florenorum que secum in ducatum intulit apud se retineret et nec vellet in illa in thezaurum ducum inferre litteras magnifici Nicolai Radziwil palatini Vilnensis super viginti milia flor. dotis sue apud se absconditas haberet et retineret atque eas ad thezaurum ducum restituere nollet Et quod viginti milia florenorum paratarum pecuniarum in auro et moneta recepisse et pro se usurpasset Ad que proposita Anna ducissa cum respondisset dicens horum omnium se innoxiam esse Sed premissa omnia cum iniuria sua proponi pro suique iustificatione humiliter peciit per nos sibi id quod iustum esset decerni Nos parte utraque audita et illis [margin: videlicet palatino atque aliis dignitariis] ipsam accusantibus primo secundo et tercio interrogatis an ducem ipsam pro premissis per eos expositis inculparent et omnium horum ream esse dicerent pro quibus iusticiam ut deberemus ministrare volumus parte ipsa adversa post deliberaciones aliquantulas respondit Annam ipsam et eorum quilibet dominam ducem omnia culpare quod videlicet premissorum omnium ream esse nollent Sed nobis rem tantummodo deferrent Nos tamen premissis attentis — Quemadmodum fratrum nostrorum et ducatuum eorum quorum ipsa Anna ducissa Tutrix et Tutatrix existit per nos constituta optimum statum et thezaurorum augmentum libenter promovemus Ita eorum quoque meliori condicioni prospicienda operas nostras accomodare volumus. Et volentes in huiusmodi actione rem iudicii iusti per iudicium debite procedere de consilio nonnullorum prelatorum et baronum consiliariorum regni nostri nobiscum hic existentium prefatam ducem Annam que de huiusmodi delacionibus obieccionibus iudicio nostro regali iustificacionem suam [illegible] pro iustificandam instanti [illegible] diffinitiva ac [illegible] decernimus decrevimusque presentibus Annam delacionum innocentem esse Sic quod iam iustum pro honestati ducali sue satisfecisse Quapropter prefatis palatino castellano et vexillifero ac aliis dignitariis ducatuum Mazovie super delacionibus impetitionibus aut actionibus de dictis obieccionibus ipsam Annam ducissam inquietandis silencium perpetuum imponimus harum nostra diffinitiva et decreto regio mediante etc. Datum in conventione generali Radomiensi feria quinta infra octavas corporis Christi anno domini millesimo quingentesimo quinto

Tutoria ducum Mazovie

Ex

Alexander dei gracia Significamus quod Illustri preclaro olim Conrado duce Mazovie mortem
obeunte ac eius per obitum ducatibus eius olim fratrum absque prole mortuorum ad nos
devolutis existentibus proinde pro ac pro tutoria filiorum predictorum Stanislai et Joannis dicti
olim Conradi ducis puerorum predictorum Magnifica et Generosa domina Anna relicta
et consiliariis dicti olim Conradi ducis in conventione proxime preterita Pyotr-
koviensi nobiscum actionem habentibus Ubi ipsa ducissa redimendo ducatus pro fratre
puerorum ducatus ad nos devolutos promittebat una cum consiliariis eidem ea-
tunc existentibus certas pecuniarum summas nobis solvendas Nos vero tutoriam quam
nos ipsi racione consanguinitatis pupillorum eorundem predictorum et superioritatis auctorita-
te nostra regia gerere tenemus ad alteram conventionem regni nostri generalem dum domine
predicte sub condicionibus infrascriptis committeremus experiri quamquam interim voluimus utrum
ipsa tutoriam et curacionem sic ut equum esset gereret et quia ad hanc instituissemus
condicionem per alios consiliarios nostros per nos missos ad videndum bonum statum
tutorie et curacionis ad eandem ducem dominam omnesque consiliarios et universos
subditos eorundem pupillorum fratrum nostrorum predictorum transmissos cognovimus du-
cem ipsam universa negocia tutorie et curacionis [illegible] recte probeque gessisse
et agere velle quod esse omnino ad bonum et felicem statum filiorum suorum benegerendorum
Nos nos cum consiliariis nostris in presenti conventione nobiscum existentibus premis-
sis attentis consideratisque ritibus et laudabilibus consuetudinibus predicti ducatus
Mazovie ab antiquo servatis presertim vero respectu habito ad vota et preces omni-
fere universitatum nobilium ducatus Mazovie humiliter Maiestati nostre supplicancium
ut consuetudinem tam in tutoria quam in curatoria ab antiquo tentam et observata
approbaremus et observaremus eam videlicet quod in corpore ducatuum hereditatibus heredibus
prefati ducatus morientibus post obitum patris remanentibus Matris aut matris
eorundem heredum tutrices ac curatrices et pupillorum et ducatuum semper extiterant Iam
laudabili ac bona tenta consuetudine existebant Tametsi nominacionem tutorie
curacio dominis quam promissio et administracio tam ipsorum duorum pupillorum fratrum
nostrorum quam ducatuum predictorum ad nos racione consanguinitatis ac superioritatis nostre
iure pertineret Tamen illi laudabili et veteri consuetudini suo iure in
ducatibus Mazovie habite innitentes ac virtuti et probitati prefate ducisse
domine genitricis duorum susceptorum confidentes sibi omnimodam auctoritatem tutorie et cu-
racionis in pupillis ducibus eius liberis eorumque ducatibus quam nos ipsi gerere tenemus
et quatenus nobis competit conferendam Eamque tutricem et curatricem nominamus et
auctoritate [illegible] constituendam decrevimus conferimus quam et constituimus pueris ad annos
discrecionis [illegible] puerorum suorum vel tantisper donec ipsi duces ad firmandas nostre
[illegible] ut impedias dominam eandem ducissam facultatem et auctoritatem plenam
duces pupillos liberos suos predictos eorumque terras et ducatus sub condicionibus
et ordinacionibus infrascriptis educandi curandi tenendi administrandi et alia que
tutoribus et curatoribus iure incumbunt faciendi Ita ut omnes census ducatus de-
bent in [illegible] ducalem inferri reponi et servari Nec dispensari aut expendi
nisi respectibus legittimis necessitatibus et causis emergentibus accidentibus Quod hoc
etiam specialiter expresso quod de eisdem censibus Marschalcus curie xx[ti] sexa-
genas grossorum in mediis grossis [illegible] curie summa viginti sexagenas
[illegible] vero [illegible] in duobus equis [illegible] et duo cubicularii debent pro
[illegible] et salariari Quicquid autem plus familie eadem ducissa Anna in curia
sua habere voluerit eadem de suis propriis providebit et salariabit de omnibus

vero aliis veniend Terminis sic ut prefertur in Regno respondendo eadem domina Dama
rationem sufficientem dicto Principi suis posteris posteris ad annos discretionis pervenerint
fieri tenebitur et debebit Ceteros aut Reditus proventus et utilitates Ducatus pro
victu et educatione puerorum suorum domina genitrix et tutrix tollet ac sic defendet
Preterea volumus quod eadem domina Dama ad Dominum Reipublice ducatus et terre
rum Dictorum pupillorum filiorum suorum et ad intrandos quod expediendos instare nego
ciorum eventum et Iudiciorum modulamen subditorum Dictorum fratrum nostrorum eorumque admi
nistrationes Consiliarios si omnes tunc convenire non poterit saltem eos quos in prompto
habebit adhibebit et advocabit In iudiciis tum et terminis tam Ducalibus quam ter
restribus iura et antiquas ducatus eiusdem consuetudines servabit Insuper con
suetudinibus ducatus eiusdem tam super expressis mittentes eandem Ducem Do
nam quo ad conferendas dignitates beneficia et Officia spiritualia et secularia
Ducatus predicti Mazovie in eadem auctoritate in qua suus maritus vita functus
et in qua alie ducisse Mazovie relicte simili casu extiterunt erant relinquimus con
servamus et constituimus ac relinquimus quam et conservamus Que omnia et singula premissa
decreta sententia nostra ac consilio unanimi Consiliariorum nostrorum decrevimus In cuius
rei testimonium quibus Sigillum nostrum etc. Datum in Conventione generali Radomiensi die dominico
proximo post octavas Corporis Christi Anno domini 1505 Regni vero quarto

Donatio venatoriatus Lanc

r/p

Feria quinta in octava Corporis Christi Regia Maiestas dedit venatoriatum Lanc Nicolao
Wossnebski per mortem Stephani Slowski vacantem 1505 in Radom

Notariatus Bresten

Regia Maiestas Laurencio Brest dedit Notariatum Bresten terrestrem per liberam resigna r/p
cionem et cessionem venerabilis Iohannis Olszewski Canonici Crusviciensis in Radom
Feria vta in octava Corporis Christi 1505 etc.

Alexander rex Significamus etc. Quod dum controversia [illegible] Decretum
Baccalarium inter et mercatorem Czechanoviensem ex una et [illegible] inter Baccalaurium et
ciuem ex altera partibus orta fuisset super [illegible] nobis pro [illegible] Czechan.
per filium dicti Iudicis Ozar Ioannem predicto [illegible]
Qua controversia dum per certos Commissarios [illegible]
lis decretis ipsius omnia [illegible] recepta fuisset [illegible]
Tandem postea partes ipse concordarunt [illegible] ad [illegible]
primo Ozar [illegible] recognoverunt et [illegible]
Primum stamne [illegible] tertium stamne [illegible]
duo stamina [illegible] unum stamne [illegible]
unum stamne [illegible] duplicis et unum stamne [illegible] r/p
duplicis coloris in duabus septimanis post festum [illegible]
proxime futurum Varsavie [illegible] et in domo famosi [illegible]
[illegible] et consulibus Varsaviensibus [illegible]
post festum [illegible] proxime futuro [illegible] Baccalario [illegible] et ad
[illegible] nobis summisit sub penis [illegible] et totali dampni
quantum valoris panno [illegible] estimare [illegible] taxabit
Que omnia ad omnium quorum interest noticiam deducimus harum [illegible]
Datum in Conventione generali Radomiensi [illegible]
[illegible] Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Hordlo

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia constitutus coram nobis
Generosus Georgius Czapski Chelmensis et Belzensis capitaneus exhibuit literas inscriptionis
vh sibi per nos superiori tempore sub anulo nostro concessas petiitque eas sub manu
Cancellariatus Regni nostri sigillum innovari transferri et transsumi, quarum tenor sequitur
Alexander etc. Significamus etc. Quia attendentes fidelia servitia Generosi Georgii
Czapski capitanei Chelmensis et Belzensis terrarum ac Hordlensis fidelis nostri dilecti
que nobis et Regno Reipublice Regni nostri impendit impenditque ac hactenus in
terris nostris Russie non desistit. Eum propterea [illegible] consolationem et ad futura
servitia promptiorem reddere cupientes sibi de speciali gratia nostra, [illegible] Regiis nostris
verbo nostro Regio pollicemur ac scriptis promittimus quia ipsum nulli hominum
cuiuscumque status eminentie et condicionis existenti de bonis nostris Hordlo et villis
his ad illa quomodolibet pertinentibus que sibi in certa pecuniarum summa similiter
superiori tempore inscripsimus eadem confirmavimus, nec successores Regni nostri [illegible]
[illegible] quominus bona ipsa Hordlo eidem Georgio usque ad ultima vite sue
tempora inscribimus per ipsum sua ut effectus continuet literarum per nos ei super
ipsa bona datarum ad extremum vite sue tempora tenenda. Insuper quia edificia
[illegible] castri illius Hordlensis ruinosa et ruinosa [illegible] Sed eidem
Georgio tenutario castri predicti instaurationem propriis ipsius pecuniis [illegible]
et quia non parvo sumptu restaurari poterunt. Igitur scriptis pollicemur quia
quicquid ad reformationem castri predicti et edificiorum eius exposuerit id totum
id totum successoribus ac eius post ipsius Georgii mortem obitum quando bona illa
ad nos successoresque nostros devolventur certa exemptione solutionem solvere debemus
nosque successores suos a tenuta predicta amovebimus donec eis dicta impensa
sumptuum circa reformationem exponendarum iuxta arbitrium commissariorum per nos
[illegible] ad taxandam impensam illam deputandorum solverimus. Harum etc. Datum Vilne
[illegible] feria tertia infra octavas Epiphaniarum domini Anno domini Millesimo
quingentesimo tertio Regni nostri Anno secundo. Alexander dei gratia Rex manu propria
sst. Ad relationem Venerabilis Joannis de Lasko Supremi Regni Cancellarii. Nos
itaque annuentes petitionibus prefati Georgii Czapski literas prenarratas per nos
ei superiori tempore concessas de sigillo anuli secreti nostri in manum
Sigillum nostrum Cancellariatus transferendum innovandas et transscribendas duximus
ac decrevimus scientia nostra et unanimi consensu consiliariorum nostrorum hic
nobiscum existentium transferimus innovamus et transscribimus decernentes tamen
prenarratas literas robur debite et indubitate firmitatis obtinere. Harum
presentium mediante. Harum etc. Datum in Conventione generali Radomiensi Sab-
bato in vigilia Penthecostes Anno domini 1505 Regni nostri quarto

Obligacio regie facti sumptus in reparacione castri Belsz
Georgio Crupski

Alexander dei gracia etc. Significamus etc. Quia licet superiori tempore Generoso Georgio Crupski de
Orchovo capitaneatum Belzensem dederimus ac contulerimus prout et in presenciarum idem Georgius
officium capitaneatus illius habet gerit et tenet sed quia castrum illud Belzense ruinosum in
toto existit sine quoniam non mediocri eget reparacione instauracione et edificandum ad huius-
modi et instantissimas universorum terre Belzensis incolarum preces eidem Georgio capi-
taneo ut hoc ipsum castrum reparet restituat et reedificet non solum in ruinis verum eciam
in partibus omnibus ubi expedit. Quoniam autem ad restauracionem eiusmodi opus erit sibi
non mediocres exponere sumptus ideo ut liberius et securius impendat promittimus quia
eundem Georgium a tenuta et capitaneatu illo non ammovebimus nec successores nostri ammovere
debebunt nisi donec sibi primo sive per nos residenciam aliud eque competens capitaneatus officium
assignaverimus et dederimus seu successores nostri assignaverint et dederint propterea
sive ammoverimus illum de predicto capitaneatu sive non Nichilominus quicquid de
propriis impensis ad restauracionem et edificia castri predicti impenderit illud nos successores
que nostri sibi successoribusque suis solvere ~~tenebuntur~~ tenebimur et tenebunt presentibus
que nos et successores nostros obligamus. Sic quod quicquid commissarii nostri quos tunc ad
revisionem et visum prefate reparacionis et inquisicionem deputaverimus decreverint id totum
nos eidem Georgio suisque successoribus impenderemus successores que nostri impenderent
harum etc. Datum in conventione generali Radomiensi feria secunda infra octavas
Corporis Christi Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Vph

Privilegium terre Plocensis de solvendis
duobus grossis et quatuor eligendis ad officia
judicatus subiudicatus et notariatus etc.

Mlx

Alexander dei gracia etc. Significamus etc. Quia licet post felicem coronacionem nostram terras
nostras Mazovie videlicet Plocensem et Zawkrzensem omnibus libertatibus privilegiis et consue-
tudinibus terrarum Regni nostri conformaverimus adequaverimus que tamen in presenciarum incole
peticionibus quorum de illis terris ad presentem convencionem transmissorum et nonnullorum
universorum incolarum predictarum terrarum nobis sollicite humiliter que supplicaverunt
singulariter infrascriptas libertates in quibus eadem Mazovie terrarum incole dum
fuerint inviolabiter que more aliarum Regni nostri terrarum conservari volumus et sol-
lemniter declarandas duximus declaramus que presentibus. In primis namque exaccionem
duorum grossorum que vulgariter Poradlne vocatur universi incole predictarum Plocensis
et Zawkrzensis terrarum sive nobis successoribusque nostris solvent persolvere quoad
modum in omnibus Regni nostri terris hec ipsa exaccio solui consuevit videlicet de
quolibet laneo seu manso culto et possessionato per duos grossos
medio vero manso per unum grossum mediorum grossorum. Item quoniam offi-
cia terrestria infrascripta videlicet Judicatus Subiudicatus et notaria-
tus per cessum sive decessum in predictis terris vacare contigerit tunc
universa eadem terrarum nobilitas more aliarum Regni nostri terrarum convenire debebunt
in unum locum per palatinum et capitaneum Plocensem pro tempore existentes
designandum ad quodlibet predictorum trium officiorum quatuor terrigenas
idoneos et in terris illis possessionatos eliget ac designabit designatos que
nobis et successoribus nostris presentabit ex quibus tandem quatuor nos unum qui
nobis magis idoneus et commendatior videbitur ad eiusmodi officium vacans
instituimus illud que sibi conferemus. Item volumus et decernimus ut quemadmodum

locorum Capitanei in omnibus Regni nostri terris quatuor dumtaxat articulos in Iudiciis castrensibus iuxta Statuta eiusdem Regni nostri iudicare consueuerunt. Sic eciam quilibet Capitaneus locorum modernus et alius pro tempore existens non plures quam quatuor eiusmodi articulos latius in Statutis Regni nostri expressos iudicaturus erit et iudicare debebit. Que omnia premissa firmi ac perpetui roboris esse volumus et decernimus tenore presencium mediante harum quibus etc. Datum in Conuencione generali Radomiensi feria secunda Rogacionum Anno domini 1507 Regni vero primo

....

Libertas Cowalye

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo attendentes depauperacionem et incolarum oppidi nostri Cowale in terra Cuyauie siti Cuius incolarum pauloque superiori tempore pars per voraginem ignis pars vero eciam aduerse fortune in bonis suis non mediocriter decreuit Propter quod cupientes ut ad meliorem ipsi oppidani Kowalienses possint deuenire condicionem. Eis de speciali gracia clemencia nostra regia libertatem nostram ab omnibus exaccionibus ciuilibus censibus solucionibus dacijs et quibuscumque contribucionibus pro nostra et Reipublice necessitate institutis et instituendis dandis et conducendum duximus damus et concedimus per presentes hinc ad sex annorum decursum valituram. A podvodis autem his qui damna non sunt passi per ignem damus libertatem per tres dumtaxat annos hij vero quidam ex igne perpessi sunt habebunt libertatem sicut ab alijs solucionibus hinc per sex annos. Quocirca omnibus et singulis dignitarijs et officialibus presertim vero terre Cuyauie exactoribus Mandamus harum volentes quatenus prefatos oppidi Cowale incolas in premissa libertate nostra conseruent et conseruari faciant sub premissa etc. harum quibus etc. Datum in Radom feria quinta in Octaua Corporis Christi Anno domini 1507

Lyp

Theloneum Chelm

1507

Alexander dei gracia Rex polonie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit etc. Quia attendentes destructionem et annichilacionem Castri nostri Chelmensis tantam quod sine magnis impensis eius restauracio fieri non potest pro cuius reparacione et si Generosus Georgius Crupsky de Orchow Belzensis et Chelmensis Capitaneus noster nichil impendit ... nec nichil ... in ... lapsorum murorum et fortaliciorum recuperacionem ... quia ad ... sumptibus ... perficiendum sufficere non potest nisi ... adiutor ... nos ... ut castri ... lapsa ... restauracio ... fiat per nos ... neglexerunt ad reformacionem ... apud castrum Chelmensis fortaliciorum recuperacionem Theolonium nostrum Chelmense ... pretorum ... anno domini Millesimo quingentesimo sexto usque

217

ad aliud festum purificationis eiusdem virginis Mariae anno millesimo quingentesimo septimo alto per integrum anno cum omnibus et singulis eiusdem theolonii proventibus redditibus introitibus consuetudinibus penitus pertinentiis alto prescriptis theolonii cum aliis quibus vulgariter adiacentibus theolonium, aucupii de iure et consuetudine spectantibus dum a domino Buxiwy(?) damus et donamus predicto prefato Georgio predictum theolonium tenendi habendi exigendi levandi percipiendi et ... castri nostri Chelmensis reformationi convertendi ... post lapsum anni ... Georgius tamen de perceptis et expositis eiusdem theolonii nobis rationem reddere ... debebit ... in Lublin ... post festum sancti ... anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni nostri quarto

Arenda theolonii Chelmensis

Alexander dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quia constitutus personaliter coram nobis Generosus Georgius Crupski de Orchow Chelmensis et Belzensis Capitaneus exhibuit nobis literas sigillo suo munitas super arendationem theolonii Chelmensis sibi per nos pro certo tempore infra scripto datis. Supplicavit nobis ut approbare et confirmare dignaremur. Sequitur tenor: Georgius de Crupe Capitaneus Chelmensis et Belzensis Recognosco per presentes. Quia dum Serenissima maiestas Regia dignata est mihi dare theolonium Chelmense Capitale pro conservatione castrorum quorum ... Serenissima per me tenetorum. Quod theolonium sincero ... Iudaeo suo Mordusch arendavi pro certa summa pecuniarum ... arendavi eisdem Iudaeis ... arendatoribus dedi ... ad meas humiles petitiones sua Serena maiestas et sua Regia benignitate dignata est mihi dare heredem theolonii Chelmensis Capitale ad annum ... videlicet a festo purificationis virginis gloriosissimae Mariae anni domini millesimi quingentesimi sexti ad aliud festum purificationis proxime venturum videlicet anni domini millesimi quingentesimi septimi. Et tali forma vendidi ... dicto Iudaeo ... et Mordusch ... solvere ... canonicorum Chelmensis ... monachorum in Lublin ... monachorum in Crasznistaph ... et ... et decem marcas ... singulis ... item quatuor talenta piperis duo talenta croci ... sigillum meum subimpressi. Datum in Leopoli die dominica ... anno millesimo quingentesimo sexto manu propria. Nos itaque ... literis ... Crupski ... super arendationem ... Georgium ... confirmamus approbamus et ratificamus presentibus ... decernimus ... in toto ... debent ... obtinere ... Sigillum nostrum est subimpressum testimonio literarum. Datum in conventione generali Radomiensi feria secunda ... Anno domini millesimo quingentesimo sexto Regni nostri Anno quinto

Przeszicza, Zorawcze, Wierzcharzanye, Tarnowska wolya, Camyon-
ka, Lubicz

Alexander dei gracia etc. Significamus tenore presencium etc. Quia dudum hac vice Ge-
nerosus Georgius Crupski de Orchow Chelmen(sis) et Belzen(sis) capitaneus capitaneatum
predictum Chelmen(sem) habuisset tenuissetque, nos quia dudum hic destituto corpore Geor-
gio a capitaneatu predicto Chelmen(si), Chelmen(sem) certa nostra et reipublice exposcente ex-
poscente necessitate Generoso Paulo de Lassoczina Curien(si) nostro fideli dilecto in
certis pecuniarum summis de consilio consiliariorum nostrorum inscripsimus, quoniam
superioribus diebus eidem Georgio Crupski certam pecuniarum summam in eodem
capitaneatu Chelmen(si) inscripseramus et insuper idem Georgius castrum illud
Chelmen(se) in certis summis ad racionem pecuniarum nostrarum de mandato nostro
in magna parte fortificavit. Itaque volentes eundem Georgium de summis predictis
in Chelm sibi ~~predictis~~ inscriptis ac de laboribus et impensis in muniendo
castro ipso factis, quas etiam in Chelm inscriptas habuit, indempnem reddere
sibi successoribusque suis transferendo illas summas in Chelm inscriptas mil-
le florenos pecuniarum monete et numeri polonicalis pro medium sexage-
nam in quolibet floreno computando in villas nostras Przeszicza Zoraph-
cze Wijezcharzanie Tharnowskavola Kamyonka Lubijcz ad capitane-
atum Belzen(sem) pertinentibus inscribendas et reformandas duximus, inscribimusque et re-
formamus presentibus decernentes pro ipso Georgio et successoribus suis villas
predictas in eadem mille florenorum summa cum omnibus et singulis kme-
thonibus incolis kmethoniis et kmethonijs advocaciis sculteciis thabernatori-
bus tabernariis ortulanis inquilinis predijs curijs areis domibus ortis fe-
nilibus agris pratis campis pascuis silvis borris gajis et eorum
mericis rubetis venacionibus quarumcumque ferarum aucupijs mellificijs et
mellis ex eis proventibus laboribus censibus dacijs et solucionibus annu-
is stagnis fluvijs fluminibus piscinis piscaturis piscinarum demis-
sionibus piscibus molendinis et eorum emolumentis decimis dacionibus mel-
lis et strozijs ... et generaliter cum omni iure dominio et proprietate
nichil excipiendo tenendas habendas et possidendas pacifice tamdiu quo-
~~predicta mille florenorum summa sibi vel suis successoribus per nos~~
~~vel successores nostros plene et integre persoluta qua soluta exposcente pos~~
~~sessio earundem villarum~~ ad nos et successores nostros redibit et revertetur
hoc salvo iure iuribus nostris regalibus semper salvis harum quibus etc.
Datum in conventione generali Radomien(si) feria tercia penthecostes Anno
domini Millesimoquingentesimoquinto Regni vero nostri Anno quarto

nos villas predictas ipsis
nostras bona nostra
bonis Hrodlo ...
Georgio pro ...
pro quibus villas
pecuniam tenendam
tercium domino ipse
Georgius et successores sui
bona Hrodlo tenebunt cum ...
sine Hrodlo ... de ipsius
Georgii et successorum suorum manibus
summa pecuniaria tam
Hrodlo quam pro predictis in
villis ipsis inscripta simul solute
redimendas successores quam nostri etc.
... ... solo tam ipse ville
quam bona Hrodlo ad nos

In nomine domini amen

Libertas Myedzyborze

Significamus tenore presentium quibus expedit Universis humilibus peticionibus venerabilis Nicolai de Kazthinsky Custodis ploczen. et Secretarii nostri devoti nobis dilecti. Propter eius fidelia servitia et benemerita nobis et Reipublice exhibita per eum facta Oppido suo hereditario Myedzyborze nuncupato, quod de consensione nostra speciali ex villa Pokrzywnicza in terra ploczen. sita erectum est cupientes ut ad eandem locationem illic liberius homines confluant, libertatem nostram ab omnibus exactionibus Theloneis Censibus aliis quoque Solucionibus datiis et contribucionibus quibuscunque, quocunque nomine nuncupatis, nunc et in futurum pro nostra et Reipublice necessitate institutis et instituendis, hinc usque ad decem annorum decursum immediate se sequentium, dandam ac donandam duximus ac de speciali gratia et sciencia Regia nostra de Consilio quoque et unanimi consensu Consiliariorum nostrorum damus et donamus presentibus. Committentes subditis nostris Signanter vero Capitaneis terre ploczen. Mandantes quatenus predictam libertatem nostram eisdem Oppidanis, et incolis de Myedzyborze Cuiuscunque Status et sexus existentibus firmiter inviolabiliterque teneant et observent tenore presentium mediante. Datum in Conventione generali Radomien. feria quarta in vigilia Corporis Christi Anno a Nativitate eiusdem Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri Anno quarto

Confirmatio Iurium Episcopi Posnan.

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam. Regnantium et Imperantium auspicia feliciora semper existimant. dum. quod Satis sibi persuasum prestitisse creditur pro Iure. et Iustitia consolatione quoque Subditorum fidelium tenentur, id libertatem suam perpetuis servent, et posterorum notitie commendent Proinde Nos Alexander etc. Sigismundus etc. Universis harum Notitiam ... principibus dum Nostri speciales Spirituales Seculares quoque prelati Barones, et Regnicole nostri felici Coronationi adessent Universa privilegia per Divos olim predecessores nostros Reges Lodowicum atque Iohannem Kazimirum antiquum Wladislaum Avum et Wladislaum patrem Kazimirum primum et Iohannem Albertum germanum Reges Polonie et eius Incolis concessa Promiseramus tenenda Tamen usque ut ipi pro eorum in nos fide, et benivolentia perpendunt se proinde gratiarum nostrarum effectus et in presentiarum consentibus, a cum tenore confirmationes provideamus quaquidem sua benivolentia post mortem eiusdem olim domini Iohannis Alberti Regis fratris nostri ad hoc fastigium Regni Polonie post Mortem eorum libere dei quoque omnipotentis favente clementia Nos unanimiter elegerunt feliciter regnaturos decrevimus ex speciali nostra et clementia nostra per eius perhibimus nostras Promissiones nostram effectui fruendum quibuscumque Iuribus Confirmationem privilegiorum ab olim antecessoribus nostris datorum literarum dare confirmationemque Rdo. in Christo patri Iohanni Dzyza Episcopo Posn. eiusque Ecclesie, a venerabili suo Capitulo privilegia Inscriptiones, libertates Concessiones exemptiones prerogativas Iudicia et alia Immunitata a principibus et Regibus Polonie predecessoribus nostris data et gessta, datas quoque et gestas iustas et legittimas, Iusta quoque et legittima Quorum quarumque tenoris, perinde esse ac valere volumus, tamquam hic nostris de verbo ad verbum inserta, inserte quoque essent in omnibus eorum passibus Capitulis. Conditionibus. Clausulis, et Articulis. duximus ex speciali gratia Virtute, et Munificentia Regia nostra confirmanda approbanda et Roboranda Confirmamusque approbamus et Roboramus tenore presentium mediante decernimus eas Robur habere perpetue firmitatis. In cuius Rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum Datum Radom in Conventione generali feria secunda ante festum Corporis Christi proxima, Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri Anno quarto presentibus

presentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus Andrea domino Andrea Archiepiscopo Gneznensi et primate Bernardino electo Leopoliensi Johanne Cracoviensi Vincentio Wladislaviensi Joanne Poznaniensi et Luca Wladislaviensi [illegible] Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis Venerabilibus et Generosis Spithkone de Tharnow Castellano Cracoviensi Johanne de Tharnowo Sandomiriensi Nicolao Brudzewski de Ludberg Calisiensi Petro Myszkowski de Mirow Lanciciensi Nicolao de Ostrorog Lubliniensi Nicolao de Cosczyelecz Brzestensi Nicolao de Schydlowyecz Woyniczensi ~~Johanne Jordan de Zakliczyn Biecensi Martino de Skothnyky Zawichostensi~~ Petro Krandotha de Lyczyna Ravensi Johanne de Tharnowo Russie palatinis Johanne Sprowsky de Rudzow Calisiensi Johanne de Przeramb Siradiensi Johanne Lathalsky Gneznensi Joanne de Sczypyn Sandeczensi Nicolao de Schydlowyecz Woyniczensi Johanne Jordan de Zakliczyn Biecensi Martino de Skothnyky Zawichostensi Petro de Opalyenycza Landensi Petro Borszky Naklensi Castellanis Joanne de Lassko ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellario Alberto Borszky Cancellario Regni Nicolao de Bareltzinsky Custode Ploczensi ecclesiarum Secretariis nostris Alberto Skora de Bay Dobrinensi Stanislao de Cazanow Lubliniensi Succamerariis Aliisque quamplurimis Consiliariis et Curiensibus nostris ad premissa testibus fidedignis Sincere et fidelibus dilectis Datum per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lassko ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellarii Sincere nobis dilecti

Nobilitatio Jacobi de Brzezyna

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Munificentia et clementia que [illegible] sunt virtutes hae in Maiestate Regia relucere videntur dum per ipsam in unoquoque fideli benemerita remunerantur. Que quidem res omnibus procul dubio incrementum virtutis parit. Neglecta enim premia plerumque probitatis pulchritudinem [illegible] Itaque operepretium est ut ob reverentiam virtutis benemerentium ipsorum virtus posteritas et probitate ipsorum tamquam sorte quadam, scilicet per privilegia perpetua a vulgo semper et deserta [illegible] et consurgunt ut equum est segregari Reipublice [illegible] esse eos, Nobiles aliosque sua probitate excellere quos Regia Maiestas ad splendorem virtutis et Nobilitatis decorat et Nobilitatis ordinibus annumerat. Proinde Nos Alexander etc. Significamus etc. Quia considerantes amplitudinem virtutis spectatam virtutem fidem et integram animi constantiam Jacobi de Brzezyna Magistri Curatus, viri indigene et Boyari Nicolai [illegible] preclare domini Ducis et Gubernatoris Mazovie quibus se plurimum nobis et aliis probis commendatum reddidit, Sed et [illegible] petitionibus Venerabilis et Generosi Martini de Wolborz Castellani Lancicensis et Capitanei Warschoviensis et Joannis Custodis Warschoviensis et Canonici Plocensis germanorum suorum et fratrum suorum Venerabilis [illegible] domestici [illegible] pro eo supplicantium Eundem Jacobum in coetum ac numerum [illegible] adoptamus a [illegible] dignum putamus ut et rebus adeo honestis premia reddantur et de virtute [illegible] Jacobi apud omnes testimonium perhibeant posteritati perpetuo et [illegible] fidelitatis [illegible] aliisque virtutibus [illegible] augmentum [illegible] ambigua [illegible] splendor sui nominis perpetuo augmentum [illegible] Eundem itaque Jacobum de Brzezyna auctoritate nostra grato et ex [illegible] deducimus [illegible] regia qua [illegible] maxima est, a cunctis [illegible] Nobilitatis omnis Iure legitime velut Lumen et Radiis a sole prodeunt nostre claritatis [illegible] conditione qua taliter [illegible] esset tenore et [illegible] Nobilitati, quod Nobilitate

insigniis Nobilem creamus et ad gradum [vere] indubitate que nobilitatis attollimus erigimus
et levamus tenore presentium mediante omnibus enim in orbe terrarum Nobilibus Status
utriusque Spiritualibus et Secularibus de Nobili stirpe clara que genere ab eorum
avis [proavis] atavis et attavis per lineam directam aut ex latere et utraque parte
descendentibus et procreatis presentibus et futuris assimilantes parificantes et adequantes
volentes ac decernentes quod eius condicio status et persona sui

eque similis que sit inter omnes eadem que competat in titulo
vere Nobilitatis, verum enim Nobilitatem virtutibus et armis
ornari illustrari que consueverit ut ad vite commendabilis fidem
et testimonium generis accederet fama que adduceretur immortalitatis [ipsum Jacobum]
ipsum in omni sua posteritate legittima ex lumbis eius descendente d
arma sua seu insigne Brodij prefatis Castellano et Custode de Wrotkow de usu armorum
utentibus Nos vigore assensus que precibus pro eo sollicitantibus admittimus annectimus inviscer
ramus et ad familiam domum que unitatem adoptamus asscribimus incorporamus et obstringi
mus Nobilitatis generis perpetuo atque firmitate sempiterna Sibi que et suis ipsius legittimis pro
stirpe heredibus arma seu insigne familie eiusdem Brodarii vulgari nostro Brodij que eiusdem sunt
communi proclama Brodij habet damus et donamus perpetuo Quod quidem in clipeo
flaveo seu campo celestino tres cruces albas in unum iunctas quasi ex una distincte
prodeuntes prout in pictura hac videtur [pra] defert decernimus quod ipse Jacobus et omnis

eius posteritas legittima eorundem insigniis Brodij tamquam propria et naturali quovis quomodo
semper vel persona cuiuscumque status condicionis aut preeminencie extiterit eadem preludijs
astiludijs torneamentis sigillis annulis ceteris velis tentorijs scutis papilionibus
tabulis vexillis picturis reliquis que omnibus ad usum militarem spectantibus et in
actu Nobilium omnibus tractandis celebrandis et faciendis frui uti gaudere ac potiri valeatque
arma atque insigne predictum deferre heroldis et quibus que ministris imponere et ligare po
terit perpetuo volumus denique ut omnibus Juribus Privilegijs libertatibus concessio
nibus favoribus gracijs ipse Jacobus et sui successores legittimi fruantur et gaudeant
quibus ceteri Nobiles Generosi gaudere debent et consueverunt ad omnes honores et
dignitates beneficia et officia Spiritualia et Secularia eum ~~et favoribus successores~~
et successores eius abilitantes dignum que fore abilitamus et reputamus ~~deputantes et~~
deponentes et relaxantes ab eo et posteritate sua omnia contra [quem]cumque ex servitute
plebeorum quaquam racione causa et necessitate contractam et initam que in ... ordini
eius et privilegio Nobilium ac huic nostre concessioni quovisque modo potuisset detrahe
re et derogare Preterea volumus et presentis privilegij vigore decernimus omnes et singulos
cuiuscumque status condicionis et eminencie extiterint homines qui in vituperium ac
gravamentum infamiam contemptum et lesuram huius nostre pietatis regie eiusdem Jacobi
Nobilitatem infamarent et detractorie impugnarent penis pro vituperio ... omnia
Nobilibus in Regno nostro adiectis nobis et iudicio ad quod se infamantes etiam et
et ipsi leso solvendis subiacere Postquam se nostro presenti privilegio quod ad vicem Nobili
tatis probacionem sufficere volumus suam probabit Nobilitatem et docebit non obstan
tibus eciam Juribus legibus consuetudinibus vel quibuscumque decretis quibus ad amplio
rem favorem et exaltacionem eiusdem Jacobi et [eo] posterorum suorum derogamus presentium per tenorem
decernentes constitucionem et vicem ordinacionum presentibus descriptum esse valituram
In cuius rei testimonium et robur in convenienti
sempiterno tenore presentium mediante
Generali Radomiriensi die dominica intra octavas Corporis Christi Anno domini Millesimo
quingentesimo quinto Regni vero nostri anno quarto presentibus ut supra in precedenti scriptis
Datum per manus Venerabilis Joannis de Lasko Archidiaconi Cracoviensis et Regni Polonie Cancellarii

220

Duorum laneorum et piscine donatio

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne actus hominum qui sub tempore
fiunt cum tempore labantur literarum apicibus et testium fidedignorum annotacione perhen
nantur. [illegible] Nos Alexander dei gratia Rex etc. Significamus etc. Quia nos propter fidelia
servicia Nobilis Joannis Podhola Rothmgstri nostri que nobis et Reipublice in terre
Russie [illegible] exhibuit necnon ad humiles peticiones certorum consiliariorum et Curti
zanorum presertim vero Joannis Kamienieczki Venatoris Brzezen[illegible] nobis pro
parte eiusdem Joannis Podhola oblatas haud immerito volentes ipsum consolatum et ad futura
obsequia nostra reddere promptiorem sibi et suis legittimis successoribus de speciali gracia
et munificencia Regia nostra ac de consensu et consilio eorundem consiliariorum nostrorum
duos laneos agri inter Alnam Teszniarek cum una et Macnuschewski par
tibus ab altera agros consistentes una cum piscina in medio eorundem laneorum
circa fluvium Koszthowka sitis et per mortem Nobilis olim Dmitrowski lege
ordine ad nos devolutos et devoluta dandum donandum inscribendum et assignandum
duximus damusque donavimus inscribimus et assignamus perpetuo et in evum decernen
tes ipsum Joannem Podhola et ipsius legitimos successores predictos duos laneos
agri et piscinam in medio eorundem laneorum consistentem cum omnibus areis mansis ho
minibus censibus agris pratis rubetis gais campis pascuis pascuis allodiis aridis
sensibus aquis piscinis et generaliter cum universis proventibus fructibus obvencio
nibus et attinenciis quibuslibet quocunque nomine ad dictos laneos pertinentibus ita late longe
et circumferencialiter prout ipsi lanei una cum dicta piscina in suis metis
situantur ac prout eosdem prefatus olim Dmitrowski tenuit habuit et
possedit iure omni iure dominio et proprietate tenendum habendum possidendum et fru
endum [illegible] dandum donandum vendendum commutandum resignandum et in suos
successores in suosque usus [illegible] applicandum convertendum sic prout sibi et successoribus
suis melius et utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium etc.
Datum in Convocatione generali Radomiensi feria quarta in vigilia Corporis Christi Anno
domini Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri quarto. Presentibus ut supra

Epi et Capli Posn. — Eccla in [illegible] Capitulo incorpor

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Libertatis et beneficentia
inter ceteras virtutes que principibus peculiares sunt. Non immerito connu
merantur quod utraque in omnibus [illegible] laudabilis et gloriosum est. Magnum tamen
[illegible] in personas ecclesiasticas quibus est [illegible] et [illegible] omnium [illegible]
est Ita sunt munifici et [illegible] liberius [illegible] rebus quibus sunt pre
fecti [illegible] [illegible] vacare possint. Proinde nos Alexander dei gratia Rex
Significamus etc. Quia Reverendus dominus Reverendus in Christo pater dominus Joannes Episcopus
Posnaniensis [illegible] nobis proposuit et [illegible] Capituli [illegible]

Insufficiencia et incedes esse propter quod prelatorum et Canonicorum ad
etiam illa digna et necessaria non fieret residencia quando
quidem proventuum illorum pars maior iure decimacionum refrazata
constat quod temporaliter et quottidie variari soleat. Ut sint
mutabiles variumque esse Sic absentes ad residenciam allicere potius
quam allicere et sustentare non posset Cumque propterea idem dominus Johannes
Episcopus suo et dicti Capituli ecclesie sue nomine nos suppliciter habeat rogatum
ut pro sustentacione eorundem prelatorum et Canonicorum Capituli
illius ad ipsorum residenciam atque etiam frequenciorem qua cultus
divinus augeretur et ecclesie decor accresceret beneficencie et libera-
litatis Regie munus aliquod perpetuum impartiri dignaremur Ro-
gantibus etiam idipsum Consiliariis tam spiritualibus quam secularibus Re-
gni nostri rememorantibus quod Reges illi aliqui predecessores nostri
eam erexerunt Ut munificencie nostre Regie in tam insigni ecclesia nostra
aliquod extaret monumentum, et prefatum se illi ecclesie et Capitulo pro
mensa Capitulari augmento etiam parrochialem in Oppido Mszonow
Iurispatronatus nostri perpetuo donare incorporare quod dignaremur Nos
igitur cultus augendi [illegible] divini [illegible] quam iustis et Salu-
taribus peticionibus annuentes non per errorem vel improvide Sed de certa
sciencia et deliberacione nostris ac de Consensu Consiliariorum nostrorum
prefato Capitulo Poznaniensi et mense communi Capitulari prelatorum et Ca-
nonicorum ecclesie eiusdem Poznaniensis Iuspatronatus ecclesie parrochialis et illam
ipsam etiam cum omnibus eius proventibus et pertinentiis in Oppido
nostro Mszonow in terra Mazovie et districtu Sochaczoviensi ac dyocesis
Poznaniensis sitam dedimus donavimus incorporavimus et ascripsimus
damusque donamus incorporamus et ascribimus tenore presentium inclusive
in perpetuum per ipsum venerabile Capitulum haberi possideri perpetuo
decernentes. Statuimus quod ut prelati et Canonici Capituli [illegible] Capitulum ecclesie
illius de eadem ecclesia cum eam per cessum vacare contigerit pro arbitrio
suo disponendi habeant et habeat potestatem quod attributa habebunt et
habebit facultatem Quamquidem facultatem et omne Ius perpetuum Regum
proprietatem quod nostram et successorum nostrorum Regum Polonie quodamque
nobis successoribusque nostris in eadem ecclesia eiusque Iurepatronatus competit
competere quod posset in futurum in Capitulum predictum transferimus
perpetuo Sic ut liceat illi et titulum et fructus ac proventus quoscumque
eiusdem ecclesie ad suam Capitularisque mense commune condicionem [illegible]
Sive eam incorporari sive in ea ordinariam facere perpetua committere
prout eidem Capitulo utilius et melius videbitur expedire. Et quicquid
pro ea nunc ecclesia ipsa eiusque Iurepatronatus disponendum faciendum [illegible]
se in alium vel alios Iurispatronatus transferendum esset Id sibi sine nostro
et successorum nostrorum consensu facere disponere et ordinare valebit debebit
et poterit cuius [illegible] aut condicionem donacionem huiusmodi valere volumus
Ut Iuspatronatus Canonicatus et prebende quam nunc venerabilis [illegible]
de [illegible] Canonicus Poznaniensis tenet et possidet in eadem ecclesia Nos et
Successores nostri Reges Polonie perpetuo [illegible] habeamus [illegible]
vacantem conferendi [illegible] quod prefatus dominus Episcopus una cum eodem
suo Capitulo consensit Beneficenciam nostram gratissime recognoscentes prelati
Capitulum prefatum pro liberalitate et munificencia nostra in huiusmodi
donacione erga se exhibita Anniversarium perpetuum annis singulis
iuxta ordinacionem prefati domini Johannis Episcopi pro nostra et successorum no-
strorum [illegible] felicitate temporali tandemque animarum salute complebunt
erit perpetuo tam [illegible] donacionem nostram et premissa omnia in omnibus
punctis et toto eorum tenore presentium decrevimus obtinere vim roboris
firmitatis tenore presentium mediante In cuius rei testimonium Sigillum nostrum
est [illegible] in Conventione generali Radomiensi feria tercia infra octavas festi
Sacratissimi Corporis Christi Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni
nostri Anno [illegible] presentibus Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus

domino Andrea Archiepiscopo Gneznensi et primate, Bernardino Electo
Leopoliensi, Johanne Cracoviensi, Vincencio Wladislaviensi, Luca Warmiensi et
Mathia Premisliensi Cancellario Episcopis, Magnificis Venerabilibus
et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracoviensi, Johanne
de Tharnow Sandomiriensi, Petro Myskowsky de Myrzow Lanci-
ciensi, Nicolao de Crzeczelycz Brzestensi, Nicolao de Crethkow Juniwla-
dislaviensi, Nicolao de Crzczowanky Lublinensi, Johanne de Tharnow
Russie, et Prandota de Trzyana Ravensi palatinis, Johanne Gzaut
de Bendzyn Calisiensi, Johanne de Przeramb Siradiensi, Johanne de
Sbrzyga Sandecensi, et Johanne Jordan Bieczensi Castellanis, Johanne
de Lassko custode Gneznensi et Regni nostri Cancellario, Jacobo de Schy-
dlowyecz Thezaurario Regni eiusdem, Alberto Boszky Scolastico
Wladislaviensi, Nicolao de Barthnyky Custode Plocensi Secretariis nostris,
Nicolao et Stanislao germanis de Brzezye Tenutariis in Lanczk-
una et aliis quampluribus Consiliariis et Curie nostre testibus circa
premissa fidedignis dominis et fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem
Venerabilis Johannis de Lassko custodis Gneznensis et Regni nostri Cancellarii
Sincere nobis dilecti

Czyeschkowize

Anno quo supra feria quinta in octava Sacratissimi Corporis [Christi]
Regia Maiestas ad preces certorum Consiliariorum pro Generoso Cri-
stoforo Caslik Unhorski sue Maiestatis factas, qui Caslik allegabat Ca-
ristiam esse Carnium in oppido Czyeschkowize sue tenute eo quod
vg illius Carnifices raro pecora et pecudes mactaverint quod Carnes
gravi precio vendiderint: instituit in eodem oppido forum liberum
Carnium septimanale qualibet feria secunda alias liberam ven-
dicionem Carnium vulgariter Iatky dictam per cuiuscunque status
homines quibuscunque placuerit sine frustatim sive integre: ex quo
cuius fori liberi racione una assumpta Carnium a quolibet pecore
et pecude vendentes illi dature erunt. Sue Maiestatis et nunc predicto
Cristoforo quamdiu illa bona tenebit, hec tamen fori institucio tantum
ad voluntatem et beneplacitum Regium concessa est, non derogando
Iuribus Advocatorum opidi illius et quorumvis subditorum.

Radom

Ecclesie in Drohobicz Vlowen? in Dubrowlany

In nomine domini Amen ad perpetuam rei memoriam quicquid Regia
vg maiestas pro meliori suorum subditorum condicione eorumque commodiatem
prospiciendo decernit id ut robur habeat firmum perpetuo duraturum literarum
tenoribus Sigillorumque auctenticorum appensione muniri consuevit
Proinde Nos Alexander dei gracia Rex polonie Magnus dux Litwanie
et Significamus tenore presencium etc. Lucina intelligens ex certorum et fi-
dedignorum Commissariorum ad infrascripta per Nos deputatorum testimo
nio viam lutosam et paludinosam esse in Villa Dubrowlany ad

ecclesiam parochialem in drohobicz antiquitus spectantem sic ut mer
catores negociatores et vectores singuli et presertim cum sale de zup
pis nostris drohobicensibus per illam viam euntes non absque difficulta
te gravamine et rerum mercanciarumque suarum magno discrimine
istac transirent protanto volens difficultati gravamini et discrimini
illi providere Commisimus honorabili Sincero herbordo de ffelschtin
Notario nostro et plebano ecclesie in drohobicz in illis arenosis lutosisque
locis pontes aggeresque alias Baczy construere et reparare Cuius
reparacio uti edocti sumus non sine sumptu et impensis magnis
fieri potest Ne igitur ipse herbordus et successores sui plebani in dro:
hobicz pro pontium singulorum et aggerum restauracione reparacioneque
frustra impendant decrevimus de speciali gracia et benignitate Regia
nostris ac de consilio Consiliariorum nostrorum pontale in illis locis
predicto Sincero et omnibus successoribus suis plebanis drohobicensibus
donandum dandum et instituendum damusque donamus et instituimus
presentibus decernentes et statuentes quod ipse Sincerus in drohobicz
plebanus et successores sui plebani predictam viam pro communi
transeuncium commodo iuxta reformare dictumque pontale construere
et reparare debeant Racione cuius reparacionis et reformacionis decre:
vimus et statuimus pontale a curru quolibet sale et quibusvis
aliis mercibus et rebus venalibus onerato per quatuor dena:
rios per universos et singulos mercatores negociatores et vectores
ac cuiuscunque status homines mercature intendentes cum rebus
eorum venalibus euntes Ibidem in villa predicta dubrovolany
ipsi Sincero plebano et suis successoribus plebanis dandum et
solvendum dantes eidem Sincero et successoribus suis eius pre:
dicte ecclesie plebanis facultatem indubitatam pontale predictum in villa
predicta dubrovolany modo suprascripto exigendum tollendum perci:
piendum et in suos successorumque suorum usus beneplacitos con:
vertendum Si vero ipsum Sincerum plebanum aut successores eius ple:
banos contigerit construere aggerem per quem ipsi currus Sale aut
quibusvis aliis mercibus onerati transire debent extunc similiter
ab eis ~~ab eis~~ aggerale decernimus sic exigeretur et pontale
exigendum Iure tamen et consuetudine circa singulas exactiones
pontalium vel aggeralium in Regno nostro servari solitis mediantibus
Que omnia premissa decernimus perpetuo duratura harum [illegible]
mediante et nostri harum In cuius Rei testimonium Sigillum nostrum [illegible]
Actum in Conventione generali Radomiensi feria quinta in octava
Corporis Christi Anno domini Millesimoquingentesimoquinto Regni
vero nostri quarto presentibus Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus
dominis Andrea Archiepiscopo Gneznensi et primate Bernardino
Electo Leopoliensi Joanne Cracoviensi Vincencio Wladislaviensi
Joanne posnaniensi et Mathia premisliensi Regnique polonie vicecancellario
Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis venerabilibus et Generosis
Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracoviensi Joanne de Tarnowo San
domiriensi Nicolao Gardzina de lubrancz Calissiensi petro
Myszkowski de Mirow lanciciensi Nicolao de koszczelecz Brzestensi
palatinis Joanne Jaranth de Brudzowo Calissiensi Joanne de
przeramb Siradiensi Janussio Latalski Gnesnensi Joanne Sluperzki

Sandomiriensi Jacobo de Szydlowiecz Voyniciensi castellanis Joanne de Lasko
Cancellario Jacobo de Schidlowiecz Thezaurario Regni nostri Alberto
Gorski Scolastico Wladislaviensi Nicolao de Wartynski Custode plocensi
Eckardum Secretarijs nostris Ceterisque quamplurimis Consiliarijs et Curie
nostre Sinceris et fidelibus dilectis ad premissa fidedignis testibus dat
per manus eiusdem Joannis de Lasko Electi Gneznensis et Regni nostri
Cancellario fideli nostri dilecti.

Curatoria bonorum

Czerwonka Rudzino.

Alexander dei gratia rex etc. Significamus tenore presentium quod constitutus personaliter coram
nobis Nobilis Andreas de Mochtin Indigena ducatus Mazovie exhibuit
literas infrascriptas titulo et sigillo suspenso subappenso olim patris regie
Maiestatis nostre communitas etiam tutorem eius in persona eius stamd in se conti-
nentibus petens eas per nos propter sigilli earum firmationem innovari et
approbari Quarum sequitur tenor Kazimirus dei gratia Rex Polonie Ma-
gnusque dux Litwanie Russie Prussie dominus et heres etc. Significamus tenore
presentium Constitutus coram nobis personaliter Generosus Sigismundus de Ja-
gelnicza incola terre Czerniechoviensis fidelis noster dilectus non compulsus
nec vi aut metu coactus compos rationis et corpore sanus existens
de libera spontanea sua voluntate volens bonis suis heredita-
riis paternis videlicet medietatem et partem suam in villis Czerwonka
et Rudzino, Makowiecz Pessarzewo et Grothkowo in Wysogrodensi
et Venatione Pkodownicza vulgariter appellante in Czechanoviensi
districtibus in terra vero Mazovie sitis ad ipsum Sigismundum post olim
Nobilem Bogusium de Mochtin patrem suum iure paterno et here-
ditario pertinentem provisionem bona facere ne per quempiam in ordina-
te dissipentur usurpentur ut possideantur Quorum quidem hereditario-
rum suorum bonorum provisioni ipse Sigismundus senio confectus re-
quirit intendens Nobilem Andream de Mochtin et Grothkowo indi-
genam terre Mazovie consanguineum suum preter quem in terra ipsa
Mazovie nec germanum nec sororem nec quempiam alium asserunt se ad tres
propinquiores in eorundem bonorum suorum et aliorum omnium aliorum ad ipsa
bona pertinentium tutorem actorem factorem et procuratorem irrevocabilem
suum et Generosi Joannis de eadem Jagelnicza Wepelicze terre
ellius Camenecensis sui naturalis et legittimi filij nomine, racione de la-
tihabitione gratificatione per eundem fiant constituit et ordinavit dans
et concedens eidem Andree successoribusque suis legittimis plenam
omnimodam posse et facultatem omnimodam bona predicta hereditaria
alias medietates seu partes in villis prescriptis ad eum pertinentes et
nemorum venationum suspectarum in omnibus eorum limitibus tuendi et
defendendi eademque cum omnibus et singulis eorum kmethonibus utili-
tatibus censibus fructibus redditibus et obventionibus quibuscunque maxime
tenendi regendi providendi et gubernandi prout ipse Andree et succes-
soribus suis legittimis melius et utilius videbitur expedire pro
utilitatem suo et eundem predicti filij sui nomine omnia et singula per ipsum

Andream et successores suos circa regimen promissorum huiusmodi et
gubernacionem bonorum predictorum facta et facienda rata et grata
tenere et observare in perpetuum harum etc. Datum in Radom Sab
bato post festum purificacionis virginis Marie Anno domini Mille
simoquadringentesimo Nonagesimoseptimo. Creslaus Cancellarius sst
Nos itaque humilibus peticionibus prefati Andree permoti attenden
dusque literas premissas salvas iustas et omni vicio prorsus caren
propter sigillum subappensum fractionem eas de certa sciencia et gra
Regia nostra innovamus et approbamus decernendo easdem literas suum valorem
et robur debite firmitatis optinere prout easdem tenor perstringit
tenore presencium mediante harum quibus sigillum etc. Datum in Conven
cione generali Radomiensi feria tercia ante festum Sancti Antonii
Anno domini 1 5 0 5 Regni nostri quarto

Vnyathky ad Crobya

Alexander dei gracia Rex Polonie Magnusdux Lithuanie Russie Prussieque etc.
dominus et heres Significamus tenore presencium universis quibus expedit presentibus
et futuris harum noticiam habituris Quod constitutus coram nobis Re
verendus in Christo pater dominus Joannes episcopus Poznaniensis fecit (?) quomodo quia
Nobilis Lucas de Gorka Castellanus Poznaniensis certa bona sua here
ditaria videlicet predium Vnyathky in palatinatu Poznaniensi situm et
bona eiusdem mense sue episcopalis castellum Crobya quibus contigua sunt
limitavit assignavit confirmavit et ad eadem bona Crobya episcopalis sue perpetuo ins
cripsit ex causa permutacionis et sub tali condicione inscripsit sicque prefatus
dominus episcopus sex Marcas census annui in bonis prefati Luce Swarandz
per predecessores suos pro Cera luminarium in ecclesia kathedrali Pozna
niensi ante aram maiorem ardere solitarum inscriptas in bona prefata
predium Vnyathky per eundem Lucam assignata suscepit et assumpsit
deligavit et obligat tenore presencium pro se et suos successores episcopos in eodem
predio ecclesie sue Poznaniensi pro eadem Cera solvendas perpetuo petensque idem
dominus episcopus predium prefatum et hereditatem Jurisdicioni et Immuni
tati libertatique ecclesiastice incorporari uniri annectique et ascribi atque
de eo eius bellice expedicionis tolli Nos autem annuentes peticionibus domini
domini episcopi attendentesque circa quod defensioni Regni nichil exinde detrahatur
atque deperat eo quod de bonis Swarandz de quibus Census ecclesiasticus sex
marcarum in predium translatus est servicium bellica decernimus et pronunciamus
expediri debebit et tenebitur dictum predium villa Vnyathky Jurisdi
cioni Immunitati libertatique ecclesiastice adiungendum incorporandum uniendum
ascribendumque duximus adiungimusque incorporamus unimusque et ascribimus
tenore presencium preterquam ab expedicione bellica et omnibus oneribus adquir
renda bona hereditaria secularia Regni nostri iure communi sunt obliga
ta de certa sciencia et voluntate et consensu consiliariorum nostrorum
Illud liberamus et absolvimus mediante harum quibus sigillum nostrum presentibus

est appensum testimonio literarum datum in conventione Radomiensi generali feria quarta vigilia sanctissimi festi corporis Christi Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri anno quarto

+

Skrzyn
Cisterciensium monasterii

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Quoniam acta humana labescerent a memoria nisi literarum tenoribus et sigillorum munimine perhennata essent Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc Significamus etc Quod dum exusta opidi Skrzyn necessitate ad nos delata Venerabilis Salomon Abbas Sulejoviensis privilegia etiam ad illud opidum pertinencia coram nobis produxisset illico Proinde Proconsul et consules opidi illius produxerunt transsumptum sub et transsumpta in vim communis privilegii per nos dari quorum sequuntur tenores In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Cum ut humane nature commodum nichil dignius habeatur memoria oportunum existit ut acta hominum literarum apicibus dei gracia annotacioni perhennentur ne labi in tempore evanescant Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cujavie Litwanie princeps supremus Pomeranie Russie que dominus et heres etc Significamus tenore presencium etc Quomodo pro parte Venerabilis et Religiosi Mathie ordinis Cisterciensis abbate monasterii beate virginis marie de Sulejow una cum conventu omnium fratrum suorum nobis oblata petitio continebat quatenus sibi literam sive privilegium infrascriptum et in eo contenta Ratificare confirmare innovare et approbare dignaremur Cuius quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis In nomine domini Dignum et laudabile esse approbatur illorum votis debere aggregari quorum merita fulgent in celis pro temporalium bonorum facta retribucione Ea propter Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie etc Universorum tam presencium quam futurorum tenore presencium declaramus Quod cum vir Religiosus frater Wilhelmus ordinis Cisterciensis Abbas de Sulejow una cum conventu omnium fratrum suorum privilegium prefati nostri felicis recordacionis domini Wladislai quondam Regis Polonie presencia adire sub ducatus cuiusdam dominii fuisset per ipsum condonatum non Rasum non cancellatum neque aliquo scrupulo viciatum Idem Abbas cum conventu suo nobis supplicavit humiliter et devote ut propter sui firmitatem ipsum innovantes dignaremur confirmare Cuius privilegii de verbo ad verbum tenor est talis In nomine domini Amen Nos Wladislaus dei gracia dux Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cujavie Pomeranie Notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis Quod attendentes quanta speciali prerogativa felicis memorie progenitores nostri fundatorem sua monasterium beate Marie virginis de Sulejow fratres per gallicos et gallicis partibus advocatos ordinis Cisterciensis eadem fervida dilexerunt coram nostri gracia inherere cupientes Quia constat eos nobis in rebus Talibus sive in ecclesia Civitate nostra Siradie quedam privilegia perdidisse libertatis insuper tentorum quam in villis suis primitus habuerunt in Sulejow scilicet Skarzyszow in Milejow in Chrzanow in Czekanow in Przeglow in Baczkowice in Langowe Langwo in Lubien in Ruan in Borowsko in Sroki in Pregiedlo in Langowicz quam tenuit Swiathoslaus dictus Suskowicz in Lazow Baldzynskow

et Dambrowka sitas in ducatu Siradiensi Item in ducatu Lancicie. scilicet Bora
in districtu Camsca Pruzmowo Szczekoma Grandow Szczkanowo Przyrok cum
suis districtibus et metis predicto monasterio et fratribus renovamus et idem ius fa-
cimus in villis predictis secundum ius quod in civitate nostri fori Sroda est
et noscitur contulisse presenti privilegio confirmamus adicientes ut ceteras villas
in terra Sandomiriensi sitas scilicet Sulejow Strzelcze Dambrowa Mnichowice
adnuente filio fratre Crassik Woitzin Swieczechow Rudno Skrzyn cum pertinenciis
suis quas eis contulit pro remedio anime nostre et matris nostre, una cum Zako-
rzyn Krzczonowicze Gosszczechowicze Nyessnamirzowicze Gorzyslawicze Ok-
kalyno Buczkow et alias villas quas habituri sunt quocumque libere
eodem iure teutonico valeant collocare et ab exordio collocacionis ville
cuiuslibet ab omni exactione polonicali vel theutonicali duodecim annorum
plenariam concedimus libertatem et incolas villarum omnium predicti Monasterii ab
omni exactione a servitutibus polonicalibus absolutos esse volumus et immu-
nes et ab omni iugo tributarie servitutis quocumque vocabulo censeantur nec
ad expedicionem aliquam ire tenebuntur nisi tunc solummodo cum Cives et
incole Civitatum et villarum earundem iure theutonico locatarum per nos ire
necessario compellentur irrefragabiliter decernentes quod kmethones predictarum
hereditatum et Cives Civitatis Sulejoviensis et alios cuiuscumque fuerint status seu
nacionis quos delinquere contigerit in villis et Civitatibus memoratis in om-
nibus causis magnis et parvis vel pro privacione capitis mutilacione mem-
brorum et in aliis quibuscumque nullus habeat iudicare et penam recipere tam pro
capite sui hominis quam extranei dummodo in hereditatibus memoratis aut
Civitates perpetrentur nisi dominus Abbas et Sculteti ipsius quos ad hoc deputaverit
deputandos iudicio et iurisdictione omnium pallatinorum castellanorum Iudicum Sub-
iudicum nec non ceterorum non obstante, coram quibus citati nec citandi nec ipsi
dere nec penam ex eo quod citati non comparebunt aliquam incurrere tenebuntur
coram nobis tamen respondebunt pro iure dum per litteras nostras fuerint evocati
tantum in hoc casu dum in reddenda iusticia extiterint negligentes Absolvimus
insuper predictos Cives et kmethones a solucione theloneorum et narazny per
universa climata terrarum nostrarum Civitatum Castrorum seu villarum et spe-
ciali a theloneo Szarnoviensi ceterum a solucione targowe specialiter in Opoczko
nycno in a Krzeczanie quod eorum capite solvi consueverunt liberamus atque ipsos
ad premissa omnia solvenda perpetuo non tenebuntur Et quia predicte
hereditates a nostris progenitoribus prefati domini de Sulejow et omnibus utili-
tatibus sunt concesse tam per amplius cum Abbatem et omnes habitatores
villarum earundem in silvis in aquis in campis in pratis in molendinis in
macellis ~~et~~ in tabernis et artibus aliis in piscaturis in venacionibus
uti pro sua voluntate concipiunt volumus eciam denique Statuimus de nostra
gracia speciali ut per ostensorem presentis privilegii et aliorum que nostra volun-
tate aut nostrorum predecessorum emanarunt quitti solvere tenerentur Datum in
Tanczyn Undecimo kalendas decembris Anno domini Millesimotricentesimo
Octavo per manus Jacobi Notarii nostri presentibus hiis testibus Comite Al-
berto Palatino Prandotha Castellano Sandomiriensi Clemente Castellano Sira-
diensi Smilone Iudice Sandomiriensi Jaroslao Iudice Siradiensi et Vitoslao Bur-
grabio de Tanczyn Nos itaque animadvertentes illud Eloquium sacre Scripture
ubi dicit thesaurizate vobis thesauros in celis ubi nec erugo nec tinea demolitur

ob amorem dei genitricis virginis Marie et ob benivolenciam quam erga dominum nostrum
moratam et fratres ordinis Cisterciensis gerimus et habemus prout superius continetur
omnia iura ista premissa ac prescripta rata grata firma observari presentibus pa
tronis innovantes perpetuo duximus confirmandum In huius testimonium et
evidenciam pleniorem presentem literam fieri et nostri sigilli munimine iussimus roborari
Actum Cracovie die Sacratissimi Corporis Christi Anno domini Millesimo trecentesimo
tricesimo sexto presentibus hiis testibus nostris fidelibus domino Kazimiro dei gracia
duce Cuyavie nostro fratre Cracoviensi Sbigneo Cancellario Andrea venatore
Cracoviensi Sbigneo Castellano Radomiensi Petrando? Succamerario Cuyavie Jas
kone dicto Rora? Subdapifero Sandomiriensi et aliis nostris fidedignis Datum
per manus Sbignei prepositi Sancti Michaelis Vicecancellarii Curie
nostre Nos itaque huiusmodi peticionibus ipsius tamquam iustis et racionabili
bus annuentes benigniter suprascriptam literam sive privilegium prefati Regis
Kazimiri in omnibus suis punctis sentenciis condicionibus articulis et clau
sulis ac de innate nobis celsitudinis clemencia ratificamus confirmamus
innovamus et approbamus decernentes ipsum robur perpetue firmitatis obtinere
constituentes prefatum Mathiam ipsiusque legitimos successores predictarum
villarum et omnium premissorum iurium prout sunt ab antiquo limitata veros
heredes et perpetuos successores harum quibus sigillum nostrum Maiestatis est
appensum testimonio literarum Actum Cracovie feria tercia post Ramispalmarum
Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo primo presentibus Reverendis
simis in Christo patribus et dominis Alberto Archiepiscopo Gneznensi et primate
Sbigneo Cracoviensi Johanne Wladislaviensi Episcopis Magnificisque et Strenuis Ni
colao de Michalow Castellano Johanne de Tarnow palatino Paulo de Ko
granilowicze? Judice Cracoviensi et aliis quampluribus fidedignis Datum per manus
predicti Reverendissimi patris domini Johannis Episcopi Wladislaviensis Regni Polonie
Cancellarii et Venerabilis Wlachi de Ossoria? decretorum doctoris prepositi Lan
ciciensis et Sancti Floriani ante Cracoviam eiusdem Regni Vicecancellarii
Wladislaus dei gracia Dux Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavieque
necnon heres Regni Polonie Universis pallatinis Castellanis Judicibus
Burgrabiis et singulis theloneariis per nostra universa dominia constitutis graciam
suam [illegible] plenitudine omnibus visis privilegiis domus Sulejoviensis et in
specie diligenter que a nobis et nostris predecessoribus emanarunt monasterii pre
dicti et universi Kmethones domus prenotate per terras nostras [illegible] et
inde transeundo ad solucionem theloneorum non tenentur Quare vobis Man
damus [illegible] sub obtentu ut quodcumque aut quomodocumque ipsos [illegible] nostra
thelonea per se aut cum [illegible] ipsorum [illegible] contingerit alicuius thelo
norum [illegible] presumatis ne id quod per nos et nostros [illegible]
[illegible] in gravem [illegible]
sed eisdem [illegible] ipsorum in foro Zarnoviensi et Pyotrkoviensi necnon et
aliis foris nostris [illegible] videlicet panem Carnes sal pernas et alia [illegible]
[illegible] quodlibet contradiccione non obstante Datum
apud Sulejow in Vigilia sancti Johannis Baptiste Anno domini Mil
lesimo tricentesimo decimo octavo In Nomine domini Amen Ad perpetuam
Rei memoriam Quoniam omnia acta mundi [illegible] subito delerent
vetustas nisi ea literarum soliditas et testium annotacio memorie commendaret
[illegible] Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie necnon
terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Pomeranie

Magnus dux Lithwanie Russie Prussie que dominus et heres etc. Significamus
tenore presencium etc. Quod attendentes gratam venerabilis et Religiosorum Nico
lai Abbatis fratrum que sui conventus monasterii Sulejoviensis eorumque
ad singulares que peticiones pro eo nobis porrectas in opido suo Sczirzyn
in terra Sandomiriensi et districtu Radomiensi sitto fora annualia seu
indinarum unum videlicet pro dominica Conductus pasche aliud pro Sancti
Procopii et tercium pro undecim milium virginum festivitatibus annis sin
gulis tenendum et celebrandum perpetuo indepositum statuimus et imposuimus ind
mus quoque et ponimus et statuimus tenore presencium mediante ab omnibus merca
toribus vectoribus et hominibus cuiuscunque status condicionis aut preeminen
cie observandum decernentes prefati scripti patrimonio ut quicunque homines
ad huiusmodi ... indinas seu annualia fora pro quolibet festorum
sive dierum predictorum convenerit anni ad predictum opidum Sczirzin gra
ciendi vendendi et res pro rebus commutandi accesserint in accedendo
et recedendo securitate eadem plenaria et nostrorum successorum potiantur dis
tractis que leges non permittunt et quibus ... fore ...
fora dinoscuntur harum quibus sigillum nostrum est appensum. Actum in Conventione generali
Pyotrkoviensi feria quinta proxima ante festum Beatorum Philippi et Jacobi
apostolorum Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo presentibus
Reverendissimo Reverendisque in Christo patribus dominis Joanne Archiepiscopo Gnez
nensi et primate Joanne Wladislaviensi et Regni Polonie Cancellario et Andrea
Poznaniensi Episcopis necnon Magnificis Joanne de Czyzow Castellano Cracoviensi Luca
de Gorka Poznaniensi Joanne de Tanczyn Sandomiriensi Stanislao de Ostrorog
Kalisiensi Preslao de Lythwany Siradiensi Petro de Ozorow Lanciciensi
Pallatinis Ceterisque quam pluribus testibus ad premissa. Datum per manus pre
fati Reverendi Venerabilis ... domini Joannis Episcopi Wladislaviensis et Cancellarii nostri Venerabilis
Joannis Lutkonis de Brzezie Cantoris ... ecclesiarum ... prothonotarii
et eiusdem Sacri Pallacii causarum auditoris archidiaconi gneznensis et vicecancel
larii Regni Polonie sincere nobis dilectorum. In nomine domini Amen. Ad perpe
tuam rei memoriam Kazimirus dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc.
Quamvis et si magis meditacionis est ut regni nostri gubernacula nobis divinitus
collata et ... ... et pro eius incremento vigilantes cunctis
... et fructus ... eadem ... propensius tamen consi
derantes spiritualia temporalibus preposita venturo seculo nedum ...
... predecessorum successorum que nostrorum saluti plus profutura quod
nos in animo nostro ... ... piis operibus ...
... ... cum quibus ad premia ... ...
nos ... ... igitur monasterium
nostrum Sulejoviense in terra Sandomiriensi et districtu ... situatum
per predecessores nostros adeo fundatum et dotatum ut viri religiosi in eo in
habitantes elemosinis et emolumentis eiusdem contenti pro salute animarum
... oraciones ... altissimo famulo pro ... et delictis eorum
divinam implorare clemenciam non desinunt quorum nos vestigia sectantes
volentes ... religiosorum virorum oraciones easdem ad deum fundendum
esse paratos ad hoc nostram mentem ... desideria ut dotacionem
ipsorum pro viribus augere et meliorare ... ... igitur per
peculiarem ipsius monasterii Sulejoviensis opidum Sczirzin ... in terra

Sandomiriensis et districtu Radomiensi civitas in nonnullis suis profectibus
aliquantulum non bene provisa mansit defectuosaque, nos cupientes eam volentes
facere meliorem, per quam monasterium predictum in utilitatibus et pro-
ventibus augeri, tanto ferventius deum pro nobis exorare debeant, nos ad ali-
quarum nostrarum personarum precum instanciam, ac de mera nostra Regia vel
studiosa clemencia ac motu proprio pro melioracione Civitatis eorum
predicte Radom fraternitates Mechanicas omnium artificum videlicet Brasea-
torum, Tabernatorum, Pincernarum, Pistorum, Textorum, Mercatorum et aliorum
artificum quorumcumque operis aut artis conquisicionis humane existunt que
in maioribus et insignioribus Civitatibus regni nostri solite sunt fieri
et teneri consueverunt, admisimus fieri et consensimus admittimusque
et consentimus exigimus, Statuimus et fundamus tenore presencium mediante, ut
in dictis fraternitatibus debitus ordo et modus observetur. Consulibus pro
tempore existentibus presentibus et futuris predicti oppidi Radom plenam
damus et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem magistros seu
seniores Cechmagistros in artificibus eisdem instituendi, eligendi, statuendi,
ordinandi, utilesque et invalidos preponendi non valentesque deponendi, no-
vosque de novo instituendi, ipsosque et eorum quemlibet excessus corrigendi
et puniendi, penasque et mulctas in eos decretas exigendi et levandi,
ac iuxta modum et consuetudinem aliarum Civitatum similiter et per nos
habitarum easdem communitates alia que omnia disponendi, faciendi et ordinandi,
prout dictorum officiorum et fraternitatum regimina et ordinaciones postulat
exigunt et requirunt. Quocirca vobis pro tempore existentibus Capita-
neis in Radom seriosius nostris firmis regalibus damus in mandatis
quatenus ipsos consules et cives de Radom in execucione fraternita-
tum quorumcumque artificiorum ac punicione excessuum eorum nulla-
tenus presumatis ut debeatis impedire aut prohibere, quinymmo ipsos
ad quevis officiorum et artificiorum exercicia premissa nostra vita
et honesta sentencia libere et secure absque omnibus impedimentis et
prohibicionibus permittatis et admittatis permittique et admitti faciatis,
et aliud pro gracia nostra facere non ausuri. harum quibus sigillum nostrum
Datum in Radom in Conventione generali in Radomiensi feria quinta
post festum gloriosissime virginis marie Anno domini Millesimo
quadringentesimo Sexagesimo nono presentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis in
Christo patribus, Reverendissimo Magnificis et Generosis Joanne Sancte Ecclesie
Gneznensis archiepiscopo et primate, Joanne Cracoviensi, Jacobo Wladislaviensi episcopis,
Joanne de Tanczijn Castellano Cracoviensi, Luca de Gorka Poznaniensi, Stanislao
de Ostrorog Calisiensi, Derslao de Rythwany Sandomiriensi, Nicolao
de Brudzewo Siradiensi, Nicolao de Cithno Lanciciensi, Joanne de
Cziczeslcz Juniwladislaviensi, Grothone de Nowemiasto Ploczensi, Ravensi
et Gostinensi palatinis, Jmnza de Rogow Sandomiriensi, Dobeslao
Kmitha de Visnijcze Lublinensi, Nicolao Rosa de Borsowicze
Zawichostensi Castellanis, Paulo Jassyenski subdapifero Sandomiriensi,
Chelmensi et Belzensi Capitaneo, Joanne et Floriano de Zychlijn Cracoviensi,
Stanislao de Stradzow, Alberto Byslawski et Ambrosio Pampowski
notariis curie nostre et aliis pluribus fidedignis testibus. Datum per ma-
nus Venerabilis Alberti de Zychlijn Custodis Sandomiriensis, Gneznensis
Cracoviensis Wladislaviensis et Poznaniensis Ecclesiarum Canonici ac Regni Polonie vice
Cancellarii, Sincere nobis dilecti. Nos itaque petentibus ipsorum oppidanorum

graciose annuentes premissa privilegia omnia et singula transsumenda
transscribenda et confirmanda transsumimus quod transscribimus et confirmamus
tenorem presencium inseri decernentes eaque velut iusta ad omnem dicti ep-
iscopatus eventum necessitatem quod incumbentem et permittit ac originalia
suprascripta perpetuo firmitatis esse. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est
Actum in Conventione generali Radomiensi feria quinta in octava cor-
poris Christi Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri anno quarto ut sup(ra)
Datum per Manus Reverendi Iohannis de Lasko Archiepiscopi Gneznensis et
Regni nostri Cancellario sincere nobis dilecti

Inscripcio super villis Dambrza et Charzawicza Fyrlei

Alexander dei gracia etc. Significamus tenore presencium quibus expe-
dit universis Quia constitutus personaliter coram nobis Generosus
Nicolaus Firley de Dambrowicza Vexillifer Cracoviensis et Capit(aneus)
Lublinensis fidelis dilectus exhibuit litteras binas infrascriptas unas
sub secreto sigilli nostri certe pecunie summe in villis nostris
Dambrza et Charzawicza inscripcionem Nobilibus Mathie et
Martino Zolkowskij per nos factam in se continentibus, alteras
vero sub sigillis Iudicialibus et Subiudicialibus terre Lublinensis recognicionem
redempcionis predicte summe per ipsum Nicolaum Firley de manibus
prefatorum Nobilium facte in se contingentibus peciit eas sub uno
contextu verborum approbari et confirmari quarum sequitur te-
nores. Alexander dei gracia Rex Polonie Magnusdux Litwanie
Russie prussie quod dominus et heres etc. Significamus tenore presencium
quibus expedit universis Quia tenemur Nobilibus Mathie et
Martino Zolkowskyim Ducentas marcas monete et numeri polo-
nicalis Centum quod et triginta florenos hungaricales in auro
quos eis pro festo penthecostes proximo solvere promittimus et pol-
licemur per patentes. Si vero non solverimus pro predicto festo
penthecostes predictas Ducentas Marcas Centum quod et triginta
florenos hungaricales in auro extunc eis dedimus et damus
tenore presencium intromissionem in villas nostras Dambrza in dicta
terra quod villa Charzawicza per ipsos et ipsorum legitimos successores
villas predictas cum omni Iure dominio et proprietate cum omnibus
quod Censibus redditibus et proventibus universis agris pratis
Campis silvis borris Mericis venacionibus aucupiis mellificiis flu-
viis fluminibus piscaturis piscinis piscibus Molendinis et eorum
emolumentis et aliis omnibus attinenciis quibuscumque incumbentibus
nominibus tenendum habendum obtinendum et quiete possidendum
usque ad plenariam predictarum Ducentarum marcarum Centum quod et
triginta florenorum hungaricalium per nos vel nostros successores ipsis
vel ipsorum successoribus solucionem, Iuribus nostris Regalibus et sta-
cionibus semper per omnia salvis harum quibus sigillum nostrum
appensum est sub appensione testimonio litterarum. Datum in Lu-
blin feria secunda ante festum sancti Viti proxima Anno domini
Millesimoquingentesimosecundo Regni vero nostri primo. Iohannes

r absque ubicumque
vel Gal

de Lasko secretarius manu propria scripsit. Reverendo venerabilis Joannis de
Lasko ecclesie decani Wladislaviensis Regie Maiestatis Secretarii. Stani-
slaus de Chobrzany et de Mazolka judex et Borchardus de
Marzyowicze Subjudex terre Lublinensis generales Commissarii per
specialem per serenissimum principem et dominum dominum Alexandrum
dei gratia Polonie Regem Magnumducem Ducem Litwanie Russie
Prussieque dominum et heredem etc. dominum nostrum gratiosum ad infra scri-
pta dati et deputati Generosus Nicolaus Firley de Dambrowicza
Sepultore Crac. et Capitaneus Lublinensis significamus tenore presen-
cium quod personaliter coram nobis Constituti Nobiles Mathias et
Martinus Zyolkowszczy publice Recognoverunt quia ipsos pre-
fatus Generosus Nicolaus Capitaneus satisfecit pro omnibus Su-
mis videlicet ducentis marcis monete et numeri polonicalis et Centum
et triginta florenorum hungaricalium in auro quas habuerunt inscri-
ptas ab ipsa serenissima Regia Maiestate super bonis suis villis sue hereditatis
videlicet Dambrzicza et medietate ville Marbawicza qua summam
ducentarum marcarum et Centum triginta florenorum presentibus nobis
levaverunt et receperunt in effectu. Et litteram Maiestatis Regie super
prefatam summam obloquentem in prefatis bonis inscripta ipsi
iam dicti Mathias et Martinus sibi prefato Generoso Nicolao
in suas manus libere tradiderunt. prout iam exempti per eundem
de prefatis bonis. et hoc ex consensu speciali sue Serenitatis prefate
quem Consensum dictus Capitaneus prefatus coram nobis rep-
hendit in scripto pargameno cum sue Serenitatis sigillo appenso
ipsum Nicolaum quittavit. presentibus nobis de eadem Summa Cir-
ca vero ea presentibus Magnificis et Generosis. Stanislao de
Lanczchow Castellano Chelmensi. Joanne Bochotniczki de Olie-
sznicza. Joanne Piotrowski Archidiacono Sandomiriensi Jaro-
slao Mozawyecz vexillifero Lublinensi Petro Bystrzyowski Judice
Castri Lublinensis Et aliis fidedignis quamplurimis ad premissa
Datum in Lublin feria sexta proxima post dominicam Conductus pas-
che. Anno domini Millesimoquingentesimoquarto. Nos itaque
annuentes peticionibus prefati Nicolai Firley prenarratas literas
suprascriptorum titulis de certa sciencia et gratia Regiis nostris approba-
mus confirmamus et gratificamus approbamusque confirmamus et
gratificamus decernentes illas in toto earum sensu debite et indu-
bitate firmitatis robur obtinere tenore presencium mediante. Harum
quibus Sigillum nostrum presentibus est appensum Datum in Generali
Radomiensi Conventione. feria quarta ante festum sancti An-
thonii proxima Anno domini Millesimoquingentesimoquinto
Regni vero nostri Anno quarto.

Plonka Swirzowski et Lasczi

Alexander etc. Significamus etc. Quod constituti personaliter coram nobis Generosi et Nobiles Janussius Swirzowski Tenutarius in Koprzywnicza, et Marcus Lasczi [illegible] recognoverunt uti se fecisse contractum et compositionem pro pecuniis et bonis nostris Plonka inscriptis, et quod pluries in testimonio hoc abiecto de Cancellaria nostra, quod partibus concedimus. Sic primo ipse Lasczi coram nobis cessit Juri et potestati sue bonis nostris praefatis sibi competentibus, ac de pecuniis in bonis praefatis inscriptis Janussio praefato et suis successoribus. Janussius autem pro ... fassus est se teneri et debere praefato Lasczi Centum quinquaginta ... pecuniarum Marcis ... 48 gr. ... in quatuor ... de ... tempore ... 150 marc. ... et super bonis nostris praefatis nobis ... partes ... Insuper ... partibus ... prefatus Lasczi praefata bona Plonka ... quousque praedicte 150 marcas sibi per Janussium ... Janussius vero solute sibi 150 marc. eadem bona Plonka tenebit iuxta vim inscriptionum super ea facte datarum usque ad exemptionem per nos vel successores nostros faciendam. Iuribus nostris salvis. Harum etc. Datum in Radom feria v in octava Corporis Christi 1510.

V[illegible]

Wladicam et Poponum in Russia

Alexander dei gratia rex etc. Significamus etc. Quia Nomine Venerabilis Iwaskonis Wladice Chelmensis exhibite sunt coram nobis bone memorie Venerabilis ... Wladicarum Chelmensium a iurisdictione dignitariorum et officialium Regni nostri ... certi certorum ... super pensione ... simul ... petiverunt ut eas innovare ratificare et confirmare dignaremur. Quarum tenor sequitur.

Wladislaus dei gratia Rex Ungarie Polonie Dalmatie Croatie etc. Rex. Universis et singulis Nobilibus dignitariis ... Boiaris ... et ... terrae nostrae Chelmensis ubilibet constitutis ... tam status Ecclesie katholice et fidei cultoribus quam ... ritus ... fidelibus nostris dilectis Gratiam Regiam et omne bonum. Nobiles fideles nostri, Cum igitur sancta ... Ecclesia Orientalis ritus greci et Ruthenorum que longis ... temporibus in disparitate quadam et ... fidei sancte et divinorum sacramentorum ... videbatur et ... communio ... imo tota plebs katholica temporibus suis videre cupiebat ... Ecclesia orientalis prelati ... et clerus ... eiusdem ritus greci et Ruthenorum in amplitudine dominiorum depressionem quandam sustinebat ... tanto ... Ecclesiis ... Episcopus seu Wladica prelati clero et ceteris personis Ecclesiasticis eiusdem ritus greci et Ruthenorum ... et libertates modos et consuetudines ... concedendas et ... concedimus quibus ... omnes Ecclesie ... Regni nostri Polonie eiusdem ... prelati Ecclesiastici ... consuetudinis ... et gaudent ... volumus. Mandamus ... volentes quatinus a modo nullus Pallatinorum Castellanorum Capitaneorum Judicum Subiudicum ceterorumque dignitariorum et officialium nostrorum signanter in terra nostra Chelmensi sive in Capitaneatu eius subditorum ... status aut conditionis existant ... Venerabilis Gregorii Episcopi seu

Wladice Ecclesie Chelmensis Ruthenicalis sed neque de iudiciis sacerdotum eorum
sive plebanorum usque nec de causis matrimonii aut divorciorum et contra de
partibus utriusque deinceps quispiam audeat se intromittere ad quorum iura et
libertates eorum ut prefertur quoquomodo non obstante quamvis consuetudine
in terris nostris quibuslibet in contrarium observata harum quibus sigillum nostrum est
Datum in Waradzyno Sabbato in Vigilia Sancti Bartholomei Apostoli Anno
Domini Millesimoquadringentesimo quadragesimo sexto Regnante Magnifico Pe-
tro de Szczekoczyn Regni Polonie Vicecancellario Nos Joannes Kristhathwa
de Laznchow Succamerarius Lublinensis et Capitaneus generalis et Sancko
de Waslow Castellanus dignitarii Chelmensis Signiferque terre Premisliensis quibus
expedit universis tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris et
lecturis Quod ex speciali mandato et commissione Serenissimi Principis Domini
et domini Kazimiri dei gratia Regis Polonie domini nostri graciosissimi Venerabilis
vir dominus Georgius Sancte Marie Ruthenicalis Wladica pro pensione
medonis alias dani que sibi et sue Ecclesie a patribus antiquis dabatur
iuxta decretum dominorum nobiscum assidentium pro eadem pensione testes suos
Nobiles et Notabiles duas personas idoneas sibi Wladice per nos productas
admittendos pro pensione eadem ipsius Wladice et suorum successorum ad
Ecclesiam Ruthenicalem Sancte Marie Chelmensem eosdem testes in medium nostri
Wladica produxit et eisdem approbat ipsam pensionem esse ex antiquo datam
Wladice Chelmensi ab Generosis et Nobilibus dominis Vaskone Orzeltha de
Modrzyczie dapifero Chelmensi Mascone Orzechowski subiudice terrestri fratre
eo de Andegnow Jwaskone de ibidem fratribus germanis et Myskone Stadysky
Qui quidem testes personaliter constituti iuxta sua testimonia et recogni-
cionem deposuerunt recognoscentes et dicentes eta? firmiter et recordamur esse pen-
sionem alias dani predicto Wladice et sue Ecclesie Sancte Marie Ru-
thenicalis quorum testium nos visa audita et cognita satis digna et
probabilia recognicionem horum testium dedimus et iustitiam precedentibus eorum uno
verbo recognoverunt coram nobis et aliis nobilibus personis ipsam pen-
sionem alias dani medonis apud nobiles esse que ex antiquo ibidem
Wladice et ipsius Ecclesie dabatur apud Andrzeykonem de Kurdwsko in
Lukow duodecim urnas apud Petrum Szmyothanka Gladiferum Chelmensem
in Krosza septem urnas apud Szmokonis in Sydlysge Michaelem
Janussium et Paulum germanos de ibidem sex urnas Taliter nos supradicti
de mandato Regis sibi Wladice et Ecclesie sue Chelmensi Ruthenicali per
petuo ipsam pensionem in ipsis et in eorum et in aliis successoribus admina
net et patribus adiuvat per prefatos Andrzeykonem de Lukow sive
de Kurdwsko Petrum Szmyothanka de Krosga Michaelem Paulum et Janussium
Szmokonis de Sydlisge et per ipsorum successores sibi Wladice et sue Ecclesie
de predictis quibuslibet urnas singulis annis respondere iustitia mediante
in quo verbo predictus Wladica memorialem posuit et nos eum pro
Lukow ex mandato regio dedimus et eam liberam habendam tenendam utifruendum
quiete et pacifice ipse et sui successores perpetue possidebunt In cuius
rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa Actum et Datum in
Chelm feria sexta in festo purificationis Beate Marie virginis gloriose
Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto presentibus Magni-
ficis Generosis et Nobilibus Dominis Alexandro Braskowsky de Slyepez

Vexillifero Chelmen[si] Nicolao Swelyedolski Milite Nasconi de Vercsino Sub
iudice terrestri Mathia Lasznovski Paulo Czyprik de Spruchomia Iudici
Castren[si] Alberto plebano et decano Chelmen[si] Stanislao de Strzemyliże Vicevoda
Castren[si] et Nicolao de Werwerzyn Burgrabio castren[si] et aliis fidedignis
Nos itaque premissas litteras visas et recensitas easdem velud iustas in omnibus
punctis articulis et conditionibus innovandas ratificandas et confirmandas
duximus innovamus que ratificamus et confirmamus presentibus decernentes easdem ro
bur debite firmitatis in evum obtinere tenore presentium mediante harum [illegible]
Datum in Conventione generali Radomien[si] feria quinta in octava Corporis
Cristi Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri quarto

Iuspronatus Sambor ecclesie

Ius p[at]ronat[us]

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus tenore presentium etc.
Quia votis Reverendi in Cristo patris domini Mathie episcopi Premislien[sis] et Regni
nostri Vicecancellarii sincere nobis dilecti annuentes ius nostrum Iuspronatus et presentandi ecclesie
parrochialis in oppido nostro Sambor per cessum vel decessum moderni eiusdem
ecclesie rectoris et possessoris sive etiam alia quacumque causa vacare
mente in proximo successuri ipsius ad nos pertinens de certa scientia nostra et
singulari gratie nostre liberalitate pro una duntaxat vice dandum con
ferendum et donandum duximus damusque donamus et conferimus presentibus
litteris nostris volentes et concedentes ac donantes ut dum et causa sive
ex causis premissa vel premissis vacatio predicte ecclesie contigerit
ipse dominus Mathias de eadem una duntaxat vice pro libito suo presentium
vigore litterarum nostrarum disponat et disponendi meram habeat
facultatem et quia prefata ecclesia in diocesi sua Reverendi patris consistit
ipse dominus Mathias personam ydoneam quamcumque ad eandem ecclesiam pro
una vice in proximo et immediate vacante vigore transfusionis
seu donationis Iurispronatus eiusdem instituet investietque de eadem
atque providebit auctoritate sua ordinaria litteris presentationum nostris non
expectatis et si fuerint oblate non admissis Quocirca donationem
nostram premissam Ratam esse et firmam cupientes eandem universis quorum
expedit innotescimus et permittimus non obstantibus quibusvis dona
tionibus esti contrariis quibus presentibus derogamus illis omnibus ante vel
post datam presentium datis aut faciendo prout aut fecerimus Ius quoque competens
nostre Regie quodcumque nobis successoribusque nostris ac cuilibet alteri ex nostra
priori vel posteriori donationibus quomodolibet in ea competit competeret
que in futurum quoad effectum presentium duntaxat consequendum suspendendo
et suspensum faciendo tandem quousque huiusmodi donatio sua debitum
sortiatur effectum In cuius rei testimonium etc. Datum in Conventione Ra
domien[si] generali feria quinta in octava Corporis Cristi anno Na
tivitatis eiusdem Millesimoquingentesimoquinto Regni nostri quarto

Zablotny

Privilegium Falislao de terra Wyznen super quinque mansos

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regia Maiestas praecipue aliorum subditorum suorum ut ex debito ut ex gratia et liberalitate concedit perpetuo duratura. Id ne e memoria humana quae labilis est et obliviosa evanescat literis auctenticis pergameneis confirmentur. Proinde nos Alexander etc. Significamus etc. Quia certo explorato habentes Falislao Zablothny de Zaroslthy regente de terra Wyznen hereditarii quatuor mansi contigui villae nostrae Regalis Zantlewo per praeclarum olim famosissimum ducem Mazoviae praedecessorem nostrum recepti essent et dictae villae Zanklewo adiuncti et incorporati. De quibus quidem quatuor mansis licet uti certo informati sumus ex commissariis nostris quibus latius rei posuimus cognoscere de rei veritate ac experiri commisaramus praefatum vero a generoso Jacobo de Glinky modo Tenutario Wyznen memoratus olim dux ipsi Falislao quinque mansos ubivis in expressis seu alibi desertos in terra praedicta Wyznen in vim commutationis et contentationis dare debuit. Tamen quia morte interveniente et ipsum ducem de humanis rapiente eidem Falislao hactenus nihil datum erat. Ideo nos praefatum Falislaum de Zaroslthy pro dictis quatuor mansis contentum facere cupientes sibi et legitimis successoribus de certa scientia et gratia Regis nostri de consilio consiliariorum nostrorum nobiscum existentium quinque mansos mensurae Culmensis inter loca deserta vulgariter nuncupata Golabyel ab una et inter bona hereditaria Nobilium Domasthoch Modzele et Myszynthy partibus ab altera et extensos usque ad granicies Mathiae Swodrysky ex opposito fontis Domastoch inter ipsa Wyznen consistentes. Iam per suprascriptos commissarios nostros iuxta consuetudinem Mensurae terrae mensuratos et eidem Falislao ad possidendum assignatos dandum donandum inscribendum ac resignandum decrevimus damusque donamus inscribimus et resignamus praesentibus in perpetuum. Per ipsum Falislaum et suos legitimos successores praedictos quinque mansos cum omnibus fructibus utilitatibus obventionibus et attinentiis. Quorsum ad dictos quinque mansos pertinentibus quovismodo incorporatis et incorporandis et generaliter cum omni iure dominio et proprietate ita late longe et circumferentialiter prout limitati et scopulis obsignati sunt. Nihil dominii iuris et proprietatis pro nobis et successoribus nostris ibi reservando tenendum habendum utifruendum pacifice possidendum dandum donandum vendendum commutandum resignandum et in suos successores aut usus beneplacitos libere convertendum prout sibi et successoribus suis legitimis melius et utilius videbitur. Tenore praesentium mediante quibus et ... Datum in Conventione generali Radomiensi feria quinta in octava Corporis Christi anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri quarto praesentibus Reverendissimo et Reverendis ut supra.

Consensus Johanni Burzarzky ad inscribenda bona certa Regalia ad Capitaneatum Ravensem pertinentia Nicolao Walewsky

Alexander dei gratia Rex Poloniae Magnusdux etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis. Quomodo fideli sincere nobis dilecto Johannis de Burzarz ... praesentium nostri fidelis dilecti qui nobis impendit consentiunt eis petentibus

dimittens sibi de dicta gratia et gratia Regis nostri bona nostra regalia vulgariter
nuncupata Stara Rawa Padolye Galyesszye et Nowy Dwor ad Castrum et Capitaneatum
nostrum Ostrinsem(?) pertinentia tenuit pro se. Generoso Nicolao Walewsky Succamerario Sochacheviensi in
ducentis florenis hungaricalibus obligare et inscribere consensimus et admisimus
consentimusque et admittimus presentibus. Ita tamen quod summa pecuniarum prefata
sic ut premissum est in dictis bonis inscribenda reformanda quod non sit maior summa
pecuniarum in ipsis bonis inscripta. Inscripsimus dictum quem ipsum Nicolaum et ipsius successores
res predicta bona nostra Stara Rawa. Padolye. Galyesszye et Nowydwor iuxta tenorem
et originalium inscriptionum que de premissis iure hereditario tenere habere possidere et
pacifice possidere tamdiu donec idem Nicolaus et successoribus suis. Huiusmodi
ducentorum florenorum summa in prefatis bonis inscribenda per ipsum Johannem pecuniam
nam et suos successores exoluerit. qui statim possessio eorundem bonorum ad predictum
Johannem et successores suos. Si ipsi redimerit. vel ad nos et successores nostros. Si nos
nos aut successores nostri bona ipsa redimeremus devenerit pleno iure. Iuribus nostris
salvis remanentibus harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum.
Datum in Radom feria quinta ante festum Sancti Anthonii Anno domini Millesimo quingentesimo
quinto Regni nostri anno quarto.

Consensus Johanni Conyssky et Thome Prossyeck consulis Lublinensis super erigenda noviter et fundanda Mansionaria in ecclesia parrochiali Sancti Michaelis in Lublyn xxvj

In Nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Maiestas Regum et quorumcumque
res principum. Et si actus quoslibet quarumque rerum deliberatos auctoritate sua firmare
consueverit. Cumque eos tamen qui divini cultus augmentum sunt tracturi(?)
expressius perpetuare et gratiis hac prerogativis debitis firmare debeat. Quapropter
Nos Alexander dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie Necnon terrarum Crac(ovie)
Sandomirie. Siradie. Lancicie. Cuiavie. Russie. Prussie ac Culmensis. Elbingensis.
Pomeranie. quoque dominus et heres et Significamus tenore presentium quibus expedit universis
nostris et singulis presentibus et futuris harum notitiam habituris. Quia ad instantes
petitionibus pro parte Nobilis et famati Johannis Conyssky de Volya Co-
nyssky et Thome Prossyeck consulis Lublinensis. nobis oblatas eos de dicta gratia
ea et pietate Regiis nostris. de consilio quoque Consiliariorum et consensu consi-
liariorum nostrorum nobilium quorundam vulgariter nuncupatos Cweglarow-
sky extra muros Lublinenses consistentes. alias census de eisdem ortis prouenientes
in quorum iure ipsa possessiones sunt pacifice pro capella seu mansionaria et
res de novo in ecclesia parochiali Sancti Michaelis in Lublyn erigenda dandi do-
nandi inscribendi et resignandi consensimus et admisimus. Consentimusque et ad-
mittimus. Decernentes quod ipsos mansionarios pro tempore possessores huiusmodi mansio-
narie de novo erigende eosdem ortos tenere habere possidere et eis utifrui ut premissum
donavimus et contulimus fiendo tenore et effectu in eum. Quapropter eosdem ortos
et census ab omni expeditione bellica Regum nostrorum et universis quibus aliis laboribus et
honoribus civilibus et gratitudinibus exactionibus contributionibus datiis et so-
lutionibus liberam et exemptam immunitati ecclesiastice libertati ascribimus incorporamus
et incorporamus ac presentibus ad quem pertinet auctoritate ordinaria. asscribi-

incorporari et incorporari admittimus quibus in petitis salvis iuribus nostris. In
Cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum in Radom feria sexta post
diem Sancti Anthonii Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri anno quarto
quibus Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus dominis Andrea archiepiscopo
Gneznensi et primate Bernardino electo Leopoliensi Mathie episcopo premisliensi et Regni
nostri vicecancellario ac Magnificis venerabilibus et generosis petro Myskowsky de Myrow
Lancicien(si), Nicolao de [illegible] [illegible] Nicolao de [illegible] lublinensi
palatinis, Stanislao de Chodecz Leopoliensi et petro Schaffraniecz de pyeskowaskala
[illegible] Castellanis Johanne de Lasko Sede Gneznensis et Regni nostri Cancellario
Alberto Gorsko Scolastico Wladislaviensi Secretario nostro Stanislao Lanczkoronsky
de Brzezye pincerna Sandomiriensi et Wenceslao de Osthrorog aliisque quamplurimis
Consiliariis et Curiensibus nostris circa premissa testibus fide dignis et fidelibus
dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Johannis de Lasko Sede Gneznensis et
qui nostri Cancellarii fuit dilecti

Domus Posnan

Alexander dei gratia etc. Significamus tenore presentium etc. Quia constitutus coram nobis
venerabilis Albertus Borsky Secretarius noster domum olim Jacobi Czarny
ac firmitate sempiterna Sibique et suis ipsius legitimis posteris hec ipsa arma
seu insignia familie eiusdem Poraiorum vulgari nostro Poray que circa sunt cone
proclama Poray habent damus et donamus perpetuo Quodquidem in Clipeo seu
Campo rubeo Rozam foliorum quinque albam in cuius medio nodus seu surculus
aureus a quo flos et floris folia surgunt sic ut pictura hec monstrat
defert.

Decernimus quod ipse Stanislaus et omnis eius posteritas legitima corpo-
insigni Poray tamquam propria et naturali et coram quocumque principe
vel persona cuiusque Status condicionis aut preeminencie extiterit
circa in preliis hastiludiis Tornamentis Sigillis annulis Cort-
tenis velis Tentoriis Scutis papilionibus tabulis vexillis picturis Reliquisque
omnibus ad usum Militare spectantibus Et [illegible] Nobilium
omnibus tractandis celebrandis et faciendis frui uti gaudere ac potiri eademque
arma ac insignia pingere deferre Ecclesiis et quibuscumque monasteriis imponere et
ligare poterit perpetue Volumus denique ut omnibus Iuribus privilegiis li-
bertatibus concessionibus favoribus graciis ipse Stanislaus et sui successores
legitimi fruantur et gaudeant quibus ceteri Nobiles generosi gaudere debent
et consueverunt ad omnes honores et dignitates beneficia et officia
spiritualia et secularia eum et successores eius abilitamus dignumque facimus abilitatos
et reputamus deponentes et relaxantes ab eo et posteritate sua omnia onera

omnemque servitute plebeorum ex quacumque nature causa et modo contractam
et initam que suae conditioni et privilegio Nobilium ac huius nostre concessioni
quocumque modo potuisset detrahere et derogare preterea volumus et presentibus
privilegii vigore decernimus omnes et singulos cuiuscumque status conditionis
et eminentie extiterint homines qui in vituperium argumentum infamiam
contemptum et lesura huius nostre pietatis Regie eiusdem Stanislai Nobilitatem
infamarent et detractore impugnarent penis pro vituperio et infamia
Nobilibus in Regno nostro adiectis nobis et fisco ad quod se infamatus vita
verint et ipsi fisco solvendis subiacere postquam se nostro presenti privilegio quod
ad omnem Nobilitatis probationem sufficere volumus sua probabit Nobilitate
et docebit non obstantibus contra Juribus legibus consuetudinibus vel quibuscumque
decretis quibus ad ampliore favore et exaltationem eiusdem Stanislai et poste
rorum suorum derogamus presentium per tenorem decernimus constituimus et
ordinamus presentibus descripta evo valitura sempiterno tenore presentium
mediante In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum
Actum in Conventione generali Radomien feria tercia infra octavam
Corporis Christi Anno domini eiusdem Millesimo quingentesimo quinto Regni
vero nostri anno quarto presentibus Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus
dominis Andrea archiepiscopo ecclesie metropolitane Gneznen et primate Bernar
dino electo prefato Leopolien Johanne Cracovien Vincentio Wladislavien
Luca Varmien et Mathia Premislien ecclesiarum episcopis Necnon Magnificis
Venerabilibus et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracovien
Johanne de Tarnow Sandomirien Petro Myszkowski de Mirow Lancicien
Nicolao de Coszyelijcz Brestien Nicolao de Kretkow Junivladislavien
Nicolao de Kuroswanki Lublinen Johanne de Tarnow Russie et
Prandotha de Trzijana Ravien palatinis Johanne Jarand de Brudzow
Calischien Johanne de Przeramb Siradien Johanne Slupeczski Sandecen
Et Johanne Jordan de Zakliczyn Bieczen Castellanis Johanne de Lassko ecclesie
Gneznen et Regni Polonie Cancellario Jacobo de Schydlowyecz Regni eiusdem
Thezaurario Alberto Gorskij Scolastico Wladislavien Nicolao de Bath
nyki Custode Ploczen ecclesiarum Secretariis nostris Nicolao et Stanislao
germanis de Brzezije Capitaneis in Langzkorona Et aliis quam pluribus
consiliariis et Curiensibus nostris testibus fidedignis ad premissa sincere
et fidelibus dilectis datum per manus eiusdem Venerabilis Johannis
de Lassko Regni Polonie Cancellarii Sincere nobis dilecti

Zeppa Crac

Nd

Alexander etc Significamus etc Quia Reverendissimi et Reverendi in
Christo patres domini Andreas Archiepiscopus Gneznen et primate Johannes
Cracovien Mathiam Premislien et Regni nostri Vicecancellarium Episcopi
Bernardum electum Leopolien Stanislaum de Chodecz Castellanum et Capitaneum
Leopolien Petrus Schaffrancyecz de Pyeskowa Skala Castellanum Visliczen et
Capitaneum Radomien Johanne de Lassko Cancellarium Jacobum de Schydlowyecz
Thezaurarium Regni nostri Nicolaum Firley de Dambrowycza Visliczen
Capitaneum Lublinen Stanislaum Jarosski Capitaneum Chans
Cracovien et Capitaneum Lublinen Stanislaum Jarosski Capitaneum Chans
ezinen Albertum Gorskij Secretarium nostrum Johannem Theologum de
Ossowyanczijm Canonicum Cracovien Johanne de Buzarz Ravien

Janussium Dzwiczowsky in Ropczyce, Paulum Czarny Brzesten. et in
Osswienczym Capitaneos, Stanislaum Langkorunsky Subpincerna Sandomirien.
Johannem Pinorowsky et Johannem Bythowsky terre Sandomirien. Exactores
pro nobis in et ad Cautionem fideiussoriam infrascriptam induximus et posuimus
Qui se manu coniuncta et indivisa Magnifico Petro Myskowsky de Opi-
rowo pleno Lancicien. pro nobis fideiubendo inscripserunt, quod nobis eidem Petro
pleno et suis successoribus summam sex millium quadringentorum viginti
florenorum in numero et moneta in bonis nostris Schadek et Brodnija descriptis
computandorum. aliis totam eam summam pecuniarum florenorumque qua continet
tre nra sibi per nos super bona nra Schadek et Brodnija date tanquam
in pecuniarum per nos apud eum in mutuum receptarum pro festo Circumcisionis
domini proxime futuro simul solvi sub certis penis et dampnis prout
in litteris eorundem fideiussorum prefato Petro pleno desuper datis latius
continetur. Itaque volentes eosdem fideiussores circa cautionem huiusmodi pro nobis
facte indempnes efficere promittimus. Nosque presentibus obligamus quod
eandem totam integramque summam solvere debebimus de exactionibus omnium
terrarum Regni nostri sex grossorum et Cunilibus ~~Et etiam de aliis sex grossis~~
hic pro etiam nunc laudatis. Et etiam de aliis sex grossis qui in olim
Conventione laudandi erunt vigentium laudabuntur. Si vero in Colo non
essent laudati tunc de istis hic laudatis. Super quas exactiones nullas
nostras quittancias sub sigillis maiori minori aut signeto dare promittimus
in verbo nostro sed presentibus facultatem damus. Ut omnes eas exactiones
Thezaurarius Regni predictus, ad quem exactiones ipse deferri debeant
non alteri quam ad dicti debiti solutionem det et extradat, usque ad plenariam
totius summe debiti eiusdem in Schadek et Brodnija inscripti solutionem qua
solutione facta Petrus Myskowsky predictus litteras super Schadek et
Brodnija nobis restituet et intromissioni iam exinde illorum possessioni cedet
Quod si prefato Petro pleno successoribusque suis predicta summaque in predictis
bonis inscripta et tanquam nobis mutuo datam pro prefato termino
seu festo Circumcisionis domini non solverimus aut ipse Thezaurarius noster
solverit et ipsi fideiussores eandem summam pro nobis prout se obligarunt
solverint, extunc prout extunc In Crastino eiusdem festi Circumcisionis
domini damus et assignamus eisdem nostris fideiussoribus possessionem et
tenutam pacificam zupparum nostrarum tam Wyeliczien. quam Bochnen. super
quas promittimus litteras inscriptionis ad zuppas pro illo tempore resignandas
sic ut ipsi fideiussores habere voluerint a moderno zuppario eis dare
dantes eisdem fideiussoribus nostris facultatem plenam admovere festo predicto
si debitum illud non solverimus predictum modernum zupparium nostrum generosum
Johannem Jordan de Zakliczin Castellanum Bieczen. et zupparium nostrum Cracovien.
ab administratione zupparum nostrarum predictarum amovendi et unum quem volu-
erint pro se zupparium statuendi, cui per eosdem fideiussores instituendo
zuppario damus autem et plenam zuppas easdem nostras dirigendi et
gubernandi Salesque et proventus zupparum ex illis percipiendi ac solutis
salariis et censibus annuis omnibus zupparum provenientibus ad dicti solutionem
debiti convertendi in quarum administratione zupparum et perceptione salis
ac proventuum eundem quem instituerint zupparium promittimus in verbo nostro
Regio et sub humanitate nostra non inquietari usque ad exterminationem
summe qua ipsi fideiussores pro nobis solvent ac dampnorum, quecunque
propterea perceperint, a quo per eosdem instituendo zuppario computum ~~de~~
de zuppis non nos sed ipsi fideiussores recipient, eumque quittabunt
quorum quittanciam et quicquid in quittancia scripserint, promittimus rati
gratum ac ratam et gratam habere perpetuo tenore presentium mediante

Tibi igitur predicto Johanni Jordan de Zakliczyn Castellano Biecen[si] et modno
zuppario nro Velicziensi et Bochnensi Committimus presentibus et mandamus quatenus
si summam prescriptam prefato petro palatino & executoribus predictis pro dicto
termino et festo Circumcisionis domini non solverimus aut Thezaurarius
predictus nr non solverit. Tu tandem prefatis fideiussoribus alteri vel ei eorum
qui ad id instituerint de zuppis nris Velicien et Bochnen in crastino festi
predicti tradas et possessionem eorum effectualem illis seu illi quem instituerint
consignes absque omni renitentia et difficultate per ipsos fideiussores seu
illum quem instituerint tenendas gubernandas dirigendas usque ad exterminationem
tam debiti principalis quam dampnorum subsecutorum. Et aliter pro gratia
nra facere non ausus. Datum in Radom feria sexta ante festum
Sancti Viti proxima Anno domini 1502

Pontale Jacobi Caspar de Orzechowijecz super fluvio Bug in villa Dorohowsko

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regalis benignitas tunc
maximum sibi inter subditos vendicat affectum commendabilem et gloriosum
cum in augendis eorum commodis illos benignitate et munificentia prosequitur
quequidem pietas, ne cum labili hominum memoria intereat, sed perpetua laude
et gloriam inde optineat literarum. Proinde nos Alexander dei gratia Rex Polonie
Necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cujavie Magnus
Dux Lithwanie Russie Prussieque Culmen Elbingen ac Pomeranie dominus
et heres. Significamus tenore presentium quibus expedit universis Quia in
nomine Nobilis Jacobi Casparis de Orzechowijecz terrigene nri exponentibus
nobis quod certum pontem in fluvio Bug per villam ipsius Dorohowsko
fluenti ex mente vectorum et mercatorum communisque populi et presertim propter
hominum securitatem incursiones Thartarorum et aliorum Regni nri hostium
ad vitam redimenda fugientium fecisset et construxisset, qui fluvius ante
tequam pons predictus in eo constructus erat, propter frequentem inundationem
aquarum aliquando ad pertranseundum difficilis aliquando vero impermeabilis
erat. Idemque Jacobus Casper predictus pontem illum non absque gravi la-
bore et impensa construxerit, propter quod supplicatum nobis fuerat ut
ratione pontis predicti certum illic Theoloneum seu pontale ab hominibus
cum pertranseuntibus exigendum dare et instituere dignaremur.
Nos tandem de rei veritate experiri, et id quod iustum fuisset constituere
cupientes certos nros ad exploranda rei huius veritate deputavimus
commissarios. Qui siquidem commissarii ad locum pontis illius personaliter
descendentes rem et talibus subiectam invenerunt sic in veritate esse prout ipsis
Jacobi Casper de Orzechowijecz nomine deponebatur nobis. Quapropter
Nos rei huius veritate cognita de gratia singulari et benignitate nostra
Regia ac de consilio consiliariorum nrorum nobiscum existentium pontale
in loco et ponte predictis eidem Jacobo Casper et successoribus suis legittimis
dandum donandum et instituendum duximus damusque donamus et
instituimus presentibus Volentes Statuentesque quod universi et singuli homines
cuiuscunque Status et conditionis existentes presertim qui in Regno
nro ad solutionem Theoloniorum et pontalium de iure et consuetudine ceteri
Regni nri sunt obligati Pontalia eidem Jacobo Casper predicto
et suis successoribus in villa ipsius predicta Dorohowsko solvere
debeant perpetuo dando solvendoque a curru quolibet Mercibus

et rebus venalibus onerato per unu quadrante ab alys currubus non
oneratis per duos denarios ab equo quolibet aut pecude vel pecore sine
homine pedestre illuc pertranseunte per denarium unu et ab equestribus
duos denarios Quequide pontale per universos vectores venditores seu emptores
res et cuiusuis status homines mercature intenden et cum mercibus suis
ac in quibuscumque rebus per pontem illum pertranseuntes eidem Jacobo Casper
et suis successoribus dc termi solvendum eos dumtaxat volen habere
exemptos ab omnibus pontalis illius solucionibus qui Tartharoru seu
quorumuis hostiu metu illum pontem cum quibuscumque Rebus fugien
transiuerint dantes et concedentes eidem Jacobo Casper de Orzechowyecz
et suis successoribus plenam et omnimodam facultatem et autoritate pontale
predictum co modo uti suprascriptu est tollendi exigen et percipien et in
usus suos beneplacitos convertendi iure et consuetudine certa pontaliu exactores
in Regno nro teneri solit mediante Ita tn q racion pontalis illius
ipe Jacobus et successores sui ponte predictu proprys sumptibus edificare
reparare et restaurare tenebuntur tpibus perpetuo duraturis In cuius
rei testimonium sigillum nrm pntibus est subappensu Actum in Con-
vencione generali Radomien feria quinta in octaua Corporis Cristi
Anno dni Millesimo quingentesimoquinto pntibus ut sup datum per
manus venlis Johnis de Lassko Regni polonie Cancellarij

Confirmacio testameti Nobilis Stiborij filij Johannis kulia

Alexander etc Significamus etc Quia constitutus personalr cora nobis nostra
Magnificus Stanislaus de Chodecz Castellanus Leopolien et terrarum Russie
Capitaneus generalis sincere nobis dilectus recognouit Quod Nobilis
olim Stiborius filius Johannis kulia in pnia eiusdem Castlni Leopolien
et aliorum fidedignorum testamentum ac ultima voluntate faciendo in
manibus spiritualium et secularium personarum et presertim confessores prop-
terea Eucaristia rpm instantis dedit et legauit tricentos florenos
hungaricales successionis cesserant devolutaque sunt ad Ecclam beatissime
virginis Marie in Brod Cuiusquidem ultime voluntatis disposicionem pntimque
recognicionem nos approbamus et decernimus ubique locorum habere robur
r g. Quapropter eam ad omnium quorum interest noticia deducimus tenore
presentium mediante harum quibus Sigillum nrm est subappensum testimonio
litterarum datum in Radom Sabbato ante festu Sti Viti Anno dni 1505

Jus Theutonicum villarum Lipowiecz hereditarium

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Clarorum virorum
res geste et signanter Regum principum que principum acta laudabilia
ad posteritatis memoriam sempiterna tunc potissimum transmittuntur cum ...
bris monimentis que et scripture autentice testimonio illustrantur Sic
que pene omnium gentium et populorum colit et observat illos felix vite re-
cordacio ad laudis et glorie sublimitatem quando amplitudinem reipublice

extendisse et suorum utilitati subditorum maxime studuisse cogniti fuerint
Proinde nos Alexander dei gra Rex polonie Magnusdux Lituanie Necno terra
rum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Russie prussie Culmen
Elbingen et pomeranie dns et heres etc Significamus tenore pntium quibus
expedit universis pntibus et futuris pntium noticiam habituris Quomodo
annuens votis Nobilis Stanislai de Lyporowyecz Notarii nri fidelis dilecti pro
pte sua et Nobilium Nicolai et Johannis germanorum suorum eorumque heredum
villarum nove et antique Lyporowyecz In terra ploczen et districtu zawkrzen
situatarum nobis porrectis Et nonnullis racionem habentes serviciorum eiusdem
Stanislai Notarii nri Horum intuitu volentes eosdem Nobiles eorumque et heredes pre
dictos ac eorum legittimam posteritatem gra nra Regia et favoribus prosequi
specialibus villas ipsorum prefatas hereditarias novam et antiquam Lyporowyecz
In omnibus earum limitibus et graniciebus de Iure polonico in Ius Theutonicum
quod Culmen dicitur transferendum duximus et transferimus pntibus per
petuo duraturum Removentes ibidem omnia Iura polonica modos et consue
tudines universas que ipsum Ius Theutonicum solita sunt et consueverunt
plerumque perturbare Eximentes eorumque omnes et singulos dictarum villarum
incolas pntes et futuros ab omni Iurisdicione et ptate omnium et singulorum
pallatinorum Castellanorum Capitaneorum Burgrabiorum Iudicum Subiudicum
ceterorumque dignitariorum et officialium Regni nri Ut coram eis aut
eorum aliquo pro causis quibuslibet magnis et parvis pnta furti Incendii
Mutilacionis verberacionis aliisque enormibus casibus citati minime respon
debunt nec aliquas penas solvere tenebuntur Sed duntaxat coram eorum
advocatis advocati vero tantummodo coram suis villarum pdictarum
heredibus legittimis omnibus de se querentibus Et hoc dum de Iusticia red
denda rei culpabiles eorumque forent respondere sint astricti Quarum villarum
advocatis damus facultatem omnimodam et plenariam ptatem Omnes et
singulas causas in limitibus dictarum villarum contingentes Universos
eorumque earumque villarum incolas Iudicandi cognoscendi diffiniendi plectendi
et Sentenciandi Alia eorumque Iuris vel officii Theutonici negocia per omnia exer
cendi prout id Ius illud Theutonicum In omnibus suis punctis clausulis
et condicionibus postulat et requirit Volentes insuper uberiori gre nre
munificencia prefatos nobiles et heredes dictarum villarum utriusque Ly
porowyecz et eorum legittimos successores maioribus amplecti favoribus Ipsos
et singulos eorum legittimam eorumque ipsorum posteritatem ab omnibus Iudiciis
pdictoru ~~nris~~ Omnium et singulorum pallatinorum Castellanorum dignitariorum officialium
et Ministerialium Eximimus absolvimus et liberamus Ut coram ipsis in omnibus
causis magnis et parvis iudicare non tenebuntur suorum cupiant adversariorum
\+ et Castren nisi in Iudicio terrestri + nro ~~aut~~ nrorum Successorum dum per nras citati
omnis lras Signeto nro seu sigillo sigillatas citati seu evocati fuerint Et si
eos aliquas penas magnas seu parvas in ipso nro Iudicio succumbere contigerit
nulli eas nec scriptor nec Iudicio solvere tenebuntur excepta duntaxat pena
quinquagenali pro qua si eos et eorum successores legittimos succumbere
quomcunque contigerit non plus quam duos grossos Iudici Subiudici vero grossum
unum solvere constituimus et decernimus Que omnia et singula premissa volumus
et decernimus firmiter valitura tenore pntium mediante in perpetuum In cuius
rei testimonium Sigillum nrum pntibus est subappensum Actum in conventione
generali Radomien feria quinta in octava corporis xpi Anno domini Millesimo
quingentesimo quinto Regni vero nri quarto Presentibus quibus supra etc

Byalemyasto alias Capinoss

Alexander etc. Significamus etc. Quod Generosus Paulus Lassyensky curie nostre fidelis dilectus constitutus personaliter coram nobis nostro compul-
sus nec coactus nec aliquo errore seductus recognovit Quia Magni-
fico Prandothe de Trzaszyna palatino Cracovie de consensu nostro quem
ad id prebemus presentibus omnes litteras et inscriptiones quascunque super
bona nostra videlicet oppidum Byalemyasto alias Capinoss in terra Socha-
zowiensi sitam et villas ad illud ex antiquo pertinentes habuit pro summis
pecuniarum in eisdem litteris inscriptarum et contentarum per ipsum Prandotham
... ipsi Paulo tamquam eximendo oppidum illud solutarum
dedit et possessionem oppidi predicti resignavit consensu regio nostro ad id
accedente tunc quod magnificus ipse Paulus Lassyensky eundem palatinum
pro omnibus pecuniarum summis nostre in eadem villa nostra inscriptis et in
dictis litteris contentis quittavit et quittat presentibus Quapropter nos
decernimus per ipsum Prandotam de Trzyzna et suos legitimos suc-
cessores predictum oppidum cum villis ad illud ex antiquo spectantibus
iuxta verum tenorem et effectum eiusmodi litterarum originalium inscrip-
tionum desuper nostre emanatarum teneri haberi possideri a Paulo
Lassyensky eundem quoniam summe pecuniarum nostre in corpore oppido
Capinoss et villis ad illud spectantibus nostre inscripte eidem Prandothe
palatino et suis successoribus per nos et successores nostros simul
et integro solventur. Quo facto possessio eiusdem ville ad nos et
successores nostros redibit pleno iure iuribus nostris tamen salvis re-
manentibus harum etc. Datum in conventione generali Radomiensi
feria quinta in vigilia Corporis Christi Anno domini 1505

V Debit Cmietaco

Alexander dei gratia Rex Polonie Significamus tenore etc. Quia constitutus
personaliter coram nobis nobilis Andreas Sadurka exhibuit litteras
recognitionis summarum sibi per famulum famosum Joannem Knoz debitarum
sub sigillo et titulo consulatus oppidi Crosno petiit eas per nos
approbari et confirmari quarum tenor sequitur. Universis et singulis
ad quos presentes littere pervenerint et ubi necesse fuerit Quia
coram nobis consulibus Crosnensibus in plenario consulatu residentibus
veniens famosus vir dominus Joannes Knoz palam publice libere
recognovit Quia sibi Generosus et famatus vir dominus Joan-
nes Sadurka consul Lublinensis realiter et effectualiter solvit
undecim centum florenorum in auro ungaricalium puri auri et
iusti ponderis et trecentorum viginti unius florenorum in moneta
communi currenti quod ipse Joannes Knoz habuit a regia Maiestate
inscriptam in registro et litteris regalibus Maiestatis super theloneo Lu-
blinensi fuit de qua summa prefata prefatus Joannes Knoz
dominum Joannem Sadurka coram nobis per suprascripta presentibus quittat
In cuius rei testimonium et evidentiam presentem testificationem sigillo
nostri sigillare fecimus iussimus Datum feria sexta ante festum sancte
Lucie virginis ex Crosno Anno domini 1507 Nos itaque nostre
eiusdem Andree petitionibus annuentes litteras consulares Crosnenses prefatas
velut iustas approbavimus et confirmavimus approbamus et confirmamus decernentes
sub hac robur debite firmitatis tenore presentium mediante harum quibus sigillum nostrum etc. Datum
in Lublin feria sexta ante festum sanctorum Simonis et Jude apostolorum Anno domini
Millesimo quingentesimo quinto

Regestracio S Cracovie habite

libertatio a solutione stationis duorum annorum oppido pilzno concessa

S

Alexander etc.

Significamus etc. Quia licet superiori tempore oppidanis nostris pilznen(sibus) stationem
nostram ad certos annos pro communitione eiusdem oppidi indulserimus et dederimus
Tamen tum inopinacione intellexerimus quod iidem ipsi oppidani predicti oppidi
pilzno fossatis vallibus et menibus operose nimium fortificare non desistunt
Et quia absque magnis impensis perficere non possunt statio tamen ipsa per nos
eis indulta ad tanti operis perficiendi onus ut certo explorati sumus
sufficere poterit quo forsan a cepto labore ipsi oppidani desistere cogerentur
nisi nostre specialis gratie subsidio adiuti essent Itaque nos de certis scientia et volunta
Regijs nostris eisdem oppidanis eiusmodi stationem nostram duorum annorum pro ipsos
nobis post expirationem priores nostre donationis quam ut premissum est eos a solucione
eiusdem stationis liberamus in continenti debenda pro perficienda carpa
municione dandam et donandam duximus damusque et donamus per presentes
de quaquidem duorum predictorum annorum statione ipsos pilznen(ses) quittamus
presentibus harum quibus sigillum nostrum est subimpressum testimonio literarum
Datum Cracovie feria tercia infra octavam visitacionis marie Anno domini
millesimo quingentesimo quinto

Johannes de Lasko
R(egni) p(olonie) Cancellarius sst

libertacio a dandis poduodis ad decursum trium annorum oppidi pilzno

F

Alexander etc.

Significamus etc. Quia attendentes oppidanorum nostrorum impensas et diligencias
quas circa municionem eiusdem oppidi pilzno impresentiarum faciunt et adhibent
ipsos propterea de certis scientia et gratia Regijs nostris ad dandis poduodis
hinc ad trium annorum decursum sub condicione infrascripta absolvendos et
liberandos duximus absolvimusque et liberamus presentibus Ita tamen quod
quandocumque in nostris et Republice negocijs aliquem illac per pilzno
in poduodis miserimus tunc ipsi pilznen(ses) predicto nuncio nostre de
uno duntaxat equo poduodorum providere tenebuntur exercise hinc ad
predictorum trium annorum decursum tenore presentium mediante harum etc.
subimpressum etc. Datum Cracovie feria tercia infra octavam
visitacionis marie Anno domini 1507

Officina vta pauli Caffman

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Auctoritas principum
quicquid alicui subditorum suorum ex gratia et liberalitate concedit presentio durature
id ne e memoria humana que labilis est et oblivioso evanescat litteris autenticis
perhennare consuevit. Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Polonie Magnusdux
Lythwanie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Russie
ac Prussie ac Culmen Elbingen et Pomeranie dominus et heres etc. Significamus
tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris harum notitiam habituris
Quia nonnullis petitionibus certorum Consiliariorum nostrorum pro parte famosi pauli
Caffman Civis Cracovien. nobis oblatis sibi de certa scientia ac liberalitate nostris
Regiis certum locum desertum seu aream sitam in villa pomorzany inter officinas
alias videlicet Generosi Stanislai Saffranyecz de pyeskova skala Succamerarii Curie nostre ex una
et Cristanowska ex altera et via tamen que inter eandem officinam Cristanowska
et dictum locum seu aream ab oppido nostro Ilkusch ad alias officinas ducit excepta
v.h. que omnibus libera esse consuevit ac inter officinas venerabilis petri vaporowskij
Ecclesie Cathedralis Cantoris et Johannis zaysfeth Civis Cracoviensium tertia
partibus in eadem hereditate pomorzany ad bona nostra Rapstin spectante consistentes
dandam donandam et conferendam duximus. damusque donamus et conferimus presentibus dantes sibi
plenariam potestatem in loco et area predictis pro mineris plumbi ac pro opere
plumbo fornaceo craticulato et quolibet alio conflando seu frixando officinam
alias huta dicta erigendi et de novo construendi ita longe sicut est officina
Schaffranyecz predicti. late vero incipiendo ab eadem officina Schaffranyecz
usque ad viam superius descriptam. concedentes ipsi paulo et suis successoribus in
eadem officina per eum erigenda edificandaque plumbum predictum seu mineras
plumbi frixandi purgandi et conflandi. aliaque huiusmodi laboris et artificij plum-
bei genera in talibus officinis fieri solita exercendi et peragendi perpetuo
per ipsum paulum Caffman et eius successores dictam officinam cum omni utilitate
iure et proprietate tenendam habendam possidendam dandam donandam commutandam alienandam et
in suos successorumque eius usus beneplacitos convertendam pacifice et quiete
Et sicut ex rivo certe aque fluit libere ad officinam Stanislai Schanyecz sic
determinamus quod ipsa aqua de officina Stanislai Schaffranyecz predicti ad officinam
pauli eiusdem fluere debeat, ~~ad alias propinquiores seu inferiores~~ et ipsa
eiusdem pauli officina ad alias priores seu inferiores officinas profluet.
Et ut ipse paulus Caffman et eius posteritas laboribus plumbi in officina
eadem liberius intendat eamque officinam ab omnibus censibus solutionibusque nostris
et successorum nostrorum eximimus et liberamus presentibus et mero iure tenore presentium
mediante iure tamen nostro salvo In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus est subappensum Actum Cracovie feria quinta infra octavas visitationis
gloriose virginis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri quarto
presentibus Reverendis in christo patribus dominis Johanne Cracovien. Johanne Poznan.
et Mathia premislien Reginaque nostri Vicecancellario Ecclesiarum Episcopis necnon Magnificis
venerabilibus et Generosis Johanne de Tarnow Sandomirien. petro Myskorowskij Lancicien.
et Stanislao Kmytha de Wyschnycze Belzen palatinis Stanislao de Chodecz Leo-
polien. et Regni nostri Marsalco Johanne Jordan de zaklyczin Byecen. et zuppario
Cracovien. Et Martino Skothnyczki de Bogorya zawichosten Castellanis Johanne de Lassko
Cancellario Jacobo de Schidlowyecz Thezaurario Regni nostri petro de eadem Schidlowyecz
Succamerario Nicolao Czikowski Dapifero Cracovien Stanislao Lanczkoronski de Brzezie
pincerna Sandomirien Stanislao Jaroczski Marsalco Et Stanislao Schaffranyecz de
pyeskowa skala Succamerario Curie nostre. Ceterisque consiliariis et Curiensibus quampluribus
testibus ad premissa fidedignis sincere et fidelibus nostris dilectis Datum per manus
eiusdem venerabilis Johannis de Lassko Ecclesie Gneznen et Regni nostri Cancellarii
sincere nobis dilecti

Consensus obligandi oppidu Czyeskowyze cum villis ad eund oppidu spectan bus ac Staron Monasterij landen Generoso Xpofero Chastlik datus

Alexander etc Significamus etc Quia attentis fidelibus seruicijs Nobilis et Generosi Xpoferi Chastlik nuhorsky Militis Jerosolimitani Tenutarij Czyesch konien per ipm nobis et olim fraterne Msti Regie impensis ac eciam peticionibus pro pte ipius nobis oblatis annuen Sic de spciali gra et sima Regia nris summas pecuniaz sibi in oppido nro Czyeskowize in terra Cracouien et districtu Byecen sitto et tribus villis vizt Ostussa Bogumyeszyeowize et Kyperna ad illud oppidu exantiquo pertinen bus tenute ipius Cristofori iuste inscriptas It Staron Monasterij landen in terra Calissien consistentes sibi parimodo iuste inscripta cuiampiam subdito nro fideli Regnicole inscribendi consensimus et admisimus Consentimusque et admittimus ~~tenore~~ ptibus ~~mediante~~ decernen per ipm et ipius lttimos successores cui predicte summe pecuniaz ac Stario ipa et ipius lttimos successores cui predicte summe pecuniaz ac Staro ipa landen inscribetur iuxta vim continencia et effectu litterarum originaliu inscripcionu super ipa bona nra Czyeskowize ac villas suprascriptas ac iuxta continencias inscripcionu eiusdem Staronis extraditas ac extraditaz iuste et lttime tenendi habendi pacifice possidendi ac utifruendi tamdiu quousque sibi cui hmoi inscripcio fiet et suis successoribus summe pecuniaz in huiusmodi originalibus litteris iuste inscripte per nos et successores nros simul et exintegro persoluentur Quo facto possessio eorundem bonoz ad nos et successores nros simul et exintegro redibunt et parimodo postquam ipius donacionis sup Staron landen inscripte expirauerit Staro ipa ad nos redibit pleno iure Juribus nris semper saluis remanentibus harum quibus sigillum nrm est appensum testimonio litteraz Datum Crac in Crastino Sctorum petri et pauli aplorum Anno dni Millesimo quingentesimo quinto

Johannes de Lassko
Cancellarius sst

Alexander etc à bello

Significamus etc Quia propter conseruacionem Castri Vrhanye in terra Chelmen sitti Generosi pauli de Jassyenyecz Curien nri hereditarij Nobilem terrigena nrum ab expedicione bellica generali et particulari a data presencium ad vnius anni decursu absoluendum et liberandum duximus absoluimusque et liberamus presentibus Ea condicione vt quotiescumque sub eo tpe determinato expedicionem bellicam aut gnalem aut particularem fieri contigerit idem in predicto Castro Vrhanye intersit eiusque defensioni intendat Quocirca vniuersis et singulis dignitarijs et officialibus quoz interest mandamus vt prefatum terrigenam in eadem libertate nra expedicionis bellice sibi concessa conseruent conseruarique faciant hinc ad vnius anni decursum pro gra nra aliter non facturi Datum Cracouie feria sexta post octauam visitacionis gloriosissime virginis Marie Anno dni Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nri quarto

Johannes de Lassko
Cancellarius sst

Privilegium oppidi
maioris Opathow

xlj In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Auctoritas prin
cipum comodis suorum ~~principum~~ subditorum uti par est graciose providen
do non solum novas eis concedit libertates sed etiam per divos olim prede-
cessores suos concessas innovare confirmare et litteris perhennibus munire con-
sueverit. Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Polonie magnusdux etc. Significamus
tenore etc. Quia pro parte providorum opidanorum maioris Opathow
expositum erat nobis quod annis superioribus Tartaris terram Sandomirien
vastantibus dum tempestate illa opidum Opathow predictum incineratum
et funditus deletum fuisset etiam privilegia originalia opidi illius combusta
fuerint propterea idem peticio nobis porrecta ut eisque opidanis Opathowien
privilegiorum cuius copia nobis exhibita fuit super certas viarum et theloneorum
libertates ex recessis olim fratris nostri carissimi regie memorie dare innovareque digna
remur cuius sequitur tenor. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei
memoriam. Cum actus singuli momentis temporum pressi a cognicione
et memoria hominum in remotissimum oblivionis precipicium cadunt qui non
fuint litterarum apicibus perhennati. Proinde Nos Johannes Albertus
dei gratia Rex Polonie necnon terrarum etc. Significamus etc. quod cum
differerent quod diuturno tempore famosi atque providi proconsul et consules
Sandomirien et eiusdem civitatis theloneatores ex una et Opathowien par-
tibus ex altera super depositorio Sandomirien ad quod cives ipsi Sandomirien
compellebant incolas universos Opathowien descendere in eo quod per triduum
stare cum mercibus undecumque adductis et similiter theloneatores ab
illis thelonea exigebatur quocienscumque Opathowien cives Ungariam Ruthenia
Russiam Cracoviam Gnesnam Poznaniam Prussiam Lublin Belz Crasnostaw
aut cum mercibus ibant aut revertebantur. Proinde quod cum utraque par-
cium in nostro conspectu constituta Sandomirie diebus proximis preteritis
verbis suam iusticiam defenderet ac quelibet pars eorum multa proferret suas
verificando allegaciones. Extunc nos auditis partibus coram nobis tunc
Sandomirie constitutis ibidem que visis privilegiis depositorii per cives Sando
mirien tunc reproductis demum exaracio per venerabile capitulum Eccle
Labugen nomine proconsulis et consulum Opathowien in hac conventione
protheckoravien nobis exhibitis super quibus utriusque partis privilegiis
et allegacionibus cum consiliariis nostris hinc lateri nostro assidentibus
consultacionibus et deliberacionibus premissis ac longe diu que habitis Tandem
equitate moderata duximus ad premissa decernendum et statuendum
decernimus que et statuimus quod in futurum Opathowien cives proficiscentur
et ibunt proficisci que et ire poterint et debeant libere que ex Opathow

Mercatorum hungariam wratislaviam poznaniam Gnesnam prussiam
et Lublin viis directioribus quibus consueverunt Sic enim equum
videatur nobis et cum civitas Sandomirien nostra ab opatkowien civi
tate et illis viis quibus oppatkowien hungariam wratislaviam poznania
et Lublin eunt graviter aut adminus duobus miliaribus situatur
iuste et racionabiliter non possunt neque debeant cogi a directo retrocedere
itinere et Sandomiriam propter depositorium constitui Qui vero super
transitu suo versus certas partes Russie litteras coram exibuerunt nobis
specialiter ad eundem transitum concessas quas peciverunt presentibus inseri
et innovari huiusmodi qui sequitur sub tenore Kazimirus dei gracia Rex
polonie Magnusdux Lithuanie Russie prussie que dominus et heres etc Castel-
lanis Capitaneis Tenutariis Burgrabiis procuratoribus viceprocuratoribus
Civitatum et opidorum Consulibus Theloneatoribus ceterum locorum pontium
passuum ac custodibus presentibus que regnum fidelibus nostris dilectis graciam
nostram et favorem Magnifici Nobiles et providi fideles nostri dilecti
Constituti coram maiestate nostra providi Cives de Opatow gravi cum querela
exposuerunt Quomodo ipsis transitus dum ad partes Russie cum ipso
rum mercibus per vias antiquas videlicet per Zawichost et Cazimirz
usque in Thurobin via ipsorum solita et consueta ac eciam versus
Rzeszow super opida Sczebreszin et Zochow inhibetis cum ab
antiquo prout ex testimonio Magnifici Johannis de Czizow Castellani
et Capitanei Cracowien ad plenum sumus informati quod semper viis
supradictis tempore quo fuit Capitaneus Sandomirien prefati Cives
opatowien secure ambulabant absque omnis impedimento et arresto nunc
vero arcentur per vos viis manifestis versus partes predictas cum ipso
rum mercibus ambulare in preiudicium ipsorum et gravamen non
modicum Et propterea mandamus vobis omnino habere volentes quatenus
prefatos Cives per vias antiquas et dudum consuetas ad predicta loca
absque quibusvis impedimentis et arresto permittatis et permitti faciatis
gracie nostre sub obtentu secus non facturi harum quibus sigillum
nostrum est subimpressum testimonio litterarum Datum in Camienecz
feria quarta in vigilia Assumpcionis beate Marie Anno domini millesimo
quadringentesimoquadragesimooctavo Relacio Magnifici petri de Sczekoczini
Regni polonie vicecancellarii Itaque premissas innovantes litteras prout
Innovamus ad easque et depositorium Sandomirien respectum haberi
volumus et statuimus Ex ipsi opatowien Cives in Belz Crasnistaw
euntes per Zawichost ire debent ibi que Theloneum quod ibi exigi consuevit
exolvent Cura in re Thelonio Sandomirien nullum inferetur preiudi
cium quandoquidem et per olim genitorem nostrum sic indultum esse gestat
Et id Theloneum fuerit in Zawichost quod Sandomirie et licet

bircchis personis dari solatum tamen a principio constat sub vna
constitucionem per olim antecessores nostros institutum Sed cum Ciues
eosdem Oppathovien Jaroslaw Rzeschow premisliam aut alias Russie
partes ire contingat volumus et statuimus vt per Sandomiriam
tam ibi eundo quam redeundo iter faciant Ibi quod iuribus et consuetu-
dinibus Thelonei et depositorii Sandomirien satisfacere debeant et
sint astricti Et insuper quoniam depositoriorum iura non in vnam et eandem
partem extendenda sunt vt signanter de locis et Regionibus vniversis
ante et post depositoriorum Ciuitates sitis ad eas mercatores conveni-
rent et generalitatem mercandi inducerent Cum etiam racione ipa
generalia depositoria dici consueuerint vnde decernimus et statuimus
quod ipsi Oppathovien Ciues in sua reuersione de viis hungarie Wratisla-
uie poznanie [illegible] Gnezne prussie et Lublijn si res et merces tales habue-
rint que in vellis aut summis alias Therlinki massis alias kaphanij
aut vasis non tamen per partes de ipsorum opido in alia loca
emende essent Et similiter dum sal ex Zuppis Cracovien ad eos ductum
esset in bancis quod similiter non in porcionibus concussis sed in
bancis in alia loca esse vendabile extimatur casu primum rerum ven-
dibilium ac mercium cuiuscumque generis et manerij fuerint summas
massas atque vasa et Sal ad depositorium Sandomirien deducere ibi
quod in eo per triduum eas et illa atque illud tenere et vendicioni
exponere ita quoque iuribus et consuetudinibus depositorij ac Thelo-
nei Sandomirien satisfacere tenebuntur Sed si casu pars merces non in
massis summis atque vasis et similiter sal non in bancis venditurj
essent de opido ipsorum in hispidis ~~ipsorum~~ massis ac summis
vasis et bancis integris deducendas Sed domi eas propinari et deinde
aliis per se aut per alios eas ducere porrigere quod vellent in porcio-
nibus aut numero quemadmodum pannus in ulnis atque vlnatim
allecia vero et pisces numeratim cera lapidibus atque talenta et Sal
particulis pro victu communi Ciuitatis et hominum ad eam venientium
vendi et ab illis in alia vicina remociora quod loca duci consueuerunt
tunc cum eisdem rebus et mercibus vniversis veheresimi nec non tenebun-
tur Sandomiriam ad depositorium neque ab illis Thelonea exsoluent
Sandomirien Sed in Ciuitate ~~[illegible]~~ Oppathovien libere deponent
et propinabunt Et in aliis siue per se siue per alios ducent atque
porrigent Quo in parte iuribus et consuetudinibus depositorij et Thelo-
nei Sandomirien Ciues ac Theloneatores Sandomirien eos non inquie-
tabunt inquietare quia non poterint verumquia consueuerint Ciues ipsi
Oppathovien ceras mercedum domi mercedum alibi [illegible] lapidibus
talentis et minutioribus porcionibus comparare Exinde quod ceras domi

ferrare et massas alis capere colligere et componere Itaque generaliter
super hoc statuimus quod ut cum massas cere alis capere ex aliunde
duxerint successiue in alia remociora loca ab illis vendendas dedu-
cendas que prius castipas massas cere in depositorio Sandomirien statu-
erint et tenebunt per triduum vendicioni exponendo Sed que per eosdem
domi componerentur in massas eas non deducendo ad depositorium
nec ab illis theloneum Sandomirien soluendo poterint et debeant
ex Opathow Wrathislauiam Poznaniam et alia remociora loca ven-
dere et porrigere libere et pacifice Preterea quod dum boves undecumque
appulerint pro macellis eorumdem in Opathow occidendos propinantibus
dum modo illos non ex illis partibus Russie pellere videbuntur ad quas
eundo ut supra scripsimus constituti sunt Sandomirie non debeant
esse obligati Iuribus et consuetudinibus satisfacere depositorii et thelo-
nei Sandomirien Insuper quoniam Capitulum predictum Ecclesie
Lubuzen querelis deposuit qualiter Thelonatores Sandomirien a
frumentis et generaliter ab vniuersis rebus venalibus diebus fororum
communium theloneum in Opathow exigere ibique propterea officiales
substitutos ad exigenda thelonea tenere habereque Ita quod oppidum illud
Ecclesie Lubuzen illibertare consueuerunt Quapropter cum res ipsa
nobis et Consiliariis nostris in predicta Conuencione constitutis videatur
onerosa preiudicialis que determinimus eam consuetudinem abolendam
abolemus que Statuentes prohibentes que ut ex nunc et in futurum
Sandomirien Thelonatores nostri pro tempore existentes a frumentis
et rebus aliis pro victu communi in Opathow diebus fororum Septima-
nalium ac etiam annualium adductis thelonea exigere hac que racio-
ne suos ibidem factores tenere et habere non debeant neque poterint
Quodquidem decretum ordinacionem que atque Statutum in premissis descriptum
volumus obtinere habereque robur firmitatis perpetue tenore presencium
mediante In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est
subappensum Actum in Conuencione Piotrkowien generali die do-
minico festi Sanctorum Philipi et Jacobi Apostolorum Anno domini
millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto Regni vero nostri Anno quarto
presentibus ibidem Illustrissimo principe Reuerendissimis et Reuerendis
in Christo patribus dominis Frederico miseracione diuina Sacrosancte Ecclesie
Romane Tituli Sancte Lucie in Septemsoliis presbitero Cardinali Ar-
chiepiscopo Gneznen et primate et Episcopo Cracouien Andrea Roza Archiepiscopo
Leopolien Crestao Wladislauien Vricle Poznanien Petro Plocen Nicolao
Premislien Ecclesiarum Episcopis ac Magnificis et Generosis Spithkone de
Jaroslaw Cracouien Johanne Swydwa de Schamothuli Poznanien
Sandiuogio Czarnkow Calissien Ambrosio Pamporski Siradien

Mathia de Ztugow[?] Crestien Johanne de Pilcza Russie generali
palatinis Johanne de Ostrorog Poznanien Petro de Crzeszowski Si-
radien et Thezaurario Regni nostri Raphaele de Lesczno Gnezn
et Marschalco Curie nostre Stanislao Kmitha de Wyssnicze Premi-
slien Andrea de Tanczin Woyniczen Castellanis Petro Kmitha de
Wyssnicze Marschalco Regni nostri Scepusien et Sandecen Capitaneo
ceterisque consiliariis et subditis nostris spiritualibus et secularibus
fidelibus nostris dilectis Datum per manus eiusdem Reverendi in Christo Patris
domini Creslai Episcopi Wladislavien et Regni nostri Cancellarii sin-
cere nobis dilecti Creslaus E. R. p. Cancellarius Relatio eiusdem
Reverendi in Christo Patris domini Creslai Episcopi Wlad. et Regni Polonie Cancellarii.
Nos itaque petitionibus civium incolarum Ospathowien tanquam
iustis annuentes presertim vero invento in Registris Serenissimi olim
domini Regis privilegium supra rescriptum quod uniforme erat cum pri-
vilegio in copia nobis oblata scripto eisdem Opathowien de speciali gra-
tia et liberalitate Regis nostris productum privilegium dandum
innovandum confirmandum et concedendum duximus damus innovamus
confirmamus et concedimus per presentes decernentes illud in toto
eius tenore punctis articulis et clausulis valere ac robur indubitate
perpetueque firmitatis obtinere tenore presentium mediante In cuius
rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Actum Crac
feria quinta intra octavam Visitationis gloriose Virginis Marie
Anno domini millesimo quingentesimoquinto Regni nostri quarto presentibus
Reverendis in Christo patribus dominis Johanne Cracovien Johanne Pozna-
nien et Mathia Premislien ac Regni nostri vicecancellario Ecclesiarum
episcopis necnon Magnificis venerabili et generosis Johanne de Tarnow
Sandomirien Petro Myschkowski de Mirow Lancicien et Stanislao
Kmitha de Wyssnicze Belzen palatinis Stanislao de Chodecz Leopolien
et Regni nostri Marschalco Johanne Jordan de Zaklyczin Wiecen
et Zuppario Cracovien Martino Skotniczki de Kopernia Zawichosthen
Castellanis Johanne de Lasko Cancellario Jacobo de Schydlowyecz Theza-
urario Regni nostri Petro de eadem Schydlowyecz Succamerario Nicolao
Czikowsky Bladifero Cracovien Stanislao Lanczkoronski de Brzezie
procuratore Sandomirien Stanislao Jarogki Marschalco et Stanislao
Schaffraniecz de Pieskowaskala Succamerario Curie nostre ceterisque
Consiliariis nostris quam pluribus testibus ad premissa fidedignis sincere
et fidelibus nostris dilectis Datum per manus eiusdem venerabilis
Johannis de Lasko Gneznen et Regni Polonie Cancellarii sincere nobis
dilecti

In nomine dni amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter constitutiones
publicas que sacris maiestatibus Regum pro alti status officio et pro innate
prudentie virtutibus premiande incumbunt. hec potissima communi
perpetua et laude digna censetur: per quam subditi fideles a continuis
angariis vel incomoditatibus: relevantur et in libertate iurium suor
confoventur: auditus et facilis ad secundas res acquirendas preparatur
proinde nos: Alexander dei gra Rex polonie magnusdux Lithuanie nec
non terrarum Cracovie. Sandomirie. Siradie. Lancicie. Cuiavie. Russie prus
sie: Culmen Elbingen et pomeranie. dns et heres etc. Significamus tenore
pntium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam
habituris. Quomodo considerantes privilegia per serenissimum olim
principem dominum Wladislaum Regem predecessorem nrm Civibus et
opidanis. Regalibus graciose data. quibus sicut Civitatum

Salvusconductus

Mp[o] Nobili Jacobo Pyorunowsky datus est Salvusconductus in Re-
gno standi morandi negotia quoque sua disponendi et perficiendi
illisque ~~datu~~ dispositis vel indispositis ad loca sibi accomodatiora
cum rebus propriis recedendi. hinc usque ad festum Nativitatis
Xpi proxime venturum. Dat. Cracovie feria quarta in crastino
festi divisionis apostolorum. Anno domini ut supra.

maioris Opathow

N. G. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Actus et decreta
humana e memoria labuntur faciliter si Litterarum munimentis
non fuerint perhennata. Proinde nos Alexander dei gratia Rex Polonie
magnusdux Lithuanie necnon terrarum Cracovie Sandomirie
Siradie Lancicie Cuiavie Russie Prussie Culmen. Elbingen. et Pomora-
nie. dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit
universis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia pro parte
opidanorum Opatow maioris expositum est nobis. Quod licet in eorum opido
Opatow fora annalia pro festis sanctorum Martini et Procopii singulis
annis et forum septimanale quolibet die Sabbati ex vetusta dicti Opidi
fundatione et predecessorum nostrorum concessione. hactenus teneri celebra-
ri que consueverint. tamen quia annis proxime preteritis. Thartaris
terram Sandomirien. vastantibus dum tempestate illa opidum illud
Opatow incineratum et deletum fuisset: eciam singula Opidi predicti
privilegia combusta fuere. propter quod supplicatum nobis erat humiliter
pro parte Opidanorum eiusdem Opidi ut eius privilegium denuo super eadem
fora cum addicione alterius fori annalis dare dignaremur. Nos itaque nos
eorum peticionibus tanquam iustis annuen.: de speciali gracia et certa scientia
Regiis nostris cupien. predictum Opidum Opatow in terra Sandomirien.
situm in iuribus et Libertatibus antiquis conservare ac quo ad poterit
eius condicionem facere meliorem ut tempore felicis regis nostri feliciora
recipiat incrementa. ultra predicta septimanale et Annalia fora aliud
forum Annale denuo in eodem Opido Opatow videlicet pro festo sancte Agnetis
singulis annis indicimus instituimus et imponimus. Indicimus quoque et im-
ponimus absque tamen preiudicio Civitatum et Opidorum aliorum vicorum
in terra predicta Sandomirien. consistencium. Illa quoque fora annalia pro
sanctorum Martini et Procopii festis: ac septimanale pro die Sabbati
celebrari solita confirmamus decernen. tam presentibus institutum
quam predicta ex antiquo in eodem Opido annuatim et septimanatim
celebrari solita fora: per presentes perpetuo duratura per universos et
singulos mercatores # negociatoribus vectoribus: aliis quoque omnibus et singulis
cuiuscunque status sexus ~~tenend. et habendum: dantes et concedentes~~
~~quibuslibet eisdem mercatoribus~~ et condicionis hominibus more

negociatores vectores et singulis status sexus et condicionis hominibus tenend. et habend. dantes et concedentes quibuslibet eisdem mercatoribus

aliorum Opidorum Regni nostri facultatem et libertatem vendendique ad Opidum predictum: pro diebus fororum huiusmodi tam septimanalis quam annalium mercatorie quoque graria vehendi ac in corpore Opidi res et merces cuiuscunque generis et manerierum fuerint exponendi vendendi emendi negociandi · res pro rebus commutandi et cambiendi alia quoque mercatorie et negociationis genera exercendi · Libere nisi tales sint quos iura nostra tenentur et quibus merito consortia fidedignorum denegantur · Que omnia premissa perpetui et firmi roboris esse decrevimus tenore presencium mediante In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum Actum Cracovie feria secunda in crastino festi sancte Margarethe Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri quarto: presentibus Reverendis in christo patribus dominis Joanne Cracoviensi et Mathia Premisliensi Regni quoque nostri Vicecancellario Ecclesiarum Episcopis / necnon Magnificis Venerabili et Generosis · petro Myskowski de Mirow Lanciciensi et petro Kmitha · de Wisnicze Belzensi : palatinis : Stanislao de Chodecz Leopoliensi et Regni nostri Marsalco : petro Schafranyecz de Pieskowaskala Visliciensi et Joanne Jordan de Saklyczin Biecensi Castellanis · Joanne de Lassko Cancellario · Jacobo de Schidlowyecz thezaurario Regni nostri : Nicolao Cziroswski Gladifero Cracoviensi Stanislao Jaworski Marsalco Stanislao Schefranyecz de Pieskowaskala : Succamerario : et Nicolao Philipowski Subpincerna Curie nostre Ceteris quoque quam plurimis Consiliariis et Curiensibus nostris testibus ad premissa fidedignis Sincere et fidelibus dilectis : Datum per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lassko Ecclesie Gneznensis et Regni nostri Cancellarii Sincere nobis dilecti

Maior Opathow

Significamus tenore presencium quibus expedit universis · Quia attendentes Incolas universos Opidi Opatow maioris annis superioribus per seuissimos Thartaros · damna passos : et in omnibus bonis suis tam mobilibus quam immobilibus ignis incineratione exustione que per eosdem Thartaros facta penitus annihilatos : Etiam succurrere hiisdem Opidanis Cupientes : Ut aliquam circumcirca idem Opidum faciant municionem : quo facilius post hac se suprascriptis hostibus : illic tueri et obiectare possit Eis de speciali gratia et Serenissima Regis nostri Laude piotrkoviensi munitorum de Opidis Tartaros incineratis edito Libertatem duorum annorum proximum futurorum a solutione Czopowe dandam et donandam duximus damus que et donamus presentibus decernentes · quod sicut a tempore sancte eiusdem incinerationis huiusque eam ipsam exactionem per nos libertati existentem non solvebat sic per decursum predictorum duorum annorum continue se sequentium a solutione eiusdem exactionis Czopowe sint immunes et Liberi de qua quidem exactione sic ut premissum est per nos eis indulta ipsos Opidanos Opathovienses presentibus quittamus harum quibus Sigillum nostrum est subimpressum testimonio Litterarum Datum Cracovie feria quinta in octava visitacionis gloriose Virginis Marie Anno domini ut supra

Brzeznicza

Alexander dei gratia Rex polonie Magnus dux Lithuanie Russie prussie que dominus et heres Significamus tenore presentium quibus expedit universis Quia ad vota Magnifici Nicolai de Crozeianki palatini Lublinen et Capitanei Siradien tenuta: rii in Brzesnicza Sinitere nobis dilecti sibi de speciali gratia et clementia Regia nostra villam nostram Regalem ad Brzesnicza exantiquo de manibus nobilis Stanislai Semikowski: redimere consensimus et admisimus Consentimus que et admittimus presentibus Ita tamen quod summa pecuniaria iuste in literis originalibus inscriptarum super huiusmodi villa inscripta inter redimendum non augeatur tenerique eandem villam per ipsum Nicolaum palatinum et ipsius Legittimos Successores iuxta vim tenorem et effectum originalium literarum desuper iuste emanatarum tenendam habendam possidendam et pacifice utifruendam tamdiu donec sibi et suis Legittimis Successoribus per nos et Successores nostros Summa pecuniarum in literis inscriptionum super eadem villa iuste inscripta fuerit simul et ex integro soluta Quo facto possessio eiusdem ville ad nos et Successores nostros redibit pleno iure. Iuribus nostris salvis remanentibus. harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum Dat Cracovie feria quinta festi sancti Alexii Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri Anno quarto

Rp rep

Ius presentandi in Ecclesia Leopoliensi

Alexander dei gratia Rex polonie Magnus dux Lithuanie Russie prussie que dominus et heres etc Significamus tenore presentium quibus expedit universis Quia annuentes petitionibus pro parte Reverendi patris Bernardini Electi Leopolien nobis exhibitis nostrum Iuspatronatus et presentandi duorum Canonicatuum sive prebendarum in Ecclesia Cathedrali Leopolien: per cessum et decessum modernorum possessorum dictorum Canonicatuum Ecclesie eiusdem nominibus et cognominibus quibuscunque cognominatorum sive ex alia quacunque causa intervenien: in proximo successu temporis ad nos ~~damus que donamus et conferimus presentibus literis nostris~~ pleno de certa nostra scientia et gratie nostre singularis Libertate pro una duntaxat vice dandum conferendum et donandum duximus duximus et donamus et conferimus presentibus Literis nostris. volentes et concedentes: donantes que ut dum ex causa sive ex causis premissa vel premissis vacatio sive vacantie alicuius Canonicatus: in Ecclesia prefata contigerit sive contigerint ipse Bernardinus Electus de eisdem una duntaxat pro libito suo presentium vigore Litterarum nostrarum disponat: et disponendi nostram habeat facultatem: Et quia prefati Canonicatus sive prebende in diocesi ipsius electi consistunt ipse Bernardinus personam idoneam: quamcunque ex utroque parente Nobilem ad Canonicatus sive prebendas predicte Ecclesie: etc ad id quod horum prius per eius eandem Ecclesiam pro una vice duntaxat: in proxime et immediate post se vacaverit: vigore transfusionis seu donationis Iurispatronatus eiusmodi instituet et investiet: de eisdem que providebit auctoritate sua ordinaria literis presentationum nostris non expectatis et si fuerint allate non admissis Quocirca donationem nostram premissam ratam esse et firmam cupientes eandem universis quibus expedit notificamus et promittimus: non obstantibus quibusvis donationibus istis contrariis quibus presentibus derogamus presentibus illis omnibus ante vel post datam presentium

Rp ol

Litis anteferendo prout antetulimus Ius quoque proprietatis nre Regie quodcunque nobis Successoribusque nris ac cuilibet alteri ex nra priori vel nra posteriori donacionibus quomodolibet in eisdem competit competet que in in futurum: quo ad effectum presentium duntaxat consequendum suspendendo et suspensum facien tandiu quousque pns nra donacio suum debitum sortiatur effectum In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus est subappensum Dat in Conuencione generali Radomien feria quinta in octaua Corporis Xpi Anno dni Millesimoquingentesimoquinto Regni nri Vo quarto

Bona Walcz et Drahim adiacentia

Alexander deigracia etc Significamus etc quia habentes consideracionem seruiciorum que nobiles Jacobus Dobolczki et Johannes Brzozowijecz de Pogorzalistaw Curien nri nobis impendere fideliter et constanter consueuerunt Volentes proinde eos consolatos efficere et ad futura seruicia nra reddere obligatos ipsis de certa sciencia et voluntate Regijs nris bona nra Regalia Bulgrin Clawsstao Osstelge Okunsko Nowidwor Turbergk Prosino et Vilczkowo, ac stagna piscinas et mellificia ad illa pertinencia Castris nris Walcz et Drahijm adiacencia que impignoratum Buosius Kyerstenberg de Falkyemborgk tenet: de manibus eiusdem Falkyemborg redimere et eximere consensimus consentimusque presentibus, ita tamen quod summe in quibus ipse Kyerstenbork eadem bona tenet in exempcione ipsa non augeantur per ipsos Johannem Dobolczki et Johannem Brzozowijecz bona predicta postquam ea exemerint tenere habere et possidere vsque ad exempcionem per nos vel successores nros faciendam. qua facta possessio bonorum predictorum ad nos et successores nros redibit pleno iure Iuribus nris Regalibus semper saluis harum etc datum Cracouie feria quarta in crastino diuisionis apostolorum anno 1505

Rp Rex

Datus est dapiferatus Lublinen Johanni Orlczek de Lubijenije per mortem eiusdem dapiferatus vltimi possessoris vacans: sub Sigillo Subimpresso feria sexta in vigilia sancte Marie Magdalene Cracouie Anno dni 1505

V

Consensus capellanie in Zlotoria & permutacionis
Datus est Consensus honorabili Sigismundo de Dobrzin resignanti Capellaniam in Slotoria honorabili Jacobo de Rabosthewo artium presbitero dioc Ploczen sub Sigillo Subimpresso feria sexta in die Sancte Marie Magdalene 1505

Rp

Alexander etc. — ortos telonei a quo hers[?] certa libera est

Significamus etc. Quia cum inter Rmum in Christo patrem dominum Andream archiepiscopum
Gneznen. et primatem ex una, et Nobilem Nicolaum Lapnyczkypothok thelonea-
toreum Sandomirien. ex altera partibus coram nobis orta esset controversia
pro theloneo quod ipse Lapnyczkypothok a negociatoribus sue civitatis de Lowycz
et Squirzmyowycze a bobus exegit. Dominus archiepiscopus per nuncium suum
exposuit coram nobis Ecclesiam suam Gneznen. a predecessoribus nostris Regibus
libertate et immunitate donata esse, nec debere ulla vectigalia nobis
et Reipublice solvere. Ex adverso Nicolaus Lapnyczkypothok asserebat
superioribus annis ab hiisdem negociatoribus predictis theloneum per alios
theloneatores predecessores suos exigi solitum esse quod et testimonio plurium
comprobare velle contendebat. Nos itaque communicato consilio cum hiis qui
presentes aderant consiliariis [*nostris*] decrevimus, postquam neutrius partis probacio ad
effectum deducta esset, et res indecisa ad Conventum generalem proximum
pendeat, ut quicquid per omnes consiliarios Regni illic approbatum et decretum
fuerit, visis privilegiis Gneznen. Ecclesie, et singulariter si Civitates
Ecclesiastice a solvendo a bobus theloneo exempte sint, auditis etiam the-
loneatoris probacionibus partes ratum habeat. Interim vero decrevimus
ne amplius ipse theloneator ab hiisdem ~~theloneatoribus~~ [*negociatoribus*] predictis theloneum
exigat. Sed quicquid sive a bobus sive ab aliis mercibus pervenire debet
conscribat, donec in Conventu decernetur, quid sit tandem futurum. Ista vero
pecunia, quam theloneator predictus exegit ab eis penes eum remanere
debet usque ad illud tempus, que si non debebitur pro antiquo theloneo,
nobis cum omnium Regni consilia-
riorum consensu et voluntate per hos ad tempus solum decreto, qui a
theloneis perpetuo sint absoluti. Insuper omnes fideiussores qui de
absolvendo a censuris factore theloneatoris predicti caverunt ab
ipsa caucione fideiussoria, qua a domino Baron et utriusque ordine tabbhors[?]
tenente dependentibus tenore presencium absolvimus et liberamus. Quibus
in testimonium Sigillum nostrum est subimpressum, datum Crac. feria sexta
proxima ante festum beate Marie Magdalene Anno Domini 1502

~~Alexander etc. Significamus etc. Quia annuentes peticionibus pro parte Reverendi
patris Bernardini electi Leopolien. nobis exhibitis nostrum Iuspatronatus et presentandi
duorum Canonicatuum sive prebendarum in Ecclesia Cathedrali Leopolien. per cessum
vel decessum modernorum possessorum dictorum Canonicatuum Ecclesie eiusdem
nominibus et cognominibus quibuscumque cognominatorum, sive ex alia quacumque
causa intervenientem, in proximo successu temporis ad nos pertinentes de certa nostra
sciencia et gracia nostra singulari liberalitate pro una duntaxat vice dandum
conferendum et donandum ~~duximus~~ damusque donamus et conferimus presenti-
bus nostris volentes et concedentes ~~dantes~~ donantesque ut dum ex causa sive~~

ex causis premissa vel premissis vacario sive vacarie alicuius Canonicatus in Ecclesia prefata contigerit sive contigerint, ipse Bernardinus Electus de eisdem vna dumtaxat pro libito suo primum vigore literarum presentium disponat et disponendi meram habeat facultatem. Et quia prefati Canonicatus sive prebende in diocesi ipsius Electi consistunt, ipse Bernardinus personam ydoneam quamcunque duxerit vel elegerit ad Canonicatus sive prebendas predicte Ecclesie alias ad id quod eorum prius penes eandem Ecclesiam pro vna vice dumtaxat in proximo et immediate post se vacaverit vigore transfusionis seu donacionis Iurispatronatus eiusmodi instituet et investiet de eisdem quod prout indebit auctoritate sua ordinaria tenet Gratiarum expectativarum non expectatis. Et si fuerint allate non admissis Quoncirca donacionem nostram premissam ratam esse

Cassata

à bello

Libertacio ab expedicione bellica nunc instituta Nobilibus Martino Curisky vicecapitaneo et Mathie Bobrzezki Iudici Castrensi premislien propter tuicionem Castri Przemisl vt in dicto Castro tempore expedicionis eiusdem residant Cracouie Sabbato in crastino Sancte Anne. Anno domini 1505

à bello

Data est libertacio ab expedicione bellica Derslao Krzywyezki propter conservacionem Castri Sobyen vt in eodem Castro tempore eiusdem expedicionis nunc institute residat Cracouie die Anno in crastino Sancte Anne. Anno domini 1505

· l · 5 · a

MONASTERY CZERWYENSKO COCHOVO

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam humani generis actiones quemadmodum sub tempore fiunt sic per temporum momenta defluunt nisi ingenio humano prescriptum vere litterarum apicibus perhennitati immortalitatis posteritati consignantur. Proinde nos Alexander dei gratia rex Polonie dominus terrarum etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris presentium notitiam habituris. Quia pro parte venerabilis et religiosorum Ambrosii Abbatis et totius Conventus Monasterii sancte Marie in Czirwijensko ordinis sancti Augustini Canonicorum Regularium privilegium infrascriptum sigillo et titulo divi olim serenissimi Kazimiri Regis Polonie et predecessoris nostri munitum super confirmationem duarum villarum videlicet Cochowo et Cobilnicza in districtu Radomiensi sitarum ac super novam de eisdem villis erigendum concessum: exhibitum est nobis simul quoque supplicatum erat nobis humiliter ut et illud confirmare et approbare dignaremur cuius sequitur tenor. In nomine domini amen. Cum calumnie vis tollitur et ambiguitatis difficultas precluditur, cum ea que temporibus exiremis fiunt permansura regio insignio testium quoque annotatione robrantur. Proinde nos Kazimirus dei gratia rex Polonie dominus terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Pomeranie quoque dominus et heres etc. Universis tam presentibus quam futuris presentium tenorem visuris et audituris cupimus fore notum quod accedens ad nostram nostrorumque nobilium et baronum presentiam Religiosus vir frater Albertus Abbas monasterii sancte Marie in Czirwijensko ordinis beati Augustini Canonicorum Regularium humiliter supplicavit magnitudini nostre nobis attendere quatenus divine retributionis intuitu nostre quoque ac nostrorum predecessorum et successorum obsalutem animarum donationem villarum Cochowo et Cobilnicza cum plenitudine iuris monasterio predicto per predecessores nostros factam gratiose approbare ratificare et autorisare et ut diffidentie occasio de cordibus quorumcumque super huiusmodi donatione villarum predictarum excluderetur easdem villas de novo predicto monasterio ipsas in oppidum et ius civile erigendo et transmutando dare et describere perpetuis temporibus dignaremur. Nos vero qui consuevimus ab exauditione precum iusta et rationabili petentium aures non avertere et signanter horum que cultus divini augmenta et propagationem ut ea que seminaverimus in hoc ergastulo vite gerentes piorum operum exhibitione eterne beatitudinis metendum meritur valeamus sibi et monasterio predicto Czirveni ac Abbatibus et fratribus in eodem pro tempore existentibus villas dictas Cobilnicza et Cochowo ipsas in oppidum et ius civile transferentes cum omnibus utilitatibus censibus proventibus fructibus redditibus agris pratis pascuis campis silvis mericis nemoribus borris gaiis quercetis apisteriis aquis rivolis fluviis fluminibus lacubus piscinis stagnis paludibus ac aquarum decursibus molendinis quoque constructis et construendis et generaliter cum omni iure proprietate utilitate et dominio nichil iuris proprietatis et dominii pro nobis et nostris successoribus reservantes, damus donamus presentibus et largimur gratiose assignantes et incorporantes easdem villas Cochowo et Cobilnicza dicto monasterio perpetuis temporibus per conventum dicti monasterii possidendas tenendas habendas et gubernandas ac easdem ex voto unanimi cum et quando profectui et commodum monasterii prospexerint commuttandas non aut alienandas prout dicte ville in longum et latum se extendunt et quemadmodum easdem dictum ab antiquo habuit tenuit et possedit concedentes dicto monasterio easdem villas Cochowo et Cobilnicza in ius civile et titulum oppidi transmuttandi et transferendi forum die cum petenciori iuxta arbitrium statuendi et proclamandi theloneum et foralia a negotiatoribus quibuscumque aquaticis et terrestribus exigendi et recipiendi statutis tamen regni non derogando incolis quoque et inhabitatoribus

villarum predictarum vt prefertur in ius Ciuile transmutatarum libertate
omnes mercancias et negociaciones exercendi salis zuppis nostris generis
vtriusque emendi et vendendi et alia exercendi que ceteri incole Ciuitatum et
oppidorum in Regno nostro existencium exercent et faciunt absoluimus
insuper incolas villarum predictarum ab omnibus nostris solucionibus exa-
ccionibus stacionibus angariis et perangariis quibuscunque nominibus cen-
seantur. Vt igitur donacio huiusmodi et ascripcio tam predecessorum
nostrorum quam nostra robur obtineat perpetue firmitatis presentes litteras nostri
sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum in Radom in crastino
beatorum Petri et Pauli appostolorum Anno domini Incarnacionis
Millesimotricentesimotricesimotercio. Presentibus hiis nobilibus nostris
Nasczyho Sandomiriensi Nicolao Cracoviensi palatinis Joanne Castellano Lublinensi
Jaroslao Archidiacono Cracoviensi Timoteo Iudice Sandomiriensi Stigneo vicecan-
cellario Regni nostri. Itaque nos Alexander Rex prefatus de consilio consiliariorum
nostrorum Abbatis predicti peticionibus annuentes de certa sciencia et de-
liberacione nostris Regiis privilegium preinsertum in omnibus eius punctis
et articulis confirmandum et approbandum duximus. Confirmamusque
et approbamus presentibus Admittentes ipsi Abbati et conventui de villis
eorum predictis Cobilniza et Corhowo oppidum novum quod hactenus erigi
est neglectum nomine alterius villarum predictarum videlicet Corhowo perpetue
nuncupandum erigendi et locandi sit vt in tenore preinsertarum litterarum
continetur. Et insuper Cupientes eiusdem oppidi de novo erigendi condicionem
fieri meliorem Ipsum opidum Corhowo in suis omnibus limitibus et gra-
niciebus de iure polonico et quovis alio in ius theutonicum quod Maijd-
emburgense dicitur transponimus et transferimus tenore presencium [illegible]
temporibus perpetuis duraturum removentes abinde omnia et singula iura
polonica modos et consuetudines vniuersas que ipsum ius theutonicum
impedire et perturbare quomodolibet possent in futurum. Absoluimus insuper
et libertamus omnes et singulos dicti oppidi incolas ab omni iurisdiccione
et potestate omnium et singulorum palatinorum Castellanorum Capitaneorum
iudicum subiudicum et aliorum dignitariorum officialiumque Regni nostri
vt coram eis aut eorum aliquo ad instanciam quarumlibet personarum
pro causis tam magnis quam parvis puta furti omicidij incendij mem-
brorum mutilacionis verberacionis et aliis quibuscunque criminibus casibus
excessibus et delictis citati comparere respondere aut aliquas penas solu-
ere minime tenebuntur sed duntaxat dicti oppidi incole coram Aduocato suo
pro tempore existenti pro omnibus causis predictis et aliis quibuscunque
iuxta consuetudinem eiusdem iuris theutonici. Aduocatus vero iure
tantummodo ipso theutonico et non alio pro excessibus et iniuriis suis
coram prefato Abbate et suis successoribus citatus respondere tenebitur Cui aduocato
in causis predictis Criminalibus omnibus et aliis in incolis dicti oppidi
exortis et oriundis plenam iudicandi diffiniendi corrigendi plectendi
et sentenciandi damus facultatem prout Ipsum ius theutonicum
in omnibus suis punctis articulis et condicionibus postulat et requirit.
Preterea volentes vt huiusmodi oppidum suis liberis gaudeat et potiatur
forensium libertatibus quibus maiora possit recipere incrementa in
ipso fora annualia pro festiuitatibus sanctorum Mathie Apostoli Assumpcionis
gloriosissime virginis Marie et Elizabeth singulis annis perpetuo
duratura et forum septimanale qualibet feria tercia instituimus
per presentes absque tamen preiudicio Ciuitatum et oppidorum tam nostrorum
quam aliorum quorumcunque subditorum nostrorum terrigenarum in terra
Sandomiriensi et districtu Radomiensi consistencium ab omnibus merca-
toribus vectoribus et cuiuscunque status et sexus hominibus
more aliorum oppidorum Regni nostri fora predicta tenenda habenda

servanda et exercenda dantes omnimodam securitatem universis hominibus vectoribus negociatoribus mercatoribus et institoribus in oppido eodem diebus fororum predictorum negociandi mercandi forisandi emendi vendendi res pro rebus commuttandi et alia mercaturae et negociacionis officia pro arbitrio agendi et exercendi et perficiendi id quod habere volentes et presentibus scriptis proximo decernentes ut omnes et singuli homines ad prefatum oppidum Corczyno pro diebus constitutis fori predicti mercatum venientes ac recedentes nostra suorum[?] dominorum quam nostrorum gaudeant[?] omnimoda securitate nisi tales sint quos iura non tuentur et quibus merito consortia fidelium denegantur que omnia premissa decernimus robur perpetue firmitatis obtinere perpetuis temporibus. In cuius rei testimonium etc. Actum in conventione generali Radomien feria quarta proxima post festum sancti Fabiani[?] Anno domini millesimo quingentesimo quinto regni nostri Anno quarto. Presentibus ut supra folio ~~nonagesimo secundo in~~ 155 privilegio eiusdem monasterii cassato sub eadem data scripto

Roginicze Ogarka Szczedrowo Kobilepolye Krzczow

Alexander etc. Significamus etc. Quia constitutus personaliter coram Maiestate nostra et consiliariis lateri nostro assidentibus Nobilis Nicolaus de Roginicze heres sanus mente et corporis racione existens publice recognovit quia villas seu hereditates suas Roginicze Ogarka Szczedrowo Kobilepolye Krzczow dictas in terra Sandomirien et districtu Czaurzinen sitas inscripsit et obligavit Magnifico Petro Szaffranyecz de Pyeskowaskala Castellano Visliczen et Sandeczen[?] ac Radomien Capitaneo in summa sexingentarum marcarum numeri et monete polonicalis in quamlibet marcam quadraginta octo grossos computando tenere modo obligatorio ab uno festo Nativitatis Christi ad aliud usque ad totalem exemptionem seu prefate summe sexingentarum marcarum solucionem Cum omni iure dominio et proprietate nichil pro se in eisdem villis suisque successoribus ibidem penitus reservando ac ita late longe ac circumferencialiter prout ville prefate in suis metis et graniciebus sunt distincte antiquitus et limitate prout solus tenuit habuit et possedit et iam sibi dedit realem intromissionem et effectualem possessionem per ministerialem Vozniyza de Serzemyn[?] illius districtus per nos sibi additum. Qui Petrus Szaffranyecz iam ipsi Nicolao Rogynyczkij dedit super prefatam sexingentarum marcarum summam Trecentas marcas numeri ducentas vero marcas debet et tenetur sibi dare seu solvere ad prima librorum terrestrium posicionem seu prima illius districtus terminorum posicionem celebratorum quod illorum prius celebratum fuerit. Residuum autem videlicet Centum marcas a festo Nativitatis Christi proxime venturo infra unius anni decursum sibi solvere tenebitur et debebit. Quod si non solverit ad tempora predicta summas prefatas extunc perit eximi[?] et exuitur prout eximitur

dat et dedit sibi realem intromissionem et possessionem in villas suas Vrzt
Bythnow Psari Krzepicze Weshelza in eodem districtu ~~[illegible]~~ sitt per eund
ministerialem Voznyza tenere modo obligatorio ab uno festo Nativitatis
Xpi ad aliud, ad solucionem totalem summe prefate, debentque mutue se tueri
et intercedere a qualibet persona sexus utriusque ad evasionem sub vadio
sexingentarum marcarum. Harum quibus Sigillum nrm presentibus est
subappensum testimonio litterarum. Datum Cracovie feria secunda in vigilia
Sancte Marie Magdalene Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni
vero nri Anno quarto

Johannes de Lasko R. p. Cancellarius subscripsit

Domus sub Castro Crac.

Alexander etc. Significamus etc. Quia attendentes fidelia servicia providi Ma-
thie de Radomila coci nri sibi et successoribus suis de speciali gra nostra
domum sub Castro nro Cracovien inter olim filios relictam et Nicolai
Crasni sitta post mortem olim Nicolai villici ad nos lege caduca devoluta
area tn eiusdemque proprietate et perpetuitate ac serviciis de ipsa domo
ad Castrum nostrum Cracovien pertinentibus pro nobis et successoribus
nostris reservatis dandam et donandam duximus damusque et donamus
presentibus eterne, decernen prefatam domum cum omnibus eius utilitatibus
per ipm Mathiam ita late et longe prout ex antiquo in suis metis
consistit, tenendam habendam et possidendam tempore perpetuo mediante
hac nihilominus condicione ascripta ut quamdiu edificia domus illius
duraverint possessione illarum Jacobus ipse et successores sui utifruentur
deficientibus vero edificiis nos et successores nri de area domus
predicte disponendi habebunt facultatem hereditariam ac perpetuam.
Harum quibus Sigillum nrm est subappensum testimonio litterarum. Datum
Cracovie feria secunda proxima post festum Sancti Jacobi apli Anno
domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nri Anno quarto

+ Johannes de Lasko R p Cancellarius subscripsit

Cy

Super Advocatia Mariaeburgen

nil

Feria sexta post festum sancti Petri ad vincula Cracovie 1507. Re
Brosd Joni Bartsch Curien antehac per Regem Artem vest
in Lublin sub quinta ante Martini 1503. Scrip ad Advocatiam
Castri Mariemburgen usque ad extrema vite ipsa dat, de
sigillo secreto ad manus Lanrentii Regni sigillum
sunt Tuslovsk

Vp

Altare s. Antonij in ecclesia Cathedrali Crac.

Moly

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Liberalitas et
munificentia inter ceteras virtutes que principibus peculiares sunt
non immerito numerantur. Quas cum in omnes exercere ipsis glo-
riosum laudabileque est, tum maxime si in personas ecclesiasticas quibus
et sacrarum rerum et salutis animarum cura est, fiunt ita munifici, ut
melius hijsdem quibus prepositi sunt rebus grana uberiorum ~~dubium~~
~~est, tum maxime si in personas ecclesiasticas~~ aduti vacare possint.
Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Polonie Magnusdux Lithwanie
Necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie
Russie Prussie ac Culmen Elbingen et Pomeranie dominus et heres etc.
Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et
futuris harum noticiam habituris. Quod Magnificus et Generosus Stanislaus
Kmytha de Wyschnijcze palatinus Belzen et Capitaneus Premislien uti
successor. Generosi vero Petri Kmytha filij olim Generosi Andree
alias Andrzych Kmytha similiter successoris Tutor, sic quod suo et dicti
Petri nepotis minorennis, ac successorio et tutorio nominibus et ipse
Petrus Kmytha minorennis, veluti etiam successor suo ac Nobiles Ni-
colaus Thaschizki Petrus Rakowsky et Wyzbijetha de Bijelsko
tanquam executores testamenti, executorioque nomine eiusdem testamenti
Magnifici olim Petri Kmytha de ipsa Wyschnijcze palatini Cracovien
et Regni nostri Marsalci, ad nostre Maiestatis presentiam venientes exposuerunt
Quod cum prefatus olim Petrus palatinus vita decederet in humanis, duos
operarios seu laboratores sex numero ex antiquo Kmythe mancipatos in
zuppis seu salinis nostris Bochnen existentes ad Castrum Wyschnijcze prefati
olim Petri hereditarium pertinen, una cum proventibus pecuniarijs
ac alijs redditibus ex eisdem operarijs provenientibus per modum testa-
menti ultime voluntatis sue altari tituli sancti Anthonij Confessoris
in ecclesia Cathedrali Cracovien sito, de collacione et iurepatronatus domus
est familie Kmytharum cognomine de Wyschnijcze, ac altaristis nunc et pro
tempore altare illud possidentibus donavit et legavit, Consensu tamen
nostro Regio ad id non obtento. Unde nos habentes racionem obsequiorum ipsius
olim Petri Cracovien palatini tam nobis nostrisque predecessoribus quam etiam
Reipublice Regni nostri exhibitorum, considerantes eam donacionem piam et salutarem
esse, ad eandem donacionem predictorum sex operariorum nostrum Regium
Consensum dandum duximus damusque concedimus et donamus tenore
presentium mediante, decernentes prefatos sex operarios cum proventibus ex
eis provenientibus, ad altare predictum eiusque altaristas pro tempore existentes
perpetuo pertinere debere Admittentes que illos Iurisdictioni et immunitati
Ecclesiastice per eum ad quem pertinet ascribi. Quosquidem operarios Nos ab
omnibus datijs et oneribus tam nostris Regalibus quam etiam Civilibus
et quibuslibet alijs Iuribus tamen consuetis predicto oppido Bochnija ex
capite de iure consuetudineque communi Civitatis debentur, salvis remanen
tempore presentium mediante. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum

presentibus est subappensum Datum Cracovie feria quinta festi Sancti
Alexij Anno domini Millesimo quingentesimoquinto Regni nostri quarto
presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Johanne Cracoviensi Mathia premisliensi
Regni que nostri vicecancellario Erhardo Episcopis Necnon Magnificis venerabili et
Generosis petro Myskowskij de Mirow Lanciciensi Stanislao Kmytha de Wisnycze
palatinis Belzensi palatinis petro Schaffranyecz de pyeskowaskala Wisliciensi Sophie
Jordan de Zakliczin Brzezensi Castellanis Johanne de Lassko Cancellario Jacobo
de Schydlowyecz Thezaurario Regni nostri petro de eadem Schydlowyecz Sandecensi
Nicolao Czikowskij Cladifero Cracoviensi Stanislao Lanczkorinskij de Brzeze
pincerna Sandomiriensi Johanne Hijnek de Wnyenye Dapifero Lanciciensi
Stanislao Jaroszki Marsalco Stanislao Schaffranyecz de pyeskowaskala
Succamerario et Nicolao Philipowskij pincerna Curie nostre Ceterisque
quamplurimis Consiliarijs et Curiensibus nostris testibus ad premissa fidedignis
Sincere et fidelibus dilectis Datum per manus eiusdem venerabilis Johannis
de Lassko Ecclesie Gneznensis et Regni nostri Cancellarij Sincere nobis dilecti

cxx Approbacio recognicionis et resignacionis domus in Posnania

Re

Alexander etc Significamus etc Quia nomine honeste Barbare relicte
olim famosi Johannis Canya Consulis poznaniensis exhibite sunt
nobis bine littere Quarum vne certi debiti recognicionem Altere resignacionem
cuiusdam domus lapidee occasione predicti debiti coram iure Civili factam
in se continentes Simul quoque petiti eramus vt eas approbare et ratificare
dignaremur Quarum Tenores sequuntur Consules Civitatis
poznanie Significamus tenore presencium vniversis et singulis Quod
coram nobis in Consulatu personaliter constitutus famosus paulus
de permontorio Italicus Civis noster non coactus nec compulsus
publice et per expressum se submisit et presentibus submittit realiter et
cum effectu satisffacere hinc et festi Sancti Adalberti sine vlteriori
dilacione venerabili domino Jacobo de Blinskij Capitulo Juniwladislaviensi et famoso
Vlrico Hilth Civi et Mercatori poznaniensi procuratoribus Magnifici domini philippi
Calimari Regie Maiestatis secretarij pro debito sua sibi per Regiam Maiestatem
assignato et datum in domo dicti pauli
dum Civium grossissimum
iacente inter domus Strosberg parte ex vna et Wonthek Heyda
parte ex altera ac in alijs domibus et ortis extra Civitatem poznaniensem
iacentibus cum fraude dolo semotis promisit insuper dictus paulus
Italicus se non vti tribus Regalibus neque aliquo Regio conductu
neque aliunde domini neque et spirituali neque seculari immunitate
neque aliquomodo alio quovis quesito colore Casu vero quod absit
quod ipse paulus Italicus pro huiusmodi debito non satisffecerit dictis
procuratoribus superius nominatis pro dicto domino philippo superius nominato extunc
quod rebus sibi adiudicata pro dicto suo debito in rem iudicatam transire
debet in dicta domo et ceteris bonis superius nominatis sine omni strepitu
Judicij tamquam one iure essent conquesita sine quouis impedi-
mento In horum fidem sigillum Civitatis prefate de ambarum parcium
consensu presentibus est subappensum feria tercia post dominicam oculi

Anno dni Millesimo quadringentesimo Nonagesimo sexto. Nos infrascripti
paulus valker proconsul petrus adam albertus wydarosky Johannes Grodzysko
Jacobus aurifaber. Mathias aurifaber et Martinus krepil. Consules Civitatis
poznanien Signiferaque vniuersis per presentes. Quod in nostra necnon infrascriptorum
scabinorum presentia Stanislao Czarnymanko Sebaldi Schultze Georgii
piscatoris petri lubik Johannis Berlin Stanislai Crestek et Georgii
filii pellificis in bannito iudicio. Cui Blasius de Gnyeznyna prefate
Ciuitatis Aduocatus Juridice presidebat. personaliter constitutus circumspectus
Nicolaus Gotschalk Ciuis Ciuitatis poznanien tanquam Tutor et
vice procurator Magnifici dni philipi Calimaci Capitanei Bostinen et Regie Mtis
Secretarii per famosum Andream Stano principalem procuratorem substitutus
non mediante sanus mente et corpore non compulsus nec coactus rite et
racionabiliter condescendit et resignauit domum muratam quondam pauli Italici
et Stephani sub vno in Circulo Ciuitatis prefate inter hedwigis
Strasberkowe et inter Georgii Lindner domos sitam. Cum omni iure
dominio et proprietate ita late et longe prout eandem prefatus dominus philipus
Calimachus ex donacione Regie Mtis in debito sue Mti Regie tenuit habuit
et possedit Nihil iuris sive dominii in eadem penitus reseruando honeste
Barbare Contiuisse vxor relicte olim Johannis Carnya et suis successoribus
titulo in perpetuum habendam tenendam possidendam vendendam alienandam commutandam donandam
et in vsus suos conuertendam prout sibi melius expedire videbitur In
horum fidem Sigillum Ciuitatis prefate presentibus est subappensum
ffeua sexta post octauas Corporis xpisti Anno domini Millesimo No
nagesimo sexto Nos itaque annuentes petitionibus pro parte predicte
Barbare nobis exhibitis premissas literas velut iustas et legittime
concessas in omnibus earum punctis articulis condicionibus et
clausulis ratificare et approbare duximus Ratificamus quoque et
approbamus tenore presencium mediante. decernentes eas robur de-
bite firmitatis obtinere Jure tamen et iusticia cuiuspiam saluis ha-
bitis quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum
Dat Cracouie ffeua sexta post dominicam Anno domini Millesimo
quingentesimo quinto Regni nostri quarto

Johannes de Lasko Regni poloniae Cancellarius

[illegible]

monete

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo pro nostra et Reipublice
et presertim pro cudendarum Monetarum novarum necessitate
cum apud Reverendum in Christo patrem dominum Johannem Episcopum
Cracoviensem Cancellarium nobis dilectum tanquam tutorem testamenti olim
Illustrissimi et Reverendissimi domini Cardinalis germani nostri tria
milia florenorum per mediam sexagenam computatorum per Ma-
nus Magnifici et famosi Jacobi de Schidlowiecz Regni nostri
Thezaurarii et Caspar Consulis Cracoviensis recepissemus Quorum
solucionem pro festo sancti Johannis baptiste proxime venturo impen-
dendam ipsi pro nobis et Consiliarius noster cornuta manu fide-
iusserunt et Caucionibus literis se submiserunt Unde nos vo-
lentes prefatorum Thezaurarii et Caspar Consulis pro nobis
caucionum indempnitati providere ac ut pro festo predicto summam
trium millium florenorum solucionis tanto facilius impendere possent
damus eis plenam facultatem predicta tria milia florenorum
in argentaria nostra in festo predicto percipere Casu vero super-
veniente aliquo, si premissa predicta tria milia florenorum
perciperent Monetaria nostra vel cluderetur vel usus Monete
in ea prohiberetur Aut si quod absit altissimo permittente nos ante
terminum predictum ex hac luce migrare contingat Et ipsi submissores
non argentum ne elaboratum in argentaria haberent, de
quo predicta tria milia florenorum solvenda essent si ar-
gentum illud commentibus nobis videretur Sic quod si remissum no
esset et ipsi submissores illa tria milia florenorum non solverent,
solutum tamen essent prout se pro nobis submiserunt Ratione
concedimus et admittimus presentibus eisdem Jacobo Thezaurario
et Caspar Consuli argentum illud in Labor Mo vendendum
pro certo valore ac ex ista summa florenorum comparatum in
Caupe Monetaria cudere in Monete sub signo et nomine nostris
et Regni nostri quam isto modo cussam probatoribus is qui vro:
libus nobis probat probari curatur Si vero probari ~~remanet~~
venumerit Nechelonius non probante eo decernimus sic esse

Vsp

Recepcionem uti... nobis cessa ... Et qua tandem
fideiussores ipsi debitum illud trium millium florenorum pro
nobis exsolvent. Nos a presenti et ipsos ab illa excommuni-
cationis sententia facta obligacionibus... liberatum... solucion
ipsa impensa harum quibus sigillum nostrum est subappensum
testimonio literarum. Dat. Cracovie feria tercia festi sancti domi-
nici Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni nostri quarto

Johannes de Lassko R. p. Cancellarius

Alexander ... Significamus ... Cum a commendatam habentes famosum
Mathiam appotecarium et Civem ... ... petitionibus
pro parte ipsius nobis porrectis annuentes de certa sciencia
et gratia Regia nostris hanc prerogativam concessimus et presentibus
concedimus ut in eadem Civitate ... ...
mp — nitati minime valeat, sub eius ... legibus et constitucionibus
... ... concessionem nostram ratam habere volentes
ad omnem ... interest nostram ... harum quibus sigillum
nostrum est subappensum testimonio literarum. Dat. Cracovie
feria tercia festi sancti dominici Anno domini millesimo quingen-
tesimo quinto Regni nostri quarto

Johannes de Lassko R. p. Cancellarius ...

Molendinum Lubicz ville

Alexander etc. Significamus etc. Quia annuentes peticionibus pro parte famosorum
consulum Thorunensium nobis oblatis ut de speciali gratia et scientia Regia nostris
unum vel plura molendinum vel molendina in villa nostra Regali ... ... Lubicz
ka — ipsorum in fluvio Drwanza denuo erigere et construere sub condicionibus infra
scripta admisimus et consensimus admittimusque et consentimus presentibus
decernentes per ipsos consules pro tempore existentes predicta molendina in
fluvio Drwanza cum omnibus et singulis eorum emolimentis ... iuxta
vim et continenciam originalium literarum super villam Lubicz ipsis consulibus
Thorunensibus per nos seu antecessores nostros iuste et legittime datarum tenenda
habenda utifruenda et pacifice possidenda. tamdiu quousque ipsi consulibus
pro tempore existentibus summis pecuniarum in originalibus literis super

villam predicta dat(is) iuste inscripte fuerint et ex integro solute Quo facto
possessio eorundem Molendinorum una cum ipsa villa Lubicz ad nos et nostros
successores redibit pleno iure. Hac tamen condicione adiecta quia si nos vel
successores nostros hinc et infra viginti annorum decursum ipsa molendina
simul cum bonis predictis de manibus predictorum Consulum redimere vellemus
tunc nos et successores nostri impensas quascumque ipsi preconsules et
consules pro Molendinorum predictorum constructione exposuerint soluere
debebimus. Si aut(em) post decursum viginti annorum predicta bona nostra
Lubicz nos aut successores nostri redimeremus tunc nil ipsis preconsulibus et
Consulibus Thorunen(sibus) pro edificiis Molendinorum predictorum debebimus
sed simul cum bonis illis nostris datis per nos summis pecuniarum iuste
in eis inscriptis Molendina illa ad nos et successores nostros devolventur
pleno iure, Iuribus nostris semper saluis. Harum quibus Sigillum nostrum est
subappensum testimonio literarum. Datum Cracouie feria quinta proxima
ante festum Sancti Laurencii Anno domini 1507 Regni nostri anno quinto

Johannes de Lasko R(egni) p(olonie) Cancellarius

Iuspatronatus ecclesie Thorunensis

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Munificencia Regii quidquid
sue liberalitatis dextera vel pro felici subditorum spirituali vel ad defectus et
inopias eorum remouendas viginti erogat pro tempore id in nullo tempore pereat plerumque
munimine literarum mandare consueuit. Proinde Nos Alexander dei gratia Rex
Significamus etc. presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia nullius
gentes inopiam ecclesie parrochialis tituli Sancti Johannis Baptiste in Ciuitate
Thorunensi Iurispatronatus nostri, animum ac votis et peticionibus famosorum
preconsulum et Consulum Thorunensium, Etiam ipsam eiusque fundum augere
et primatis eorum fortunis eam dotare volumus, presertim vero prouidere
cupientes Ut Rector eiusdem ecclesie ministrique pro tempore existentes compe-
tentiorem victus habeant prouisionem, eisdem preconsulibus Consulibusque pro
tempore existentibus de certa sciencia et liberalitate Regia nostris in spem predicte
dotacionis per eos adaugende ecclesie predicte Iurispatronatus et presentandi al-
ternatis vicibus mecum ipsa ecclesia nobiscum et cum successoribus nostris per
ipsos et eorum successores eciam habendum dandum donandum et conferendum
duximus damusque donamus et conferimus presentibus in perpetuum. Quoniamque ea
volumus decernimus et statuimus perpetuo Ut dum ecclesia ipsa per cessum aut
decessum pro tempore vacauerit tociens nos pro vna absque ipsis preconsulibus
et consulibus, et sic ipsi preconsules et Consules absque consensu nostro pro
sua alternata vicibus personam ad dictam ecclesiam loci ordinario presentare debebimus
et presentabunt. Quam donacionem decreti voluntate et statuti nostri decernimus
temporibus perpetuo duratura valitura que per nos successores que nostros eciam

observandi tenore presencium mediante In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus est subappensum Datum Cracovie feria quinta ante festum Sancti
Laurencii proxima Anno domini millesimo quingentesimo quinto Regni vero
nostri anno quarto presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Magnificis ac
venerabilibus et Generosis Johanne Cracoviensi Mathia premisliensi et Regni Polonie
vicecancellario episcopis Stanislao Kmyetha de Visnyecze palatino Belzensi Stanislao
de Chodecz marsalco Regni nostri Stanislao et Capitaneo Leopoliensi Johanne
de Lassko ecclesie Gneznensis et Regni nostri Cancellario Jacobo de Schy-
dlowyecz Thezaurario Regni curie Stanislao Schaffranyecz de
Pyeskowaskala Capitaneo Novecivitatis Corczyn Civitatis nostre et Johanne
hynek de Wyszenyze (?) Lanciciensi succamerario Ceterisque quamplurimis Consiliariis
et Curiensibus nostris circa premissa testibus Datum per manus eiusdem
venerabilis Johannis de Lassko ecclesie Gneznensis et Regni nostri Cancellarii
Sincere nobis dilecti

In nomine domini amen. Quod Magnificia regum fieri decrevit
auctas atque stabile debet perpetuo permanere. Noverit itaque tam pre-
sens etas quam futura Quod nos Kazimirus dei gratia Rex polonie
necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie
pomeranie Russie que dominus et heres. Melioracionem Civitatis nostre
Zelowen in terra Crac. situate et comodo ac utilitati omnium in ipsa
degencium grosius intendentes, eximie advocaciam nostram dicte Civitatis
Zelowen quam apud pueros Friczonis pie memorie olim advocati
eiusdem Civitatis pro certa eminimus pecunie quantitate. discreto ac ho-
nesto viro Martino Civi supradicte Civitatis nostro fideli et dilecto ac
successoribus ipsius Legittimis pro centum marcis grossorum pragensium qua-
draginta octo grossos faciens vendidimus conabile cum effectu assignans
ad dictam advocaciam redditus et utilitates infrascriptas videlicet
duos mansos francones et duos ortos cum prato quodam advocati
in villa dicta Slauzain cum villa Sbigne et antiqua Civitate
vulgariter dictas ad memoratam Civitatem Zelowen eo iure quo ipsa
Civitas utitur scilicet Maydemburgensi volumus pertinere. indicabit
quoque dictus advocatus omnes incolas villarum predictarum et penas percipiet
in eisdem. Item Balneum unicatum liberum contra quodvis aliud con-
struendum faciemus in Civitate supradicta. Item dominum liberam necnon
tercium denarium de iudicio. et sextum denarium de censu tam in
Civitate quam in villis ad eandem Civitatem pertinentibus. Item duas
Cameras pannorum in quibus pannum incidere et ulnatim post ve-
nundare duas Cameras institorum. duo macella carnium. duas men-
sas pistorum. duas sutorum ac eciam molendinum desertum ultra an-
tiquam ecclesiam cum piscina. in quo molendino quilibet homo sua
frumenta molere poterit absque impedimento et prohibicione aliquali
Item piscinas ~~[illegible]~~ quotquot facere poterit supra dictum molendinum
et in Rivolo dicto Wawozna. que omnia et singula supius declarata
prelibato Martino advocato. et ipsius posteritati racione advocacie li-
bera et sine aliqua solucione perpetuis temporibus titulo vendicionis assi-
gnamus deputamus incorporamus et resignamus. per ipsum et ipsius
Legittimos successores supradictam advocaciam cum iamdictis reddi-
tibus perpetuis temporibus titulo vendicionis tenendam et habendam necnon
vendendam donandam commutandam. et pro sua suorumque posterorum
voluntate libere convertendam. Insuper absolvimus eximimus et
perpetuo liberamus supradictum martinum advocatum Cives incolas et
omnes kmethones villarum iamdictarum. ab omnibus iuribus iudi-
ciis et potestatibus omnium palatinorum Castellanorum iudicum et subiudicum
universorum Regni nostri et ministerialium eorundem. Ita quod coram
eis vel eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis citati
minime respondebunt. sed tamen Cives et kmethones coram eorum
advocato. advocatus vero coram nobis. vel in nostro iudicio quali. dum
tamen per litteram nostram nostro Regio sigillo sigillatam evocatus fuerit
tunc de se querulantibus non aliter nisi iure Theutonico Maydeburgensi
respondere sint astricti. In causis autem criminalibus et capitalibus

puta furti sanguinis homicidij incendij et alijs quibuscumque advo-
cato iudicandi sentenciandi puniendi et condempnandi plenam et
omnimodam concedimus facultatem prout ipsum ius Maydeburgen
in omnibus articulis postulat et requirit. Preterea volumus ut
idem Martinus advocatus et sui successores ab omnibus servicijs
conductibus collectis laboribus angarijs et preangarijs ac depa-
stacionibus et solucionibus universis sint per omnia liberi et
exempti excepto duntaxat servicio expedicionis pro quo sin-
gulis annis nobis et nostris successoribus solvere tenebuntur in festo
beati Martini confessore et episcopi gloriosi duas marcas grossorum cum
media prenotatis temporibus cum effectu. In quorum omnium testimonium
Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Kelonie in die beati
Bartholomei apostoli sub anno nativitatis domini millesimo tricentesimo sexagesimo
quinto presentibus hijs testibus Floriano cancellario Lanicien
Petro castellano Voynizien. Petro Marsalco curie nostre Bodzata
procuratore generali. Petro capitulo Sandezen. Szczyna iusticiario San-
domirien et alijs multis fidedignis. datum per manus domini
Janussij cancellarij nostri etc. Scriptum vero per Mychaelonem
dictum Myedzwyedz notarium curie nostre regalis

Kelonienses contra kmethones de Glanzavi Starewyasto et Zbirzicze

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus tenore etc.
Quomodo constituti coram nobis laboriosi kmethones de villis nostris
Glanzawij Starewyasto et Sbirzicze reproduxerunt litteras serenissimi
olim fratris nostri Johannis Alberti regis predecessoris nostri in papiro
scriptas supplicantes ut eas innovare et de papiro in pergame-
num transcribere mandaremus quarum tenor sequitur. Johannes
Albertus dei gratia Rex Polonie supremus dux Lithuanie etc. Significamus etc.
Quomodo vertente coram nobis controversia inter cives nostros
Kelonien ex una et kmethones de villis Glanzawij Starewyasto
et Sbirzicze parte ex altera occasione quarundam exaccionum et labo-
rum insolitorum penarum que captivacionum iniuriarum ac certarum
oppressionum ipsis kmethonibus impositorum factorum et illatarum
exauditisque earum parcium per commissarios nostros ad hoc deputa-
tos videlicet venerabilem et magnificum Mathiam Drzewiczki prepositum
Grachoviensem secretarium nostrum et Stanislaw Mlodzyeyowski
castellanum Radomien propositionibus et responsis. Quarum
odia et discordias sopire volentes et ambiguitatem tollere talem
inter ipsas partes composicionem et ordinacionem fecimus. Primo videlicet
et si ville prefate sint adiuncte civitati in subsidium eius dicto-
minus dicti cives kmethones dictarum villarum iudicare curri

seu penis punire non debent, sed si quid ab ipsis kmethonibus dicti Cives iniurie se habere pretendant, coram Advocato iure mediante iusticiam querant, qui ad eundem Advocatum citati iuxta eorum privilegium respondere tenebuntur. Et Advocatus cum ipsis iusticiam utrinque querulanti facere debet. Pro penis vero quas dicti kmethones querebantur a se per eosdem Cives extorsisse, iure coram advocato experiri debent. Item exactiones annuales iuxta antiquam consuetudinem kmethones de dictis villis solvere tenebuntur, quo facto ab exactione secunda erunt liberi. Neque etiam ipsi Cives debent imponere prefatis kmethonibus non varias insolitas et iniustas exactiones. Item etiam kmethones de villis prefatis tenebuntur labores civitatis exercere, et hoc tunc cum per Cives ipsos ~~dicti~~ dicti labores instituti fuerint extunc cum eis simul laborare debebunt, et non amplius, neque ipsos ad maiores labores cogere debent. Insuper etiam dicti Cives kmethonibus villarum prefatarum nullas iniurias et oppressiones inferre audeant, quinimo ipsos in omni iusticia iuxta privilegium eorum in omnibus articulis et condicionibus conservare debebunt et tenebuntur. In cuius rei etc. Sigillum nostrum anullare et subimpressum. Datum Crac. feria sexta proxima ante festum Sancti Antonii Anno domini millesimo quadringentesimo Nonagesimo nono. Ad mandatum Regie Mtis. Itaque nos humilibus petitionibus dictorum kmethonum annuentes preinsertas literas de papiro in pergamenum subscribi mandavimus decernentes eas fore roboris. In cuius rei etc. est subappensum. Datum Crac. Sabbato in vigilia Sancti Laurencii Anno 1505

Litter pro Mathia Czemerman consule Gdanen

Alexander etc. Significamus etc. Quia cum diebus pauli superioribus in terris nostris Prussie ageremus feliciter, ibidem Nobili et famoso Math Czemerman proconsuli et burgrabio nostro Gdanen. suorum benemeritorum causa et imprimis ad vota serenissime principis domine Helene dei gratia consortis nostre charissime libertatem in Magno ducatu nostro mercandi certis sub condicionibus, tunc per nos in literis ipsi Mathie date descriptis dedimus. postea vero tamen in Radomien. conventione novissima, qui in aliis quibuscunque locis nullas confirmationes aut ratihabitiones literas super illarum libertate dedimus omnibus concessi semel datam, semper hic gratam. Ad quorum interest tenore presentium deducimus notitiam harum nostro subappenso etc. literarum. Datum Crac. feria tertia ante festum Sancti Michaelis anno domini 1505

Relicto

Alexander de Agria etc. Significamus etc. Quod nos cum consili
ariis spiritualibus et secularibus hic nobiscum existentibus et
ad infrascripta assidentibus racionem et computum fecerimus cum
rsp Magistro Jacobo Schydlowyeczky Regni nostri Thezaurario Sincere
nobis dilecto pro Moneta a festo trium Regum Anni domini
Millesimi quingentesimi quinti usque ad festum sancti Jacobi proxime
nunc preteritum ad nostrum et Consiliariorum Regni nostri Mandatum
per ipsum administrata per superiorem racionem ab ipso festo trium Re
gum anni predicti usque ad festum sancti Jacobi proxime preteritum
Cum presenti inclusa die utraque racionis et trium Regum et
Sancti Jacobi festis et computatis in eorum summis primum
in prefata florenorum per famosum Casparum Magistrum Mo
netarium in florenis juramento et de Cruce ad eum datis
de prefatis vel florenis de zuppis habitis et lucro eorundem
sic inclusis summis in Monetaria et apud eundem Jacobum post
racionem ante hanc eorum ultimo factam remanentem ac
Keliebam [illegible] modo inclusis summis quas in ~~[illegible]~~ ultima
racione ipse Jacobus remonstrat. In distributis vero computatis
distributorum summis cum Argenti tam de lucris de florenis
zupparum ipsorum pro aliis florenorum summis comparati de ...
vel Argento de Maczonia sic computatis salariis expensis
per domus et familie sustentacione expensis aliis per pro
palatinis, probatoribus, cultoribus, carbonibus [illegible] et aliis
officialibus et laboratoribus ac necessariis ad laborem Mone
tarum pertinentibus per ipsum Jacobum Thezaurarium solucionibus
solutis et expensis defalcacionibus per facte in summa de
pecunia summe remanentibus Comperimus eundem Jacobum omnia
et singula officia predicta atque alia hic per nos expressa et
non expressa in administracione Monetarie Monete per nos
sibi fideliter et diligenter [illegible] qualitate et quantitate ad
[illegible] Monete per nos et consiliarios Regni nostri Consiliariorum
decretam, fecisse, Nobis quoque et Rei publice satisfecisse.
Et propterea nos Jacobum ipsum et successores suos de consilio
Consiliariorum nostrorum spiritualium et secularium hic nobiscum
in presenciarum assidencium de hiis omnibus et aliis que ad prefata
eius quietancia pertinere ~~[illegible]~~ fuerint que forte hic per nos
sunt expressa vel non expressa Jacobum ipsum ~~et~~ successores

fieri quittamus tenore presencium mediante in perpetuum. Harum quibus testimonio litterarum sigillum nostrum presentibus est subappensum.
Datum Cracovie feria tercia post festum sancti Laurencii Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri quarto

Johannes de Lasko Regni Polonie Cancellarius
propria manu subscripsit

Chodecz

Alexander dei gratia etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis Quia ad peticiones Generosi Jacobi de Szydlowa(?) Castellani Voynicensis(?) et Capitanei Kyjow(?) Nobili Jarszko Horowyeczki bona nostra Regalia villam videlicet Chodecz in terra Chelmensi sitam de manibus Nobilis Petri Swyjotanka redimendi consensimus et admisimus consentimus quoque et admittimus presentibus ita tamen ut inter redimendum summa pecuniarum non augeatur ultra summas in predicta villa Chodecz iuste et legittime inscriptas decernentes per ipsum Jarszko et eius legittimos successores eandem villam Chodecz iuxta vim tenorem et continenciam litterarum originalium prefato Petro aut corr antecessoribus per nos aut antecessores nostros iuste et legittime datarum tenendam habendam possidendam pacifice et quiete utifruendam tamdiu quousque summa pecuniaria iuste in predicta villa nostra Chodecz inscripta per nos aut successores nostros prefato Jarszko aut eius successoribus legittimis persolvetur Quo facto possessio ville predicte Chodecz ad nos et successores redibit et revertetur pleno iure iuribus nostris semper salvis harum quibus etc. Datum in conventione Nove Civitatis Corczyn sabbato in crastino assumpcionis gloriosissime virginis Marie Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

R. G.

" ac Stanislai Nicolai Petri Pauli fratrum olim Generosi Joannis Swyjathka Judicis Chelmensis.

" ac filiis olim Joannis Swyjatanka

Alexander dei gracia etc. Significamus etc. Quomodo comparentibus coram
nobis famosis consulibus et opidanis nostris Wislicien. quod dum
pellunt boues per bona nostra Lelow tenute Magnifici
Nawoysze de Konyecpole Pallatini Posn. et tenutarii Lelovien.
Ad cum iumentis non pascant in villis eiusdem Pallatini pascuis in Lelow
in ipsa exigit ab eis certas denariorum piperis et croci et alias
soluciones stacionarias occasione pascuorum quibus ipsi cives gra-
vabantur plurimum gravabantur Unde Nos volentes tam in-
[illegible] nobis ipsis cum nostra agerent eos pro pascuis bonorum nostrorum
per ipsos ciuibus iniustas [illegible] querelas huiusmodi in presencia
Pallatini [illegible] Mandamus super ipsis ea respondentis
Nos tam tam ciuium querelis quam pallatini responsis auditis
decreuimus et sentenciauimus decreuimus quam et sentenciam Ex
dum ipsi Ciues Wislicienses boues pellunt per Lelow pro
tempore si non comparent pascuis super bonis prefate tenute
pallatini predicte extunc ipsa pallatina nullas depacta-
ciones eis imponere debebit nec aliquas soluciones croci pipe-
ris aut stacionariorum ab eis amplius exigit Sed si ipsi Ciues
Wislicienses boues pellendo in Lelow consistent pascuis com-
erint extunc pro eis cum prefata pallatina aut eius fa-
ctore componant sed quidquid ex contractu debebunt
illud soluent aut si conducta non facto pascerent in
pascuis ubi pascua essent intencionem pro pascuis de pastis
nullam solucionem impendent Actum ipsa pallatina pascua non
reputabit esse locorum arabilium nullis pascuis aut grami-
nibus consitorum in quibus ut talibus et [illegible] ipsi
ciues cum bobus stare [illegible] possunt absque ulla pas-
morum [illegible] non extarent solucionem Quod decretum [illegible] nostrum
decreuimus omni tempore obseruaturum harum quibus etc.
Datum in Conuencione Noue Ciuitatis Corczin Sabbato in crastino
Assumpcionis Marie Anno domini 1505 Regni vero quarto

Libertas ville Losschnow

Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Cracouie data est Sabbato
proximo ante festum sancti Laurencii Libertas Nobili Wladislao Wolo-
dek in districtu Trabowlien. ville Losschnow ab omnibus dacijs
pecuniariis et quorumcunque aliarum solucionum ad octo annos propter
facturas ab eventibus suis et laboribus Castri Trabowlien. usque
Mp ad quinque annos immediate se sequentes

Scripte ad importunitatem

He littere no sunt per d. Cancellarium extradite

Alexander dei gra Rex polonie etc Significamus etc

Quia Generosum Joanne Pinjowsky Exactore Sandomirien propter servicia eius fidelia que circa colligendas Exactiones nobis et Reipublice impendit commendatum habem proinde ex peticionibus ipius annuentes sibi de certa sciencia et gra Regia nostris quecunque bona nra Regalia quocunque nomine nuncupata sive fuerit ville opida sive advocacie in tra et districtu Brzezen consistencia de manibus quorumcunque tenutariorum cuiusvis status sexus et condicionis existencium redimere admisimus et consensimus admittimusque et consentimus presentibus Ita tamen quod summe pecuniarum in eisdem bonis per nos vel successores nros iuste inscripte in eiusmodi redempcione non augeatur decernentes ipa bona nra taliter redempta per suprascriptum Joannem Pinjowsky et ipius successores iuxta tenorem originalium literarum iuste et legittime desuper emanatarum tenenda habenda possidenda et pacifice utifruenda tamdiu quousque sibi et ipius legittimis successoribus summe pecuniarum iuste in hijsdem bonis redimendis inscripte per nos aut successores nros sit et ex integro persoluta. Quo facto possessio tandem predictorum bonorum ad nos et successores nros pleno iure redibit Juribus nihilominus nris Regalibus salvis remanentibus harum quibus etc Dat Cracovie feria tercia proxima post festum sancti Laurencij Anno domini ut supra

Joannes de Lassko R. p.
Cancellarius manu propria sscripsit

Stacio in Monast. Trzemesz.

Anno quo supra feria quarta ante Bartholomei Data est Stacio octo annorum in Monasterio Trzemesnen Generoso Joanni Hrick Succamerario Lanticien in forma Cancellarie consueta

Salvus conductus Paulo Jamensi ad spacium anni decursum

Alexander dei gra Rex polonie etc Significamus etc Quia nobilem famosum Paulum Jamensem de promontorio quondam mercatorem poznaniensem non per aliquam prodigalitatem seu dilapidacionem Sed propter quandam incommodi perceptionem et temeritatem suorum servitorum sibi commissam quedam debita apud certos creditores contraxisse propter que quidem Paulus de Regno nro campestribus discesserat supplicarunt ut ipi accipimus ad Regnum ipsum rediret ut creditoribus suis pro eisdem debitis componere vellet dummodo induciis pro obtinendis dilacionibus et catheris obtinere possit sub quibus aliquid debitorum suorum extraheret ad pristinumque fortune statum et condicionem meliorem deveniret ac cum suis predictis creditoribus dictorum debitorum componeret Proinde nos peticionibus supradicti Pauli nobis per literas ipius porrectis annuentes sibi de speciali gra

Et libertate: auctoritateque Regia nostra libertatem et salvumconductum Regni nostri exstimavimus hinc ad omnis anni decursum dandum et largiendum duximus: damus que et largimur presentibus ut sub eodem salvoconductu nostre communitatis idem paulus possit secure ad Regnum nostrum redire inibique morari: et sua negocia despondere/ Et cum suis quibuslibet creditoribus libere ac secure componere/ Liberantes et eximentes prefatum paulum ab omni iurisdictione et potestate universorum iudicum et subiudicum solarium ordinariorum et extraordinariorum Regni nostri ceterorumque subditorum nostrorum cuiuscunque status condicionis ordinis et dignitatis existentium: sic quod nullatenus eundem paulum occasione quorumvis debitorum: ex quacunque causa contractorum ad instantiam cuiuspiam iudicare arrestare seu detinere poterit aut debeat Quo circa vobis omnibus et singulis Pallatinis Castellanis Capitaneis iudicibus vicecapitaneis Burgrabiis proconsulibus Consulibus advocatis Ceterisque subditis nostris ubilibet in Regno nostro existentibus presentibus requirendis Mandamus et habere volumus quatenus suprascriptum paulum ad instantiam aliorum pro quibuscunque debitis non iudicetis nec arrestetis aut detineatis Sed eum in predicti libertate et immunitate inviolabiliter conservetis et observari faciatis hinc ad unius anni decursum Aliter non facturi pro gratia nostra harum et datum Cracovie Sabbato in vigilia sancti Laurentii Anno domini Millesimoquingentesimoquinto

Iohannes de Lassko Regni Polonie Cancellarius

Burgrab Gedanen

Feria quinta ante Bartholomei Cracovie datus est Burgrabiatus Gedanensis Mathie Czymmerman hinc ad unius anni decursum duraturus

Quittancia Lasperbar

Vide Alexander etc Significamus etc Quia cum famoso Lasperbar Consule Cracoviensi et directore monete nostre de consilio consiliariorum nostrorum nobis in Cracovia residentium faciendum de moneta quam cum russia incipiendo Cracovie a festo trium Regum Anni domini Millesimi quingentesimi quinti usque ad festum sancti Iacobi anni eiusdem proxime preteriti computavimus in Cracovia argento percepto expositis pecuniis seu monetis quam una datis iuxta ordinarium decretum monete per nos et et consiliarios nostros factam dispensatis ac valore et qualitate monete considerata quam antequam ita alias in monetis russiis comperimus ut decretum eiusdem monete continet aliis que omnibus postea in Cracovia que et modo et in futurum ponenda essent/ Computatis que omnibus

Monetis damnis et comodis que in cusione monetarum fieri consueverunt
pensatis quam conditionibus fusionis cusionis et dealbacionis comperimus
eum probe fideliter et diligenter omnia fecisse sic ut cusio monete est de-
creta sic quod nobis et reipublice satisfecisse Et propterea nos predictum
Caspar et successores suos omnibus et aliis poinetis in racione que
fortasse non possimus in his literis nostris quittamus in perpetuum tenore presencium
mediante harum quibus etc.

Salvusconductus Judeo David filio Ozar de Opporzno ad unius anni decursum

Alexander dei gracia Rex polonie etc. Significamus etc. Quia intelleximus
Judeum nostrum David de Cracovia filium Ozar de Opporzno debita
apud nonnullos creditores contracta et non posse propter inopiam
et egestatem ad quam devenit dissolvere propterea quod se timet inde vagari
et absentari et forsan de Regno discedere velle quoniamus solucio-
nem eisdem creditoribus impenderetur Nos de certa ergo indempnitate pro
eisdem creditoribus providere cupientes ut et ipse David ad pristinam condicionem deveniat et solucionem
eidem cupiendam ut et ipse David ad prestinam condicionem deveniat et solucionem
pro eiusmodi debitis suis creditoribus tanto celerius impendat quanto se cum
eis liberior quam ab eis fiat vel cum ipsis desuper componat Sibi de
certa scientia et autoritate Regia nostra libertatem et salvumconductum
dedimus Regni nostri ad unius anni decursum valiturum duraturumque dan-
dum et largiendum duximus damusque et largimur presentibus libertamus
et eximimus eum ab omni iurisdictione et potestate quorumcumque Judicum
et subiudicum terrestrium ordinariorum extraordinariorum Regni nostri ceterorum
eorum quam subditorum nostrorum cuiuscumque status ordinis sexus et
condicionis existencium sic quod nullatenus eum occasione quorumvis
debitorum expiratorumque causa creditorum ad instanciam cuiuspiam indi-
cari arrestari seu detineri poterit aut debeat Quocirca vobis om-
nibus et singulis Pallatinis Castellanis Capitaneis Judicibus Subiudi-
cibus vicecapitaneis Burgrabiis Proconsulibus Consulibus Advo-
catis ceterisque subditis nostris ubilibet in Regno nostro existentibus
presentibus requirendis Mandamus et habere volumus quatenus eundem
David ad instanciam aliorum creditorum quorumcumque debitorum Judei
nostri arrestare aut detinere sed eum in presenti libertate
et indempnitate conservetis et conservari Mandetis hinc
ad unius anni decursum aliter non facturi pro gracia nostra harum
quibus etc. Datum Cracovie Sabbato in vigilia sancti Pancracii Anno
domini Millesimo quingentesimo quinto

Quittacio Spithkonis de Jeroslaw super Tenutam Capitaneatus Costen

Mp

Alexander dei gratia Rex polonie etc Significamus etc Quia fide dignorum Magnifico Spithkoni de Jeroslaw Castellano Caracoviensi Et Capitaneo Costensi de et super omnibus Censibus et proventibus ad dictum Capitaneatum spectantibus per ipsum a die quo dictum Capitaneatum ab olim Serenissimo principe Johanne alberto Rege polonie Germano predecessore meo suscepit usque ad annum domini Millesimumquingentesimumquintum exclusive In ipso anno quinto per eum receptis positisque in ea omnibus perceptis et defalcatis defalcandis computum per nos eidem Spithkoni de dicti Capitaneatus tenuta satisfecit De quaquidem satisfactione eundem Spithkonem et suos successores quittamus liberamusque et liberos facimus perpetuo per presentes In cuius rei testimonium Sigillum meum etc Datum in Conventione Generali Corczin feria sexta infra Octavas Sacratissime Marie virginis assumpcionis Anno domini Millesimoquingentesimo quinto

Quittacio Spithkonis de Jeroslaw super Capit Costen et nonnulla Summa eidem in dicto Capit reinscripta

Mp

Alexander dei gratia Rex polonie etc Significamus tenore etc Quia post racionem cum Magnifico Spithkoni de Jeroslaw Castellano Cracoviensi et Capit Costen de et super omnibus Censibus proventibus per eum a tempore susceptionis dicte Tenute usque ad annum domini presentem videlicet Millesimumquingentesimumquintum exclusive In ipso anno quinto excepto legittime factam Remansimus eidem Mille centum quadraginta et unam marcas monete et numeri polonicalis in quamlibet marcam quadraginta octo grossos computando obligati quam summam ipse ad vota ad audientiam tam meorum quam olim Serenissimi domini Johannis alberti Regis defuncti germani et predecessoris mei a quo primum Illud Capitaneatum habuit: successive exposuit Inclusis eciam in eandem Septingentis marcis debiti per ipsum Castellanum mutuati quittanciis solutis edificiis et reformacionibus Molendinorum et solariis illi designatis De quaquidem Summa eidem Spithkonem assecurantes sibi eandem in et super Censibus et proventibus Capit Costen Tenute sue extenuandam inscribimus et demonstramus tenore presentium mediante, Datum in Nova Civitate Corczin feria sexta infra Octavas Assumpcionis Marie virginis Anno domini 1507

Donacio: seu inscriptio super Capitaneatus Costen Spithkoni de Jeroslaw Castellano Cracoviensi facta ad tempora vite sue extrema

Rp. resp.

Alexander dei gratia Rex polonie etc. Significamus etc. Quoniam sere-
nissimus princeps olim dominus Johannes Albertus Rex
Polonie germanus et predecessor noster in humanis agens Mag-
nifico Spithkoni de Jeroslaw nunc Castellano tunc vero pallatino
Cracoviensi pro virtute et prestancia meritorum Capitaneatum
Costen dirigendum et gubernandum dedit et contulit sicut in hactenus
usque prefuit Ita nos simariam fidem et in rempublicam Regni merita
affectionemque eiusdem Spithkonis Castellanum eque commendatum
habere volentes ampliorique propensiori gratia nostra prosequi et ad futura
obsequia reddere promciorem sibi dictum Capitaneatum Costen sicut dominus
contulimus sic in perpetuum damus conferimus committimus dantes eidem
plenam facultatem officium predictum dictum capitaneatus cum singulis suis
pertinenciis in omnibus bonis predijs et Molendinis nostris ad dictum
Capitaneatum spectantibus ac alijs que ad meram utilitatem hominum eius
inviolatam et subditorum Justiciam ac firmitatem ac Castri et Civitatis
Costen conservacionem tutelamque et defensionem pertinebunt regendi
gubernandi et administrandi usque ad tempus vite sue extrema
omnium demumque reverenciam et obedienciam debitam ab omnibus cuiusmodi
Capitanei dignitatisque officialibus requiremus et incolis prefato Spith-
koni exhibendum precipimus quod sine racione officium Capitaneatus predicti
oneris et laboris predicti ferendi pro solario eiusmodi sexaginta
marcas pecuniarum monete et numeri polonicalis annatim de
proventibus et censibus proventibus dictorum bonorum Costen Capitane-
atus sui recipiendas demonstramus de alijs aut censibus proventi-
bus et redditibus eiusdem Capitaneatus ultra dictas sexaginta marcas
excrescentibus nobis racionem facere tenebitur et erit astrictus Verum
quia prefato Spithkoni Castellano et Capitaneo Cracoviensi pecuniarias
summas ex racione servicij per nos sibi remansimus et debemus solvendas
quarum nomina et descripcio in alijs nostris litteris continentur Itaque polli-
cemur si ipse Spithko non exegerit summas dictas Maiestas nostra
et successores nostri eas sibi et suis successoribus aut cui testa-
mentaliter legaverit omnia efficiendo nostra inscripcione ad plenam solu-
cionem debebimus Et interim si nos eos successores aut alicui summas
ipsas legaverit a tenuta Mensis Capitaneatus non amovebimus donec
vel Summas inscriptas in proventibus Capitaneatus exemabunt aut
nos et successores nostri solverit Maiestas summas supradictas quas
debemus harum etc. Datum in Nova Civitate Corczyn feria secunda
infra octavas Assumpcionis Marie virginis Anno domini Mille-
simoquingentesimoquinto

Privilegium nobilis Dobeslai super villam sua
Chmielek in terra przemislien hereditaria

29

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regia
dignitas et omnium principantium auctoritas tanquam vindex omnium
sibi subditorum debitrix atque patrona non solum commodare consuevit
rigoris et ordinationibus novis providere verum etiam casu quovis labenti-
bus iuribus infectis aut inviolatis reddere restaurationis patrocinia
solita est prestare ea tenoribus litterarum presentibus committendo.
Quapropter nos

Alexander dei gratia Rex polonie etc. Significamus etc. Quod dum
Nobilis Dobeslaus agazo noster premisliensis Chmielczky coram
nobis et consiliariis nostris lateri nostro assidentibus et more
per tempora coronationis nostre et aliis pro ipso superioribus
temporibus sepenumero exposuisset conquerendo quod sibi privilegium
quod super villam suam hereditariam Chmielek circa premisli-
ensem consistente habuerat per Turcos et Tartaros quando fi-
dei nostre hostes terras nostras vastarunt captum et in fenestra
delaniatum esset, dum quoque eiusdem privilegii reliquias per eum
repertas sigilli appensionem carentes coram exhiberet ex qui-
bus istud quod asserebat veritate clareret supplicaverat novum
sibi privilegium per nos super eandem villam suam hereditariam
dari et concedi. Nos precibus predicti Dobeslai tanquam iusti-
moti cupientes informari qualiter absque nostro et cuiuslibet prejudicio
illud novum privilegium sibi esse mihi concessurum commiseramus con-
siliariis nostris videlicet Magnificis Spithkoni de Jaro-
slaw castellano Cracoviensi et Stanislao Kmitha de Wisnicze pal-
latino Belzensi ac capitaneo premisliensi quatenus debite explorata
rei huiusmodi veritate nobis eandem [illegible] significassent ut nos
exinde novum illud privilegium concederemus. Quorum commissariorum
nostrorum literas ipse Dobeslaus exhibuit coram nobis petens novum privi-
legium sibi super supradictam villam suam Chmielek per nos iuxta
probatam in eisdem literis veritatem sibi dari. Quarum literarum
tenor erat talis. Spithko de Jaroslaw castellanus Cracoviensis, Sta-
nislaus Kmitha de Wisnicze pallatinus Belzensis et capitaneus premisli-
ensis commissarii per serenissimum principem et dominum dominum Alexan-
drum dei gratia Regem polonie Magnum ducem Lithuanie Russie
Prussieque dominum et heredem etc. dominum nostrum graciosissimum deputati.
Significamus tenore presentium universis presentibus et futuris harum no-
ticiam habituris. Quod dum Nobilis Dobeslaus Chmielczky aga-
zo premisliensis a Regia maiestate novum sibi privilegium super
villam hereditariam Chmielek dari et concedi peciisset, Regia maies-
tas post rei ignorantiam privilegium huiusmodi sibi dandum et conce-
dendum distulit et prorogavit quousque de rei veritate comperta
fuisset. Et ideo nos sua serenitas in commissarios cause prefa-
te deputavit et consignavit iuxta commissionem sue serenitatis
nobis oblatam quam ea qua decuit suscepimus reverentia

Cuius Comissionis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis
Alexander dei gracia Rex polonie Magnus dux lithwanie Russie
prussie etc dominus et heres etc Magnificis Spithkoni de Ja
roslaw Castellano Cracoviensi Stanislao Kmitha de Wisnycze palatino
Belzensi et Capitaneo premisliensi Sincere nobis dilectis Sandomiriensi
tenutariis Regni Magnifici Sincere nobis dilecti deposuit coram nobis
Nobilis Dobeslaus Chmielyczky agazo noster premisliensis quod licet vil
lam Chmielik circa premisliam sitam Iure hereditario ac
proprio vt ait possideat confirmaverit sibi vt olim antecessores
sui eandem possidebat licz quoque habeat privilegia proprio super
eandem villam spectancia tamen quia illa privilegia dum tunc
christiani nominis et nostri hostes Tartari Russie vastabat amiserit
vnde peciit novum per nos sibi privilegium novum super villa eius
concedi Quod nos vero istius rei peritorum [illegible] facere non
potuimus Et nichilominus volentes super hoc ei de remedio providere
[illegible] privilegium quod novum explorata rei veritate [illegible]
cupimus Committimus vobis Mandantes vt testimonia a fide
dignis sex testibus quos ipse duxerit inducendos medijs eorum
corporalibus Iuramentis recipiatis examinetis quilibet testium
si sciat eandem villam Chmielik eiusdem Dobeslai esse et olim
antecessorum suorum fuisse hereditariam seu propriam Tandem
examinata testimonia super vestris sigillis sigillata nobis
sinceritates vestre mittere vt nos eas visis instrumentis de privi
legio petito munifficentiam alias non facturi pro gracia nostra Datum
Sandomirie feria quarta in vigilia Corporis christi Anno domini
Millesimo quingentesimo secundo Regni vero nostri primo Relatio Re
verendi in christo patris domini Cziolkai Episcopi wladislaviensis et Regni
polonie Cancellarij Iuxta quam Comissionem prefatus Dobeslaus
nos tanquam Commissarios cause sue prefate fecit auisatos Im
mittit petens Quatenus iuxta Comissionem Regie Maiestatis
oblatam sibi causam suam decerneremus et in effectum deduceremus
Nos itaque requisiti iussu Regie Maiestatis prout tenemur eximus
qui cupiens prefatum Dobeslaum coram nobis parere mandamus qui
faciet tandem vt veriorem veritatem docere et probare posset
[illegible] auctoritate vt
Iussimus domini Regis et Comissaria nostra auctoritate vt eidem
Dobeslaus decemocto testes Nato nobiles et fidedignos coram
nobis educeret et statueret quos instanti probos et fidedignos
coram statuit videlicet istos Dobeslaum Crzyworzyczky Nicolaum Mya
kyski Ioannem Krzyzanczky Michaelem Cholowsky Ioha
nem Zamyechowsky Nicolaum Crzywonyczky Iohannem Coro
tek Fredro Jablonczky Andream Zurowsky Chleb Szmendo
wsky Adam Zurowsky Wyzdezich Trzczynsky Petrum Lach
kowsky Bernardum Zamyechowsky Paulum Roszborsky Prand
otam Chlopyczky Stephanum Mychlowsky et Sienyczkonem
Mychlowsky Ex quibus quidem decemocto testibus fidedignis
nos sex dumtaxat testes ad prestandum Corporale Iuramentum binum

Examinatos et probatos elegimus et deputavimus istos videlicet Nicolaum
Myakiszky Michaelem Cholowski Johannem Korotki Benedictum
Trzemynski petrum Luthkowsky Bradotam Chlopiczky contra quos
Dobeslaus testem septimum contra ipsos recipiendo Cum prefatus Dobeslaus
cum testibus certis predictis recte examinatis solenne testimonium
corporali Juramento mediante coram nobis et tribus necnon Mi
nisteriale Jacobo de Jeroslaw prestiterunt realiter et cum effectu
recognoscentes et patenter fatentes quod ipsa villa Chmielek olim annis
sororum fuerunt et patris eiusdem Dobeslai semper fuit et est hereditaria
seu perpetua eademque bona Chmielek in suis locis et granicibus vel
git infrascriptis et in comparacione a bonis Regalibus distincta et
ablimitata recognoscentes incipiendo videlicet a Kylyanowo potok gla
boky potok podluga dabrowa poszanathym po Malowa
dabrowa po Branska luza po grodzysko et flumine dicto
Zhmijedw cum utrisque ripis zasskowo kor et cum aliis Borris
ac Blinsko et supra Sziedliszko usque ad Kylyanowo potok et
intermitum terminis bonorum earum Unde predictus Dobeslaus cum
prenominatis suprascriptis testibus coram nobis satisfecerunt Quamquidem
villam Chmielek et nos tamquam Comissarii a Regia Maiestate in
hac parte deputati decrevimus et iudicavimus eiusdem Dobeslai fuisse quod sit
futuram esse hereditariam et perpetuam in aevum In cuius rei testi
monium ac evidentiam meliorem sigilla nostra iussimus presentibus
subappendi Actum et datum in Castro Jeroslawiensi feria secunda in crastino
sancti Alexii Anno domini Millesimo quingentesimo secundo presentibus ibidem
Generosis et Nobilibus dominis Jacobo de Cresarzyn Iudice Terrestri
Alexandro Ozgechowsky Iudice Castrensi Johanne Rozborsky
Notario Terrestri premisliensibus Johanne Szczenowsky dapifero
Chelmensi pelka Listakowsky Mathia Bobyczky petro
prochniczky Nicolao Chwal Andrea Wiloczky Johanne
Kozdrowczyczky et aliis quamplures fide dignis Nos itaque pe
ticionibus ipsius Dobeslai nobis porrectis velud iustis annuentes
maiore habito respectu ad merita et servicia per ipsum tam nobis
quam olim Serenissimis parenti et fratribus nostris predecessoribus
fideliter exhibita et ad testimonia probacionis predicte Et item
quia constitit ex hesterni dilaniati privilegii reliquiis Dobesla
um ipsum villam eandem iure hereditario ab antiquis tempori
bus semper possedisse et nunc possidere pacifice Et de certa scien
cia benignitate et virtute Regia nostra de consilioque consili
ariorum nostrorum litteras suprascriptas in omnibus earum clausulis
condicionibus punctis et articulis totoque earum tenore et quo
ad ipsas granicies in eisdem hiis scriptas approbavimus ratifi
cavimus et confirmavimus easque robore debite ac perpetue firmitatis
hic decrevimus presentis nostri privilegium super predicta villam
Chmielek ipsi Dobeslao et suis successoribus per modum innovacionis

dandum et conferendum dictisque dampnisque et conferendum tenore presencium
mediante spectabili Valterii decernimus et statuentes per ipsum Do-
beslaum et ipsius legitimos successores predictam villam Chme-
lek cum omnibus agris pratis campis predijs domibus Mo-
lendinis piscinis piscaturis lacubus fluuijs fluminibus Stag-
nis siluis Borris gajis venacionibus aucupijs apibus api-
arijs mellis mellificijs ac dacijs et tributis ex ipsis prouenientibus
omnibusque redditibus obuencionibus ad eandem quomodocunque pertinen-
tibus et spectantibus cum omni iure dominio et proprietate prout in
suis limitibus et granicijs ab alijs bonis tam nostris Rega-
libus quam vicinorum terrigenarum hereditarijs est distincta
et limitata ac ut ea ipse Dobeslaus et sui progenitores tene-
bant possideruntque consueuerunt libere et pacifice tenebit et possidebit
tenebuntque et possidebunt ac eandem villam ipse Dobeslaus et sui
successores vendendi donandi commutandi et ad beneplacitos usus
quoscunque habebunt habereque debebunt plenam posse et omnimodam
facultatem spectare et tenere. Et quia Dobeslaus ipse literas has
de Iudicio Comissario Regio emanatas ad proprietatem ac
iustam ac pacificam ville ipsius Chmelek possessionem pertinen-
[tes] produxit originaliter coram nobis petens eas presenti priuilegio
huic vero contextui per nos adijci et conscribi ac easdem propter
casusque literarum madidacionem in aqua factam et futuros euentus
approbari ratificari et confirmari Quarum tenor de verbo
ad verbum est talis Nos Nicolaus [illegible] tenutarius Le-
barzouiensis tenore presencium recognoscimus quibus expedit vniuersis
presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quod ex commis-
sione et Mandato Serenissimi domini et domini Kazimiri dei gra-
cie Regis Polonie Magni ducis Lithuanie Russie Prussieque
domini et heredis etc. habentes in mandatis ut conspiceremus
granicias que et dissensiones inter Nobilem Johannem de Chme-
lek heredem parte ex vna et inter kmethones Pschs parte ex altera
Nos itaque causa roboris maioris testimonium recepimus nobiscum
Magnificum dominum Spythkonem de Jaroslaw Succamerarium Pre-
misliensem nec non alios Strenuos Nobilesque dominos videlicet Sta-
nislaum de Swidnicza Johannem Wonbski Petrum Wyrzyski
Jacobum Moczko advocatum de Lazarsko Czudik advo-
catum de Jaroslaw Johannem de Zaluze [illegible] de
Rusthanoa Nicolaum de Mnakysz Petrum Oszechowski
in [illegible] [illegible] ad locum predictarum granici-
arum et graniciarum predictarum [illegible] Qui predic-
tus Johannes Chmeleczki coram nobis munimenta et priuile-
gia sua que habet super eadem bona Chmelek reposuit
et monstrauit et predicti kmethones de Pschs suas similiter
munimenta reproduxerunt monstrarunt et dixerunt Magnifici domini

Jagniesziny consilio quia est silue dalechowicze Chrakowicze kij
kowo et silue circa Mysziwszczycza ad prata Blinsko Opye
Szydlisko ubi sunt rure quas predictus Johannes Chmielecz
kij recepit et possidet et prata ista que iacent circa flumen
Chmyelowo et flumen dictum Chmyelowo similiter possidet et nos ita
qz dominus predictis kmethonibus habere alias minucias
qui dixerunt tum habemus Nos itaque concedimus decrevimus et
mandavimus predictis kmethonibus prestare Juramentum quod
est silue predicte dalechowice Chrzchow kijkowo et silue
circa Myszwiczsziza circa ad prata adiacentibus et prata
que sunt circa flumen Chmyelowo et flumen dictum Chmyelowo
esset vera et Blinsko Opye Szydlisko. Quod autem predicti
kmethones iurare noluerunt, super quo predictus Johannes
Chmielczkij memoriali posuit quod nos recepimus et sibi pre
dicto Johanni Chmielczkij predictas siluas et flumen dictum
Chmyelowo adiudicavimus et sententiavimus ad omne iure et domi
nio prout habet et possidet. Actum et datum in Chmielek
feria tercia proxima post octavas Corporis Christi Anno domini Mil
lesimo quadringentesimo sexagesimo nono, harum quibus sigillum
nostrum est appensum testimonio literarum presentibus quibus et sup
et aliis quam pluribus fidedignis. Nos itaque ymmo dobieslai
Zgazonis premissarum peticionibus annuentes prescriptas literas
tametsi madidatam aquatica circa nota subscriptas rotas
tas tamen sanas et integras duximus approbandas ratificandas
et confirmandas approbamus quod ratificamus et confirmamus de
Munificencia Regia ac eas easdemque tenore presentium tenus con
firmamus innovamus et incorporamus decernentes tam pre
sens privilegium quam easdem ei annexas literas sub uno contex
tu conferendas perpetui roboris vim obtinere tenore presentium me
diante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum.
Actum Cracovie Sabbato ante festum Circumcisionis domini Anno domini
Millesimo quingentesimo tercio Regni vero nostri Anno tercio presenti
bus Reverendo in Christo patre domino Johanne Episcopo Cracoviensi
necnon Magnificis venerabilibus et generosis petro kmytha
de Wyschnycze Cracoviensi et Regni nostri Marsalko Ambro
sio pampowsky Siradiensi petro Myskowsky de Mirow
Lanciciensi Nicolao de Crzedwanki Lubliniensi pallatinis Ni
colao de Camyenyecz Sandomiriensi et Capitaneo Cracoviensi Stanis
lao de Chodecz Leopoliensi Johanne Jordan de Zaklyczyn Bycziensi
Petro Borsky Marthy Castellanis Johanne de Lassko Cancel
lario Jacobo de Szydlowyecz Thezaurario Mathia de
Drzewicza vicecancellario Regni Polonie et aliis quampluribus
testibus ad premissa fidelibus et fidelibus dilectis. Datum per manus ve
nerabilis eiusdem Johannis de Lassko Cracoviensis Gnesnensis et Regni Po
lonie Cancellarii sincere nobis dilecti

**Privilegium Anthonij Civis Leopoliensis Benedicti
Luczky et hermanno holcz sociorum eius**

Super novam artem purgatoris conflatoris minera
rum plumbi per eos adinuenta

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Non improuide
Regum et quorumlibet presidencium auctoritas ex consuetudine id obser
nat vt quod nociturum esset abdicat et reprobat quodque vero
sibi et subditis suis erunt profutura illa in ordinem redi
gendo melioris tenoribus literarum committit et confirmat. Proinde
nos Alexander dei gracia Rex polonie etc. Significamus tenore presencium
quod Anthonius hoderik ciuis Cracouiensis constitutus coram nobis
exposuit quod licet minera plombi cum non mediocribus sumptibus
impensis et laboribus nec omni tempore quo aliquis vellit nec sine
vna ignis purgacione sed sumptissime longi temporis interuallo
cum magna commoditate amissione fumum ab igne quo hostium forenses propellitis ex
spectata per plures ignes hactenus in Regno nostro purgabatur
conflabatur et in puram plumbi metallum cum tot ignibus cremacio
nibus redigebatur. Tamen quod ipse et socii eius Georgius Benedictus Lan
ki et Hermannus holczmulsch nouam et antea hac in Regno nostro inso
litam artem ignari esset et impuram plumbi metallum prout quam
certum rectarum rerum et instrumentorum in vas conflatoris dicti
minerum plumbi apponendorum arte conflandi absque tantis difficul
tatibus ac impensis et absque longa exspectacione commoditatibus amis
sis sunt quandoque velit cum vna igne vestra hanc per
minera plumbi purgant conflant et minerum plumbi metallum redi
gere possent facilius et celerius. Preterea quod idem Anthonius
supplicauit nobis vt sibi et dictis suis consodalibus Benedicto
et Hermanno super eam noua inuencionis vestrae laborem et con
cessionem priuilegium presens nostrum cum libertatibus infrascriptis co
ncedere dignaremur quatenus ipsi priuilegiati existentes tanto feruencius
predicte arti et labori intendant quanto minus formidarent se
per alios in labore predicto impediri. Idcirco nos qui magno
pere et nostras et subditorum nostrorum commoditates quo possumus
ampliare prosperiores que efficere cupimus considerantes predictam
artem fore vtilem et necessariam sic nobis subditisque nostris
gratam et honorabilem esse supradicti Anthonii peticionibus
vtpote racionabilibus annuentes propterea que sibi ac pre
nominatis Benedicto ac Hermanno collaboratoribus eius
et successoribus eorum legittimis de certa sciencia et auctori
tate Regia nostra presens priuilegium sub condicionibus infra
scriptis dandum et donandum duximus damus et donamus presentibus
imperpetuum decernentes et volentes per ipsos Anthonium Benedictum
et Hermannum successoresque eorum legittimos predictam confla
toris et expurgatoris plumbi artem nouam et insolitam in toto
Regno nostro absque cuiuslibet impedimento libere exercere prout quos
aliquis hominum cuiuscumque status eminencie sexus et condicionis
eadem arte vti illamque practicare et attendere non debebit nec
quod audebit. Siquis vero adeo temerarius esset qui presenti
decreto nostro contrauenire cuiuscumque mineram talibus rerum rebus
appositoriis arte supradicta conflare audet decernimus

Et statim illud conflandi mineram conflandam cum medietas
pro nobis et successoribus nostris. Medietas vero ad ipsos
prefatorum Anthonii Benedicti et Hermanni ac eorum suc-
cessorum ad effectum recipi et recepi nullo contradicente de-
bebit. Et nihilominus idem opperarentur ultra predictam
penam Mille marcas pecuniarum fisco nostro Regio applican-
das irremissibiliter daturi persolvituri quociens erit. Item vo-
lumus et statuimus ut quandocunque cunctarum artem ipsi Anthonius
Benedictus Hermannus successoresque eius exercuerint et patra-
verint tamen nobis et successoribus nostris quinque marcas pecuni-
arum racione Census solvere et ad solvendum erunt obligati.
Si autem contingeret ut sepius contigit quod fodinas montium
plumbi decresceret aut deficeret ita quod minere ad conflandum
pre manibus non esset nec haberi posset ad opperandum tunc pre-
fati conflatores et successores eorum a solucione dictarum quin-
que marcarum erunt liberi. Preterea volumus ut ipsi Anthonius
Benedictus et Hermannus ipsorumque successores omnibus aliorum
Montanistarum gaudeant libertatibus. Eximimus et liberamus
Eximimusque et liberamus eos ac eorum socios ab omni iurisdiccione
quorumcunque dignitariorum et officialium Regni nostri Iudicum et
Subiudicum ordinariorum et extraordinariorum. Sed duntaxat
ut ipsi pro omnibus causis tam magnis quam parvis Iuri et Iu-
dicio Montano iudicabuntur quibus eos volumus subiacere. Quo-
circa vobis Scabinariis et Consulibus Elkusiensibus
modernis et in futurum pro tempore existentibus presertim vero
tibi Generoso Stanislao Schafranyecz de Pyeskowaskala
Succamerario Cracoviensi et aliis montium plumbi promoven-
tibus et exercentibus Committimus Mandamus quatenus prefatos
Anthonium Benedictum et Hermannum ac eorum successores et
socios ab omnibus iniuriis violenciis impedimentis et in-
quietacionibus quarumcunque personarum tociens quociens pro parte
ipsorum fueritis requisiti tueamini et defendatis Auctoritate
nostra regia consilia et auxilia eis quomodolibet in premissis oppor-
tuna prebeatis. Aliter non facturi pro gracia nostra. In cuius rei
testimonium etc. Actum Cracovie feria sexta proxima ante festum
Assumpcionis gloriosissime Marie virginis Anno domini Millesimo
quingentesimodecimo Regni nostri Anno quarto. Presentibus Reve-
rendis in Christo patribus dominis [illegible] Magnificis et Generosis
Johanne Cracoviensi Mathia Premisliensi et Regni nostri vicecancel-
lario Ecclesiarum Episcopis Petro Myszkowsky de Mirow
Palatino Lanciciensi Stanislao de Chodecz Castellano et Capitaneo
Leopoliensi Marsalko Johanne de Lasko Cancellario Ecclesie
Gneznensis et Regni nostri Jacobo de Schydlowyecz Thezaura-
rio Regni curieque Stanislao Schafranyecz de Pyeskowaskala

[illegible] suis nec non Nicolao et Stanislao Lanczkoronskyi de
Brzezye et aliis quam plurimis Consiliariis et Curiensibus nostris circa
premissa testibus fidedignis sincere et fideliter dilectis. Datum
per manus eiusdem venerabilis Iohannis de Lassko Custodis
Gneznensis et Regni nostri Cancellarii sincere nobis dilecti.

Consensus Iacobo de Wlinky Capitaneo Gneznensi super advocatiam in Radzylowo eximendi de manibus Petri et Mathie Bolestawu et ascriptio quatuor laneorum desertorum

Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus tenore pre- Ex
sencium attendentes Oppidum nostrum Radzylowo in terra Gneznensi
situm non antiquis temporibus per olim duces Mazovie an-
tecessores nostros de novo iure theutonico fundatum et erectum ad
quod esse deberet possessionatum collocatumque fuisse prop-
ter advocati eiusdem Oppidi insufficientem possessionem
Quapropter providere cupientes ut diligencior advocati sol-
licitudo et opera [illegible] circa ipsum oppidum reficiendum
frequenciaque hominum [illegible] affluenciam possessionum ut
oppidum tanto civius tempore felici nostri Regiminis ad meliora
deveniat, Eundem quatuor laneos seu mansos agri nostri
desertos [illegible] laneos advocati in Radzylowo
[illegible] predicte advocacie addendum annectendum et
[illegible] predicte [illegible] et de libe-
ralitate et ascribendum [illegible] et ascribimus tenore
[illegible] Regis nostri addimus annectimus et ascribimus tenore
presencium [illegible] in perpetuum Quapropter ut eadem predicta
[illegible] tanto [illegible] possit
Oppidi possessionario ad plenum tanto [illegible] possit
complecti Generosi Iacobi de Wlinky Capitanei Gneznensis fide-
lis dilecti ad nostra omnia [illegible] industria probata
[illegible] sibi [illegible] predictam advocatiam in Radzylowo de
manibus Nobilium Petri et Mathie Bolestawu germanorum
ac [illegible] eiusdem advocacie [illegible]
[illegible] mandamus et consentimus ac [illegible]
[illegible] ita tamen quod [illegible]
[illegible] in eadem advocatia [illegible]
[illegible] Iacobum de Wlinky et [illegible]
[illegible] predictam advocatiam Radzylowensem [illegible]
[illegible] quatuor laneis [illegible]
[illegible] et [illegible] originalium [illegible]

Adnotam iuste emanatam tenendum habendum possidendum utifruen-
dum pacifice a modo accedente consensu committendum dandum ven-
dendum resignandum et in suos usus applicandum convertendum impre-
petuum Iuribus tamen semper salvis harum quibus Sigillum nostrum
Datum Cracovie Sabbato ante festum sancti Bartholomei Anno domini
Millesimoquingentesimoquinto Regni nostri quarto
Relatio venerabilis Iohannis de Lasko Regni Polonie Cancellarii

Saxonum de Scepus obligatores ~~[illegible]~~ et etiam libertates eisdem concesse per Reges Ungarie Stephanum et antecessorem eius

Nos Capitulum Ecclesie beati Martini de Scepus memorie commendamus
tenore presencium Significantes quibus expedit universis Quod pro-
videus vir Nicolaus filius Hilbrandi Iudex de Suburbio Cas-
tri Scepus ad nostram personaliter veniendo presenciam nobis in fra-
cr totius Communitatis Civium et hospitum suorum de eadem pro-
vincia exposuit exhibuit quasdam literas nostras privilegiales tenoris
infrascripti petens nos humiliter precum cum instanciis ut easdem
sub Sigillo nostro testimonio rescribi facere dignaremur ad cautelam
Quarum tenor sequitur in hec verba Nos Capitulum Beati Mar-
tini de Scepus Significamus quibus expedit tenore presencium uni-
versis Quod ad nostram accedentes presenciam Saxones de eadem provincia
Scepus exhibuerunt nobis privilegium Stephani quondam regis
Ungarie super suis libertatibus confectum Idem ipsumque privilegium
propter varium discrimina metus forensium fortune casibus nobis
cum instancia supplicarunt ut ipsum sub nostro Sigillo testimonio
ad cautela rescribi faceremus Cuius quidem privilegii tenor
talis est / Stephanus dei gratia Hungarie Dalmacie Croacie Rame
Servie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex / omnibus tam
presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis Salutem in omnium Sal-
vatore Regie sublimitatis innata est in subiectorum opportu-
nitate et ipsorum multitudine gloriari solet secundum formam libertatis
subditorum et solummodo ascensionem inter sue modo misericor-
ditate moderari ut ipsi contra legem suis viribus contra omnes augeatur

Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire Quod cum
post transitum domini Bele illustris Regis Ungarie karissimi patris
nostri recordacionis felicis ad nos Regni gubernaculum devenisset
jure successorio seu ordine geniture placuit nobis ut circa
libertatem fidelium nostrorum hospitum Saxonum de Scepus gratiose
reformandam intenderemus eisdem hanc statutum et graciam libertatis Quod no-
bis annuatim eorum singulis annis trecentas marcas fini argenti ad
pondus Budensem in festo sancti Martini confessoris solvere teneantur quibus
solutis ab omnibus exactionibus et collectis variis et victualibus que
in Regno nostro exigi consueverit sint liberi penitus et exempti Item
de quolibet nostro in Regno nostro vel extra regnum exercitu vel in terra
exercitum exegerit temporis necessitas Imperatori nobis quinquaginta
viris armatis lanceatis regii tenebuntur sub vexillo re-
gio cum aliis pugnatoribus Cum autem nos personaliter ad eos conti-
gerit quemlibet quoque alium de Baronibus nostris ad eorum terram
venire ipsi hospites nostri nobis in introitu dare tenebuntur decentem
opulentiam et similiter in egressu decenter delibatam nostre celsitudini
competentem et quia eorum in conflictibus nostris sanguinem suum
voluntarie effuderunt nostre Maiestati Regie in conspectu hanc
eisdem graciam libertatis duximus concedendam Ut liberam habe-
ant licencie facultatem ut sibi comitem seu judicem quemcumque voluerint
eligendi qui videlicet comes pro tempore constitutus omnes cau-
sas inter ipsos emergentes judicabit secundum libertatem comitatus provincie
Capitali merito ius et consuetudines provincie approbatas de
penis vero et multis seu birsagiis de causis maioribus
proveniencium comes pro tempore constitutus duas recipiet de
marcis Comiti provinciali tercio denario permanente hoc expres-
so quod de simplici vulnere quod non transit in mutilacionem recipit
media marca de mutilacione quinque marcis de fixura seu
licia quinque marcis de cede vero recipit decem marcis Causas
autem minores pro prima vel hereditatibus Comes provincie
per se judicabit Concessimus eisdem liberam licencie facultatem sacer-
dotes quoscumque decreverint in suas Ecclesias eligendi qui de obve-
tate nostre gracie liberius decimas integris temporibus percipient ad omni-
potentis gloriam et honorem volumus eciam quod nullus Comitum pro tempore
constitutorum ipsos contra libertates eis concessas molestare
audeat vel presumat Insuper de prerogativa speciali hanc
ipsis dedimus libertatem quod per nullius condicionis status atque or-
dinis homines possint ad nostram presenciam extra provinciam evocari
vel citari maxime quia homines sunt simplices et in lucre nobilium ac-
quirunt quisquam agriculturis et laboribus victum proprio iure
et lege speciali perfruuntur verum omnes cause pro possessioni-
bus hereditatibus metis et limitibus facultatibus et mortui-
bus seu quibuscumque casibus per Comitem pro tempore constitutum

Et Comitem predicti Camere nostre iudicabuntur in loco su-
perius memorato secundum formam Iuris / deinde singulis annis
rannis palmarum Moneta nostre Camere Regie cum eius exac-
ciones [?] suscipere tenebuntur et solempniter permutare secun-
dum rigorem et morem Camere Regie Cambire tenebuntur com-
missarie Ita quod Comes Camere et sui officiales quos ad hoc de-
putaverit altero dimidio mense sive sex ebdomadis plenam ha-
beat facultatem Cambiendi iuxta et morem Camere prosequendo de
qualibet marca in quolibet foro et emptoris titulo recipiat
unum pondus volumus autem monetam esse quamlibet ebdomadis finito et
tempore sex ebdomadarum expresso supradictis Comitibus Camere sur-
gente a Cambio Cessante cum rigore eorundem ipsa moneta
[illegible] currat per totum annum usque ad revolucionem nove
monete quod quilibet vero liberam habeat licenciam emendi
vendendi cum ipsa moneta cum auro et argento et cum
omni substancia facultatis nec permittentes quod supradicti
hospitibus nostris fidelibus in aquis piscandi in silvis ve-
nandi plenam Concessimus libertatem volumus insuper quod in metis
et limitibus silvis et nemoribus per ullius condicionis ho-
minem impediantur et graventur. Verum ipsi larga po-
ciantur licencia Silvas extirpandi et in terras arrabiles
redigendi suis usibus applicandi Comites autem Collectores
tragiorum [?] nostri certo tempore prescripto ad ipsos pervenerit tenebuntur
eos suscipere honorifice et gratanter in dicto nostro quatuor pro-
curam et quicquid requirunt quibus indivitualibus et debitis lan-
cius providebunt donec summa tributorum marcarum cum
pondere prenominato integraliter colligatur Postea ipsis
petentibus hanc concessionem gracie quam dicti nostri hospites ... et ami-
la in nostris indicenta robore et suis usibus applicandi sal-
vo nostra Iure dominio potestati et ut igitur hec a nobis con-
cessa libertas seriem et robur obtineat perpetue firmi-
tatis Nec per quempiam processu temporis retractari va-
leat aut in irritum quolibet revocari presentes concessimus
litteras duplicis nostri Sigilli munimine roboratas Datum per
Manus Magistri Benedicti Electi Ecclesie prepositi Albensis
aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri Anno domini
Millesimo CC septuagesimo primo Octo kalendas Septembres
indictione quarta decima Regni autem nostri anno secundo Nos itaque
iustis [?] licite peticionibus annuentes ipsum privilegium de verbo
ad verbum presentibus fecimus inseri et transcribi presentes
sub nostri Sigilli testimonio communiri Datum in die Beati Be-
nedicti Abbatis Anno domini Millesimo tricentesimo ... primo

Nos igitur iustis et legittimis causis peticionibus predicti Nicolai
Iudicis favorabiliter et causa eciam iustam inclinati pre
dictas literas meas omni processu vicio et suspicione carentes
de verbo ad verbum sine diminucione et augmento presentibus
inseri fecimus et conscribi appensionemque Sigilli nostri Eidem Nico
lao et suis Civibus duximus concedendam ad cautelam prenotatam
Datum feria tercia proxima post dominicam Ramispalmarum Anno
domini Millesimo quadringentesimo vicesimo etc

Nobilis Johannes Przemyazek de Krusslewo obligat medietatem Advocacie in Jaslo Nobili Nicolao de Lapispolok

Alexander dei gratia Rex Polonie etc Significamus tenore presentium etc
Quod Constitutus coram nobis Nobilis Johannes przemyazek de
Crusslewo Advocatus in Jaslo recognovit Quomodo medietatem
Advocacie sue in Jaslo predicte Cum Curia Braxatorio pis
trinis sub Curia ibidem et predio in Woyczechowycze ad eandem Ad
vocaciam medietatem pertinentibus Nobili Nicolao de Lapispolok
in Quingentis marcis pecuniarum monete et numeri polonicalis
Quadraginta octo grossos marca qualibet monete eiusdem
computando obligavit inscripsit et resignavit Inscribitque et
resignat de consensu nostro quem sibi concedimus presentibus prefa
tum Nicolaum et suos successores legittimos medietatem advoca
cie predicte cum Curia Braxatorio pistrinis pascuis et predio
predictis iuxta omnem tenorem et effectum literarum Originalium
per dictum przemyazek super advocaciam prefatam habitarum
tenendum habendum utifruendum et possidendum pacifice usque ad exsolu
cionem dictarum Quingentarum marcarum et Quinquagintarum
tenuta florenorum per ipsum przemyazek aut ipsius successores
facienda de quaquidem Advocacia Nullus hominum ipsum Nicolaum
aut successores eius eximere debebit nisi ipse Johannes aut
successores sui excepto quod nos super proventus meos pro utili
tate mea Advocacia illa redimere voluerimus Iuribus meis
semper salvis harum etc Datum Cracovie feria quarta ante fes
tum sancti petri Advincula Anno domini Millesimo quingentesimo
quinto

Johannes de Lasko R p Cancellarius

Consensus Jacobo de Blinky super Castrum et Civitatem ploczko de manibus Andree Rapstinsky

Alexander dei gratia Rex polonie etc. Significamus etc. Quia tum
propter fidelia servitia Magnifici Jacobi de Blinky Capitanei Wiznensis
fidelis dilecti per ipsum nobis et Serenissimo olim Johanni Alberto
germano et predecessori nostro exhibita, tum petitionibus pro
eo nobis porrectis annuentes sibi de certa scientia et gratia Regia
nostris Castrum et Civitatem nostram ploczko cum omnibus et singulis
bonis nostris Regalibus videlicet oppidis villis et quibusvis aliis
ad dictum Capitaneatum plocensem quolibet ex antiquo pertinentibus
de manibus venerabilis Andree Rapstinsky de Thanczyn Cano-
nici Cracoviensis devoti dilecti heredis et legittimi successoris Magnifi-
ci olim Johannis Rapstinsky Curie nostre Marsalci redimere
consensimus et admisimus Consentimusque et admittimus presentibus Ita
tamen quod in huiusmodi redemptione summam pecuniarum in predictis bonis
nostris juste inscriptam non augeatur, Volumus tamen quod bona nostra
ploczko cum aliis quibuslibet ex antiquo ad illud spectantibus per
nosque ad ea ascripta, per ipsum Jacobum de Blinky et ipsius le-
gittimos successores iuxta verum tenorem et effectum literarum ori-
ginalium predicto olim Johanni de Thanczyn desuper iuste et
legittime emanatarum teneri habendi et conservandi tamdiu
donec sibi et suis legittimis successoribus summa pecuniarum iuste
in bonis dictis inscripta per nos et successores nostros fuerit
ex integro soluta. Qua facta possessio tandem supra-
dictorum bonorum ad nos et successores nostros redibit pleno
iure, Juribus nostris salvis remanentibus harum quibus etc.
Datum Cracovie feria tertia post festum sancti Bartho-
lomei Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri
quarto

Relatio reverendi domini Episcopi premisliensis et
Regni polonie vicecancellarii

Privilegium super theloneum in Sgerem

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam. Sublimis
Regum autoritas eque sub tempore pro subditorum suorum
comodo denuo concedit vel iamdum concessa restaurat per-
petuo duratura, literarum apicibus et testium annotatione
firmare consuevit, Proinde nos Alexander dei gratia Rex
polonie etc. Significamus tenore etc. Quod Magnificus
Petrus Schaffranyecz de pyeschkowaskala Castellanus

Castren ac Mariemborgen Radomien et Sochaczowien Capi-
sincere nobis dilectus exposuerat nobis Et licet super theloneo
et pontale in Oppido ipsius hereditario nuncupato Sczeminijn in
terra Cracoviensi sito regi consuetum habuerit quoddam privile-
gium per divum olim Wladislaum Regem polonie avum nostrum an-
tecessoribus suis concessum Tamen quia illud casu amiserit et
perdiderit Ideo copia illius antiqui ammissi privilegij coram
exhibita pecijt a nobis secundum tenorem copie eiusdem sibi novum de-
super dari privilegium Nos itaque cupientes certius de veritate expe-
riri et id quod iustum esset decernere iussimus testibus approbari
id quod ipse petens exponebat postquam autem idem petens testi-
bus fidedignis medio iuramento corporali testificantibus id quod
exponebat coram nobis probavit Nos de certa sciencia et gracia
Regia nostris nomine communi utilitati illac transeuncium pro-
videre quam antique approbateque consuetudini predicti muniti con-
pere ut pons qui illic in loco situatur cenoso tanto melius
pro transeuncium commoditate reparetur theloneum et pontale
predicta modo quo sequitur per ipsum petrum Sohatkowicz et
suos legittimos successores exigenda decrevimus et statuimus decer-
nimusque et statuimus presentibus sic videlicet quod omnibus negociatores
a theloneis ante datam presencium liberi et absoluti non existentes
illac via currus a quolibet equo iuncto bove et pecore
venali per sex denarios a pecudibus vero per duos dena-
rios et pari modo omnes et singuli mercatores a pontalibus
hactenus non exempti per pontem seu pontes hereditatis Scze-
minijn euntes quolibet curru mercibus cuiuscunque generis et ma-
nerierum existat onerato medium grossum solvat Cui quidem
petro Castellano et suis successoribus legittimis heredibus in Sczemijn
damus et concedimus omnimodam et indubitatam facultatem anno-
tatamque theloneum et pontale predicta secundum modum supra-
scriptum exigendi tollendi percipiendi et in suos usus successorumque
suorum beneplacitos convertendi Salvis iuribus aliorum quo-
rundamque hominum a solucionibus huiusmodi absolutorum ante presen-
cium concessionem obtentis Ita tamen quod ipse petens et successores
sui racione pontalis et theloneij predictorum pontes et stra-
tas predictas in hereditate sua predicta ad commodum et facilem
communem transitum reparare restaurareque debeat Harum que
omnia decernimus perpetua duratura tenore presencium mediante
In cuius rei testimonium etc. Datum Cracovie feria ante festa
sancti Bartholomei Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Regni nri anno quinto, presentibus Reverendo in Christo patre, Magnificis Venerabili et Generosis Mathia Epo premislien et Regni nri vicecancellario Petro Myszkowsky de Mirozow pallatino lancicien Stanislao de Chodecz Castellano et Capitaneo Leopolien ac Regni nri Marsalko Jacobo de Szydlowicz Castellano Wratislavien Johanne de Lassko Eccle Gneznen et Regni nri Cancellario Jacobo de Szydlowiecz Thezaurario Regni eiusdem Johanne Dontowe de Gyzanno et aliis quamplures Consiliariis et Curien nris testibus ad premissa fidedignis Sincere et fidelibus dilectis. Datum per Manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lassko Eccle Gneznen et Regni nri Cancellarii Sincere nobis dilecti

Admissio Consulum Ilkussen Nobili Dorothee Trepczyna pistrina cum orto obligandi cui voluerit

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo dum Nobilis dorothea Relicta olim Nobilis Jacobi Trepka de Czaplije providos preconsulem et Consules Civitatis nre Ilkusz ad nram presentiam pro die hodierna citasset. Ea racione quod ipsa pistrina cum orto in Quadraginta minus lateranum gross monete boemicalis numeri vero polonici: per eos sibi aut predecessoribus eius obligata eximere: vel alteri persone obligari et resignari admittere nollet: propter quam non admissionem predicta dorothea non parum iacture ut dicebat perferret, Comparentibus tunc in presencia Maiestatis nre providis Stano Valach et Jacobo Vorterz Consulibus Civitatis predicte Ilkusch in termino quod ipso nomine suo et omnium preconsulis et Consulum aliorum absencium: proposicionem querele auditis. Qui quidem Stano et Valach nominibus quibus supra suis et aliorum preconsulis et Consulum Ilkussensium palam et expresse: dorothee respondendo dixerunt: Quod si predictam pistrinam cum orto: ab eadem dorothea non eximerent. Extunc iam ex nunc: sibi consenserunt et admiserunt: Consenciunt quod et admittunt pistrinam et ortum cuicumque persone voluerit obligandi et resignandi: Ita tamen quod ipsa obligacio et resignacio pistrine orti quod predictorum per ipsam dorotheam facienda non excedat condiciones et summas inscripcionis et

obligacionis eidem dorothee ac eius predecessoribus per
ipsos Consules factis et inscriptis Quam obligacionem et resi
gnacionem admisimus coram nobis per partes factam ratam
habentes decernimus dicta pistrina et orto per ipsam dorothea
tamquam voluit obligari per eum quam eum ipsa dorothea obligavit
et resignavit iuxta vim tenoris et continenciam literarum eidem
dorothee ac eius antecessoribus per Consules eosdem super pistrina
et orto predicto datarum tenendi habendi et possidendi pacifice et
quiete tamdiu quousque exempcio pistrine et orti predictorum
per proconsulem et Consules eosdem fuit facta. Harum quibus sigillum
nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Cracovie feria tercia
post festum sancti Bartholomei Anno domini Millesimoquingentesimo
quinto Regni nostri quarto

Joannes de Lasko
R. p. Cancellarius subscripsit

Nicolai Szykowsky absolucio a Residencia in Castro Cracoviensi in loco sui Burgrabiatus tempore pestilencie vigentis Cracovie

R p

Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc. Cum licet
Burgrabii Castri nostri Cracoviensis alternis vicibus in Castro nostro
Cracoviensi residere debeant personaliter Nos tamen ad peticionem Consiliariorum
nostrorum inclinati: ac de singulari gracia et libertate Regia nostra
Generosum Nicolaum Szykowsky Bladiferum terre et Burgra
bium Castri predicti Cracoviensis ab hac ipsa residencia tempori
bus pestis in Civitate Cracoviensi quam quod avertat deus contingen
tis eximendum liberandum et absolvendum duximus Eximimusque et ab
solvimus presentibus liberamus Ita tamen famulos de sua et consue
tudine servari solitos in loco Burgrabiatus sui pestilencie tempore
et aliis temporibus facere consueverunt in Castro predicto nostro in
Burgrabiatu suo habere teneatur et debeat Quam exempcionem
liberacionem et absolucionem: residencie pestis omni tempore quo Cracovie
pestis ingruerit sibi damus ad ultima vite tempora aut quamdiu
Burgrabiatum obtinebit predictum: Eciam quod donacionem exem
pcionis et liberacionis promittimus tenere et decernimus per successores
nostros tenendam harum quibus etc. Datum in Nova Civitate Corczyn
feria quinta in vigilia Annunciacionis gloriose virginis Ma
rie Anno domini Millesimoquingentesimoquinto Regni nostri quarto

Johannes de Lasko R. p. Cancellarius subscripsit

Consensus Venerosi Jacobi de Syedluka super domum in Brzesz Ozanek ipsius hereditaria

Alexander dei gracia Rex Polonie etc Significamus etc Quia
propter fidelia servicia Venerosi Jacobi de Syedluka Cas
tellani Woynyczen etc Capitanei et hereditarii advocati in
Brzeszen que nobis et olim patri fratrique Maiestatibus
Mpl impendere consuevit Non minus quod racione habere edificio
eum que ipse in eadem advocacia muro et latericio edificat Et ut
illa decencius et expedicius consumare ad decorem eciam et
Nostre Civitatis pociorem defensionem possit Sibi de singulari gracia
et libertate Regiis nostris domum et aream certam providi Nicolai
Ozanek civis Brzesen hereditariam in eodem Oppido nostro ad sinis
tram partem domus advocacie Nostre versus balneum sitam ab ipso Oza
nek emendi consensimus et admisimus Consentimusque et admittimusque
presentibus Quamquidem domum per eandem eam Jacobus ipse exe
mit quemadmodum domus advocacie contigua existit sic nos eandem
domum eidem advocacie univimus connectimus et incorporavimus Unimusque
connectimusque et incorporamus perpetuo decernentes domum ipsam
domui advocacie presentibus incorporatam per ipsum Jacobum exemptam
per eundemque Jacobum et successores suos legittimos teneri haberi
et possidere pacifice et quiete Contrarium quod tenore presencium me
diante Quocirca vobis proconsuli Consulibus totique Communi
tati Civitatis nostre Brzeszen modernis et pro tempore existentibus
Mandamus quatenus huiusmodi nostre admissioni domus et aree predicte
incorporacioni domui advocacie non contradicatis neque quisquam
vestrum erga id agere presumatis seu admittatis aliterque non factu
Sabbato ri pro gracia nostra. Harum etc Datum Cracovie post festum sancti Bar
tholomei Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri quarto

Johannes de Lasko Regni
Polonie Cancellarius subscripsit

× trium regum et Cardinalis mater

Elizabeth Coniux Kazimiri
Regis Polonie × morte obiit
Sabbato post festum Sancti Bar
tholomei hac est tricesima
mensis Augusti hora diei
sedecima Anno domini 1505

Mors Regina

Sabbato ante Egidii datum est Castellano Leopoliensi otto de Chodecz Capitaneo haliciensi
per literam resignationis vacans Magistri Stanislai de Chodecz Mareschalci Regni

Confirmatio Privilegiorum Ecclesie parrochialis in Seremyszi[?] in omnibus conditionibus etc.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regie con-
venit excellencie ea que digna sunt vel de novo concedere fi-
delibus vel prius concessa corroborare litterarum apici-
bus commendare Sigillis quoque autenticis et testium fidedignorum
annotatione perhennare. Proinde Nos Alexander dei gratia
Rex Polonie Magnusdux Lithwanie Nec non terrarum Cra-
covie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Russie prussie
ac Culmen[?] Elbingen[?] pomeranie dominus et heres etc. Signi-
ficamus tenore presentium quibus expedit universis presentium notitiam
habituris presentibus et futuris Quia nomine Magnifici et
venerabilis Petri Schaffranyecz de Pyeskowaskala
Castellani Wislicien[?] ac Radomien[?] et Sandecen[?] Capitanei
patroni et Sigismundi de Curhari[?] decretorum doctoris pleba-
ni seu rectoris Ecclesie parrochialis in Opido Sarzemyszi[?] cum[?]
dem[?] petri hereditario facte privilegia certa donationem ville
Zawadowe[?] intra Siradien[?] et districtu Radomskye iacen[?]
Ecclesie predicte in Szrzemyszi[?] factam continentia originaliter
nobis erant exhibita sub tenoribus infrascriptis. Primum pri-
vilegium. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam.
Nos petrus de Nadarow[?] Judex et Swantoslaus de Za-
vada Subiudex terre Siradien[?] generales. Significamus teno-
re presentium quibus expedit universis presentibus et futuris. Quod
rogati in Judicio in mea[?] et aliorum Nobilium infrascriptorum
presentia personaliter constitutus Nobilis Weslaus de Szukorzy-
ye sanus mente et corpore non compulsus nec coactus neque
aliquo fraudis dolo seductus Sed libera et spontanea
voluntate maturo suorum ... consilio amicorum totale[?]
suam propriam sortem hereditariam ... tunc[?] partem[?]

hereditate tocius Zawodowo prout solus tenuit et possedit
cum omni iure et dominio et proprietate cum agris cultis et
colendis pratis pascuis mericis nemoribus silvis gajis bor-
ris mellificiis virgultis dumetis fructetis stagnis lacubus
palludibus aquis aquarum decursibus censibus redditibus tribu-
tis honorariis dationibus aucupiis ortis pomeriis omnibus
que et singulis utilitatibus fructibus proventibus obvencionibus
appendiciis dependenciis ac pertinenciis universis sortis et Madibs
nullis penitus exclusis quomodolibet ad eandem sortem here-
ditariam pertinentibus que nunc ibi sunt vel imposterum fieri
possunt quibuscumque nominibus censeantur prout eadem sors
hereditaria in suis metis limitibus et graniciis ab aliis
circumferentiis longe lateque circumdivisa limitata et distinc-
ta sunt iuribus dominii et proprietatis in eadem sorte heredi-
taria pro se penitus relinquendo Magnifico domino Petro de
Przethkowaskala Succamerario Cracoviensi et Capitaneo Si-
radiensi pro suo manso in Taniky dando terram pro terra he-
reditatem pro hereditate et pro centum marcis monete et
numi polonicalium usualium quadraginta octo grossis in qualibet
marca computando additamenti titulo commutacionis perpe-
tue et irrevocabiliter perpetuitate resignavit tenendam habendam
possidendam donandam commutandam vendendam resignandam alienandam
ac ad usus beneplacitos convertendam prout sibi suis vel posteri-
tati legittime melius et utilius videbitur expedire, harum quibus
nostra Sygilla sunt appensa testimonio literarum, Actum et datum
in Przethkowo feria secunda post dominicam Oculi proxima Anno domini
Millesimo quadringentesimo vicesimo nono, Presentibus Strenuis
Nobilibus que dominis Chorzeniko de Surzycze vexillifero Flo-
riano de Wozniky Subvenatore dignitariis Siradiensibus Michael
de Byelchatowo Nicolao de Lubyathowo Johanne Spad de
Szarzgowo Joanne Chousth de Wodzyno heredibus et aliis pluri-
bus fidedignis Donacio privilegium In nomine domini amen Ad
perpetuam rei memoriam Nos Petrus Schaffcamyrz de Lu-
gycze Succamerarius Cracoviensis et Capitaneus Siradiensis Sig-
nificamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus

Et futuris perinde notum habituris Quod nos pro hac vice Regio pre
sidio pro salute animarum predecessorum meorum et pro mei dilectorum
parentum sperati inspiracione divina clemencia sencientes dicen
cium sacre scripture secundum dictum apostoli Quia non habemus hic
civitatem manentem sed futuram inquiramus Ihrerosolima
nempe amicorum meorum fretus consilio consciencia et spontanea
voluntate non compulsus nec coactus villam meam propriam Zawa
dowo in terra Siradiensi et districtu Radomskiensi sitam cum omni
iure et dominio censibus proventibus redditibus obvencionibus
et aliis libertatibus universis ac agris campis silvis nemo
ribus mericis pratis arvis et arabilis pis
cinis piscaturis rivulis torrentibus et aquarum decursibus et mel
licidiis universis appendiis quocumque vocabulo censeantur pro Ecclesia
Zagrzechowiensi Sereminen et pro prebendariis ad prius institu=
tis et infuturum instituendis pure propter deum dedimus et perpetu
bus damus temporibus perpetuo duraturis incorporavimus ap
propriavimus et largimur exclusa mea Iuris patronatus colla
cione et meorum successorum pro mansione linea exhibita meo re
nodio Starikon descendentibus pro nobis et meis posteris in
remissionem criminum meorum refundentur in Ecclesia mea Se
reminen et in mea collacione premissa superius duratura
In cuius rei testimonium Sigillum meum hic presentibus subap
pendi Datum in Przeszkaroskala die dominico post festum assump
cionis Marie virginis gloriose Anno domini Millesimo quadra
gentesimo vicesimo nono Presentibus Nobilibus Alexandro et
Spythkone de Sampoiro Nicolao Swestrzenicz Lorencz Wa
gradio Bandzyner Przedbislao de Porcamba Simone de Zgo
Nicolao de Trzebunga Iohanne de kwiatogiwdo et aliis quam
plures fidedignis testibus Actorum Premissorum In nomine domini
amen Ad perpetuam rei memoriam Quia tam inter mutis corum et
dubiorum pendent occurrere incomodis dum gesta etatis nostre
luxum apparibus et testium annotacione preclamamus ne lap
su temporis evanescat Proinde nos Wladislaus dei gracia
Rex polonie Nec non terrarum Cracovie Sandomirie Siradie
Lancicie Cuyavie Lithwanieque princeps supremus Pome
ranie Russieque dominus et heres etc. Significamus

Tenor presencium quibus expedit universis presentibus et futuris
presencium noticiam habituris Quomodo Magnificus petrus Schafra-
nyecz de Przethkonoskala Sandomiriensisque Castellanus suus di-
lectus vanam hanc seculi eminens gloriam et vitam in hac miseriarum
valle interim multis respersam amaritudinibus necessario labi-
lem et caducam animadvertens eo quod sic nascendo ut de rebus
transitoriis in hunc mundum intraverit sic nec aliquid exinde ca-
ne secum trahere poterit preter virtutes et opera quibus qui unum-
quemque prout ea gesserit consequitur Volens igitur diem ex-
tremum iudicii operibus prevenire pietatis et virtutibus redi-
mitam spiritum suum reddere conditori villam suam Zawadow intra
Sradiny et districtu Radomskye sitam pro Ecclesia sancti Sta-
nislai in Skrzinno et preposito qui pro tempore fuerit ac aliis
personis Ecclesiastice in eadem laudes conditori meo singulis
diebus persolventibus de dicta summa de soliditate argentea pro
remedio suorum dedit donavit assignavit perpetuoque incor-
poravit et inscripsit Maiestati nostre supplicans humiliter et
devote quatenus huiusmodi ville donacionem et incorporacionem sic
ut premittitur salubriter factam ratam et gratam habere et con-
sensum Regium prebere dignaremur Nos itaque precibus suis tam
quam iustis et racionabilibus benigniter inclinati predictam suam do-
nacionem incorporacionem de consensu suo certam ratamque
approbamus et tenore presencium confirmamus decernentes eam
robur obtinere firmitatis Et ut predicta villa ad prefa-
tam dicte Ecclesie in Skrzinno uberiora suscipiat incrementa ipsam
de iure polonico si quod in eadem hactenus remansisset in ius
theutonicum quod Maydeburgense dicitur transferimus perpetuo
duraturum removentes ibidem omnia Iura polonicalia modos et
consuetudines universas que ipsum ius theutonicum plerumque
perturbare consueverunt Eximimus insuper et perpetuo libera-
mus omnes dicte ville Zawadow incolas ab omni iurisdiccione
et potestate omnium Regni nostri Pallatinorum Castellanorum Ca-
pitaneorum Iudicum Subiudicum Camerariorum ceterorumque officia-
lium et ministerialium eorundem ut coram ipsis vel ipsorum ali-
quo pro causis tam magnis quam parvis puta furti incen-
dii homicidii membrorum mutilacionis seu pro quibuscunque aliis
excessibus citati minime respondeant nec aliquas

penas solui tenebuntur sed incole dicte ville coram sculteto
eorum qui pro tempore fuerit advocatus vero seu sculteto
coram preposito in Breznicza pro tempore existenti aut coram
nobis vel iudice generali nostro dum tamen prius per literam nostram
Sigillo nostro sigillatam evocatus fuerit et citatus et hic si
in reddenda iusticia negligens fuerit vel remissus tunc non
alias quam suo Iure theutonico Maidburgensi de se querulanti
tenebitur respondere sit astrictus In causis aut criminalibus
et capitalibus superius expressatis Sculteto pro tempore existenti
in metis et granicijs eiusdem ville placitandi puniendi corri
gendi plenam damus et omnimodam concedimus tenore presencium facul
tatem prout hoc ipsum Ius Theutonicum in omnibus suis particu
laritatibus condicionibus postulat et requirit Absolvimus insuper
et perpetuo liberamus scultetum et incolas supradicte ville
a servicijs omnibus et singularis ab expedicionibus et labo
ribus nostris ac stacionibus regalibus quibuscumque Salva tamen
contribucione duorum grossorum ad festum sancti Martini quos
singulis annis pro nobis et successoribus nostris perpetuo
reservamus harum quibus Sigillum nostrum est subappensum
testimonio literarum Datum in Nova Civitate alias Corczin
feria sexta proxima post festum Assumpcionis Marie Anno domini
Millesimo quadringentesimo vicesimo nono Presentibus Reverendis
in Christo patribus dominis Sbigneo Cracoviensi et Iohanne Chel
mensi Episcopis Necnon Magnificis et Strenuis Cristino de
Ostrow Castellano Cracoviensi Iohanne Cracoviensi Nicolao
de Michalow Sandomiriensi et Iacobo de Koniecpole
Siradiensi pallatinis alijs quam fidedignis Datum per manus
Reverendi in Christo patris domini Iohannis dei gracia Episcopi Wladisla
viensis Cancellarii et venerabilis Wladislai de Opporow de
cretorum doctoris prepositi Sancti Floriani vicecancellarii Reg
ni Polonie nobis sincere dilectorum ad relacionem eiusdem venera
bilis Wladislai de Opporow decretorum doctoris Regni Polo
nie vicecancellarii Et quia per exhibitorem eiusdem privilegiorum
nostri patroni et rectoris ecclesie in Breznicza supplicatum nobis
erat humiliter ut eadem confirmare dignaremur Itaque nos

Illa attendentes iusta et suspicione digna racione perpendentes suppli-
cacionibus quoque predictorum patrum et rectoris nostri nobis hu-
militer factis annuentes privilegia premissa de speciali gracia
et scientia Regiis nostris in omnibus punctis clausulis condi-
cionibus et articulis approbandum confirmandum et ratificandum duximus
approbamusque confirmamus et ratificamus decernentes illa
robur debite ac perpetue firmitatis optinere tenore presencium
mediante In cuius rei testimonium Sigillum nostrum est presentibus
subappensum Actum Cracovie sabbato in festo sanctorum felicis et
Aucti Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri
anno quarto Presentibus Reverendis in christo patribus dominis Jo-
anne Cracoviensi Mathia Premisliensi et Regni nostri
vicecancellario Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis vene-
rabilibus et Generosis Petro Myskowsky de Mirow Lanci-
ciensi Stanislao de Chodecz Marsalko Regni nostri et Capitaneo Leo-
poliensi Jacobo de Syrolska Wojewoda Johanne Jordan
de Zaklyczyn Biecensi Castellanis Johanne de Lasko Ecclesie
Gneznensis et Regni nostri Cancellario Jacobo de Szydlo-
wyecz Thezaurario Regni nostri curie Stanislao Lanth-
scoronsky de Brzezye pincerna Sandomiriensi Johanne
et Victorino de Szemno aliisque quamplurimis consiliariis et
Curiensibus nostris circa premissa testibus fidedignis Sincere et
fidelibus dilectis Datum per manus eiusdem venerabilis Joha-
nnis de Lasko Ecclesie Gneznensis et Regni nostri Cancellarii
nobis sincere dilecti

Johannes de Lasko
R. P. Cancellarius subscripsit

Privilegium Thorunensium super Molendinum vel Molendina in fluvio Drwancza

Ea repo

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Actiones quidem hu-
mani quemadmodum sub tempore sunt sic pro temporum momenta de-
fluunt et oblivioni incidunt nisi ingenio humano perscriptum vivo
literarum apicibus pergamenique immortalis posteritati relinquantur

Premitt nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus
tenore presentium etc. Quia famosorum Proconsulum et Consulum
Thorunensis Civitatis nostre fidelium dilectorum petitionibus nobis
porrectis tanto libentius annuentes quanto libentius incrementum
eorum Civitatisque predicte nostre augmentum conditionemque
meliorem semper futuram Ideo de certa sciencia et gratia
Regia nostra Molendinum ad molendina in villa Lubicz
in fluvio drwancza quecumque et qualiacumque et pro omnibus
aliis rebus molendis sedem quod pro utilitate et meliori condi
cione conservacioneque predicte Civitatis nostre Thorunensis Ipsis
Proconsulibus et Consulibus expedire videbitur de nostro regio
et consensu admisimus et consensimus Admittimusque et consen
timus presentibus imperpetuum dirigere eadem Molendina
per ipsos proconsules et Consules Thorunenses pro tempore existentes
cum omnibus eorum emolimentis utilitatibus et obvencionibus
quocumque nomine nuncupatis et quolibet exinde proventibus
eo iure quo supradictam villam Lubicz possident absque tamen
preiudicio et iactura Molendinorum nostrorum habendi possi
dendi utifruendi et in usus suos prout eis melius et uti
lius expedire videbitur convertendi tenore presentium mediante
imperpetuum In cuius rei testimonium Sigillum etc. Actum
Cracovie feria secunda festi sancti Egidii Anno domini Millesimo
quingentesimoquinto Regni nostri anno quarto Presentibus Re
verendis in Christo patribus dominis Johanne Cracoviensi et Ma
thia premisliensi Ecclesiarum Episcopis et Vicecancellario Regni
nostri Necnon Magnificis venerabilibus et Generosis Petro Mis
kowsky de Mirow Cracoviensi et Stanislao kmytha de
Wisnycze Belzensi pallatinis Jacobo de Szydluka Woynicensi
Johanne Jordan de zaklyczyn Bieczensi Petro Schaffra
nyecz de Pyeschkowaskala Wislicensi Castellanis ac Scho
rzowiensi et Radomiensi Capitaneo Stanislao de Brzezye Marsi
talco in Lanzskorona et Pincerna Sandomiriensi Stanislao
Molandrosky Thezaurario Curie nostre Ceterisque Consilia
riis et Curiensibus testibus ad premissa Sincere et fidelibus nostris
dilectis Datum per manus magnifici venerabilis Johannis de Lassko
Ecclesie Gnesnensis et Regni polonie Cancellarii Sincere nobis dilecti

Confirmacio Privilegiorum Monasterii Olive in Terra Pomeranie

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regie convenit excellencie ea que unquam sibi vel denuo concedit fidelibus vel concessa premissis corroborat literarum apicibus commendare sigillisque autenticis et testium fidedignorum annotacione perhennare. Proinde nos Alexander dei gracia Rex polonie etc. Significamus tenore presencium etc. Quod nomine venerabilis et religiosorum Gregorii abbatis et fratrum eius totiusque Conventus Monasterii Olive in terra nostra Pomeranie siti: exhibitum nobis erat privilegium confirmacionis Iurium et privilegiorum per divum olim Kazimirum genitorem nostrum eidem monasterio factum continens hunc qui sub tenore. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Fragilitas humana que in oblivionem et in errorem collabi consuevit et si gesta que fiunt pro comodo temporali perituro cum tempore solicitudinis studio arceat ut illibata in futurum permaneant quanto amplius et ea que ad divinum cultum augmentum in remediumque animarum intimi cordis et personarum celestium vitam monasticam et religionem profitentium prospiciunt et comode ordinacione naturali deficiente fabrica scriptura scripture et testium munimine perpetui actibus eius consistat roborem consequeretur atque perhennare. Proinde nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Magnus dux Lithuanie Russie Prussieque ac Culmensis Elbingensis et pomeranie heres et dominus etc. Significamus tenore presencium universis et singulis quibus expedit tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris Quod venerabilis et religiosorum Pauli abbatis totiusque Conventus fratrum Monasterii in Oliva ordinis Cisterciensis dioc. Wladislaviensis [illegible] in terra nostra Pomeranie siti tam pro se quam pro [illegible] Sanctimonialium Cenobii in Zarnowycz ordinis eiusdem Cisterciensis que et cum eorum bonis omnibus dicto monasterio in Oliva et eius pro tempore abbati immediate subesse dinoscuntur oblata nostre Maiestati peticione continebat quatenus eorum et dictorum monasteriorum omnia et singula Iura literas

Privilegia et munimenta per eos dudum habita et habitas ipsisque
et eorum monasteriis predictis per quoscunque principes Polonie
et Pomeranie sive eorum ordinem Cruciferorum in Prussia
in et super omnia et singula eorum et dictorum monasteriorum
bona hereditates villas census redditus proventus introitus
piscaturas et possessiones quascunque sub quibuscunque formis
et tenoribus concessa et concessas de benignitate nostra Regia
ratificare approbare roborare et confirmare dignaremur. Nos
igitur Kazimirus Rex prefatus attendentes abbatem et conventus
predictorum peticionem huiusmodi fore iustam et racioni consonam
eorumque erga nos et Regnum nostrum eorum tempore Gwerrarum inter
terris Prussie per nos habitarum fidei devocionem et constanciam con
federata attendentes insuper dicta monasteria Olive et
Zarnovicz per predecessores meos per Reges et principes
Polonie fuisse et esse fundata erecta et dotata quodque iusta
petentibus assensus non est denegandus. Matura inter
nos deliberacione prehabita omnia et singula monasteriorum
predictorum Olive et Zarnovicz Iura literas privilegia et
munimenta ipsis et eorum cuilibet de et super quibuscunque
eorum bonis hereditatibus villis quarum ante Gwerram [?]
feris per nos motam et sub Gwerra habebant et actenus
habent pacificam actualem et realem possessionem censibus pro
ventibus introitibus redditibus piscaturis libertatibus et pos
sessionibus quibuscunque per quoscunque Pomeranie et et Po
lonie principes sive eorum ordinem cruciferorum sub quibuscunque
formis et tenoribus concessa et concessas de certa nostra scien
cia ac unanimi prelatorum et Consiliariorum nostrorum Consilio
et assensu iuxta eorum omnium continenciam verum formam et teno
rem ac in omnibus partibus articulis condicionibus et clausulis ra
tificavimus approbavimus roboravimus et confirmavimus prout ra
tificamus approbamus roboramus et confirmamus tenore presencium
mediante decernentes quod omnia et singula premissa ac si presentibus inser
ta et eorum tenoribus essent expressa robur obtinere perpetue
firmitatis. Ac declarantes quod monasteria predicta eorumque
fratres et Sorores in vim huiusmodi nostre ratificacionis omnibus
et singulis Iuribus privilegiis munimentis libertatibus bonis

hereditatibus villis possessionibus censibus redditibus proventi
bus emolumentis et introitibus quibuscumque nominibus et vocabulis
censeantur et vocitantur In quorum quarumque vero premis
sorum ad Bruarcza Czeruskens per nos motam et subrac
Bruarcza fuerint et acteneq sit possessioni pacifica et qui
eta realique et actuali libere ac pacifice et quiete absque
impedimento quolibet plene et integre ac ita longe et late prout
singula in suis metis et limitibus ab antiquo latere limitata ex
stitit et distincta uti et gaudere eaque et eas heredes maneri tenere
et possidere possit et valeat in futurum In cuius rei testimoni
um presens sigillum nostrum publicum est appensum Actum in conventione
generali in Pyothrkowo pro dicta Regnicolarum instituta et ce
lebrata sabbato in vigilia festi penthecostes Anno domini Millesimo
quadringentesimo sexagesimo septimo Presentibus Reverendissimo et
Reverendis in Christo patribus dominis Johanne Sancte Gneznensis
Ecclesie Archiepiscopo et primate Regni Polonie Cancellario
Johanne Cracoviensi Jacobo de Senno Wladislaviensi et Andrea Pos
naniensi Episcopis necnon Magnificis Strenuis et Generosis
Johanne de Thanczyn Castellano Cracoviensi Johanne de Pyl
cza Cracoviensi Derslao de Rethphriani Sandomiriensi Sta
nislao de Ostrorog Calisiensi Nicolao de Brudzewo Sira
diensi Nicolao de Conyeczyelecz pro tunc Brestensi Johanne
de Coszczyelecz Junivladislaviensi Stanislao de Chodecz
Leopoliensi ac Capitaneo Podolie Wroth de Nowemyasto
Plocensi Nicolao de Kuthno Rawensi Gabriele de Bayszen
Culmensi Pallatinis Petro de Schamotuli Posnaniensi Hynczka
de Rogowo Sandomiriensi Petro de Bnyn Kalisiensi Johanne
Zaraba de Kalinowa Siradiensi Knyatha de Wyssochyczye
Lublinensi Johanne Felix de Tharnow Wisliciensi Stanislao Math
czopka de Szczelcze Sandecensi Eustachio de Szprowa Rado
miensi Dobeslao de Zyrawicza Premisliensi Castellanis Johan
ne de Rethphrani Marsalko Jacobo de Dambno Vicethe
saurario Regni Polonie Capitaneo Cracoviensi et aliis quam
pluribus fidedignis circa premissa Datum per manus prefati
Reverendissimi patris domini Joannis Archiepiscopi Gneznensis Can
cellarii et Venerabilis Alberti de Zachlino vicecancellario Reg
ni Polonie sincere nobis dilectorum Et quia per nos hec exhibi
rum

Nomine abbatis et Conventus predictorum supplicatum nobis
erat ut illud more maiorum nostrorum confirmare digna-
remur Itaque nos illud esse iustum et suspiciens vario ra-
tio perpendentes supplicationibus quoque abbatis et Conventus pre-
dictorum humilibus annuentes privilegium suprascriptum alia-
que vetustiora in se continentes de speciali gratia et scientia re-
gia nostra in omnibus punctis clausulis conditionibus et arti-
culis approbare confirmare et ratificare duximus approbamus-
que Confirmamus et ratificamus decernentes illud robur
debite ac perpetue firmitatis obtinere tenore presentium me-
diante In cuius rei testimonium Sigillum nostrum est appensum
presentibus Actum Cracovie feria secunda in festo sancti Egidii
Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni nostri anno
quarto Presentibus ut prius supra

Consensus Monasterii eiusdem in Oliva super villas Strzepowo et Bielowo etc.

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia con- Ca
stitutus personaliter coram nobis Egregius Stephanus Pychal-
ko phisicus noster sanus mente et corpore ac matura inter se de-
liberatione prehabita recognovit et ore expresso fassus est
Quod bona nostra Regalia tenuit sua in terris nostris Prussie et distric-
tu derschauiensi consistentia videlicet Curiam et villas Strze-
powo et Bylowo cum lacu Klambokij et lacubus minoribus
que ad advocaciam Strzepowo pertinent sic prout ea solus tenuit
et iuxta inscripta habuit ad summas pecuniarum sibi per
nos vel antecessores nostros in eisdem bonis iuste et legittime
inscriptas venerabili Gregorio et suo conventui Monasterii
Olivae dedit et resignavit Ad quamquidem donationem et resigna-
tionem taliter factam Nos de speciali gratia nostra consensum nostrum Regi-
um prebuimus et prebemus presentibus decernentes per ipsum Abbatem
et Conventum in Oliva [illegible] villas et nemora et lacus
predictos iuxta vim et tenorem inscriptionum originalium super
illa iuste datarum tenendum habendum et possidendum pacifice usque ad
exemptionem qua facta possessio eorundem bonorum ad nos

et successores nostros viderit pleno iure iuribus nostris regalibus
per omnia semper salvis Harum etc. datum Cracovie feria secunda
festi sancti Egidii Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Donatio Centum Marcarum venerabili Nicolao de Koszczyelecz in Zuppis premisliensibus

r[illegible] Alexander etc. Significamus etc. Quod cum nuper Episcopatum
Ecclesieque Chelmensis venerabili Nicolao de Koszczyelecz
preposito wladislaviensi contulimus sic ut premittitur Intelligentes
bona Ecclesie illius per Ruthenos et predones hostium incursus
vastata adeoque demollita esse ut Episcopus pro tempore existens
ex eis statum suo decentem nequeat promovere Idcirco de specia
li gratia nostra eidem domino Nicolao de Koszczyelecz Electo
Chelmensi pro statu et provisione sua in Ecclesia predicta
Chelmensi habendis usque ad provisionem meliorem sibi per
nos faciendam seu ad pinguioris Episcopatus assecucionem
Censum annuum Centum marcarum quas olim Reverendus in
Christo pater dominus Cresslaus Episcopus wladislaviensis et Regni
Cancellarius ex donatione temporali olim Maiestatis
patris Regis duntaxat ad vite sue tempora habuit propterea quod
que consueverat in Zuppis nostris premisliensibus dandum et
donandum duximus damusque et donamus presentibus Quocirca
vobis moderno et pro tempore existenti Zuppario etc. et Reliqua
nas receptori et in forma Cancellarie datum feria quarta
proxima post Egidii Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Consensus Nicolai Malik Rosslakowski super Molendinum Sorhazowien et cum inscriptione Lyakum predictum Molendinum coercen

tx

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Sublimis Re-
gum Maiestas non extrahit suas virtutis Egregias ea sibi lau-
dis et glorie nomen conciliat: sed et illud quod ipsa olim maiores
suos illis concessum fuit et hoc quod ceptis dextera sui munifi-
centie implevit ne sub vario perfluxu temporis pessum ... innovat
roborat et validitati ac memorie hominum per literarum tenores
commendat in perpetuum. Proinde nos Alexander dei gratia Rex
Polonie etc. Significamus tenore presentium. Quod coram Maies-
tate nostra comparens Magnificus Jacobus de Schydlowyecz
Regni nostri Thezaurarius et Capitaneus Lancicien(sis) fidelis nobis di-
lectus sanus mente et corpore existens: usque usus desuper
maturo et salubri consilio, Molendinum nostrum Sochaczoviense
infra Civitatem nostram Sochaczow super flumine Bzura situm
quod annis superioribus de manibus providi Johannis Zawisza
sive Clinis et conda Molendinatoris Sochaczoviensis con-
sentiente olim Joanne Alberto germano et predecessore nostro
redimerat. harum serie de consensu tunc nostro: quem sibi presenti-
bus damus Nobili Nicolao Malik Roszlakowsky dedit
donavit et resignavit: datque donat et resignat tenore presenti-
um in perpetuum per ipsum Nicolaum et successores eius tenendum
habendum utifruendum pacifice ac sub consensu nostro vendendum commu-
tandum. Quinquidem Jacobus insuper supplicavit nobis ut literas
literas infrascriptas predicto Molendino concernentes rati-
ficare et innovando colligendo privilegium ex illis novum confir-
mare et etiam prerogativas infrascriptas Molendinatoribus illius
molendini concessas confirmare et approbare dignaremur.
Quarumquidem literarum sequitur tenores. In nomine domini amen.
Anna dei gratia ducissa Mazovie etc. Significamus tenore presentium
quibus expedit universis presentibus et futuris harum notitiam ha-
bituris. Quod ad nostram nostrorumque dominorum presentiam no-
bilium tunc existentium veniens personaliter Providi et circum-
specti Martinus et Anna pueri olim providi petri Mo-
lendinatoris Sochaczoviensis ex una et Johannes Rudo sive

filiastris Johanne Stanislao natis providi Nicolai fabri Et
Jacobus filius Mathie fratribus ex altera de Minora
Thczyn propinqui et consanguinei ultimi et immediati olim
Nicolai Molendinatoris Sochaczoviensis palam publice
per expressum recognoverunt Quia Molendina ipsorum vulgariter
Molare et pannifullorum ad ipsos Jure hereditario spectantia
et pertinentia super flumine Bzura vocato infra Civitatem
nostram Sochaczoviensem consistentia cum terra mansura omni
emolimentorum videlicet grani et seminis ac pannifullorum emoli
mentorum suis pertinenciis provenientium cum omni Jure dominio et
proprietate prout ipsa Molendina ad ipsos Martinum
et Annam Joanni Cando suis cum filiastris Joanne et Sta
nislao et Jacobo filio Mathie ex successione propinqui
tatis spectabat et pertinebat et prout ipsa actenus tenu
erunt et possiderunt cum Juribus dominii et proprietatis
et quibusvis provenientibus in eisdem ipsis et ipsorum successoribus
reservando Bona fide non compulsi non coacti nec aliquo
sinistro colore aut fraude circumventi sed de amicorum suorum
consilio salubri Providio et Circumspecto Johanni Zavoyssczyk
proconsuli et Civi nostro Sochaczoviensi de consensu nostro
speciali et Consensu voluntate pro Centum Sexagenis cum tertia
Sexagenis in medio grossorum numeri et monete Regni et
pro quadraginta vero parvi nummorum et hec dotis alio
postlagio honeste Katherine consortis ipsius Johannis legittime
iusto titulo vendicionis vendiderunt et resignaverunt prefato
ipsi Johanni Zavoyssczyk et Katherine sue consorti
dicta Molendina vulgariter Molare et pannifullorum cum
omni Jure ut premissum est tenendum habendum regendum guber
nandum ac paciffice et quiete possidendum proventusque et emoli
menta ac proventus de dictis Molendinis provenientes ab antiquo
ad Molendinatorem iure hereditario spectat et pertinet pro
se et dicta Katherina sua consorte tenendum levandum et ad usus
ipsorum beneplacitos convertendum nec non ~~ad usus ipsorum disponendum~~
~~prout ipsis melius et utilius~~ dandum donandum vendendum
commutandum obligandum in parte vel in toto et hoc de consensu
prefate Katherine consortis sue cum dicta ipsa Molendina

sint empta et comparata ac ad usus eorum disponendi prout
eis melius et utilius videbitur fore expedire mea et meorum
successorum voluntate requisita et consensu Preterea quia Mo-
lendina mea predicta inferius Civitati meam Sochazowien
consistentia originalia et fundamentalia tracta sunt et trahi-
tur ex molendino originali et fundamentali quod sub Castro
meo Sochazowien iacebat et consistens fuerat: nunc vero
desertatum: Volumus quod imposterum ipse Johannes sua ac consorte Ka-
therina et quipiam earum dicti Molendini sic sub Castro
meo desertati impediat in eorum loco ubi dictum molendinum
fuerat consistens dicto Molendino inferius Civitati iacens
per ipsum Johannem empti et sibi ac consorti sue Katherine
resignati adiungimus ascribimus damus quod et incorporamus
perpetue et in eum ista quod eximimus et decernimus illius ad
dictum locum molendini sub Castro desertati habeat propinqui-
tatem et Ius prout quam ipse Johannes ac Katherina consorte
sua et successores ex ea procreati Iura quoque omnia pro dicto
Molendino sic desertato spectantia molendino inferius dicte
Civitatis consistenti transfundimus et incorporamus et quibus
transfundimus appropriamus et incorporamus Cum omnibus Iuri-
bus tam ab antiqua quam ad nova molendina spectantibus per
ipsum Johannem et Katherinam suam consortem predictam et suc-
cessores ipsa procreatos de consensu meo et voluntate ut pre-
missum est tenere habere possidere et ad usus eorum beneplaci-
tos convertere prout ipsis Johanni et Katherine successoribusque
sic ut premittitur ex ipsa procreatis melius et utilius vi-
debitur fore expedire In cuius rei testimonium Sigillum meum
presentibus est appensum Datum in Sochazowo feria secunda proxima
ante Beati Thome apostoli Anno domini Millesimo quadringen-
tesimo septuagesimo quinto Presentibus Magnifico Generoso et
Nobilibus dominis Slawosz de Unemiglowy Castellano et
Capitaneo Iacobo de Mikolaiewo Iudice Sochazowien Io-
anne Olzga de Olszka Succamerario Iohanne Zawadzki Tri-
buno Sochazowien Ioanne Smarsch Ioanne de Gnedrowo
Curie mee fidelibus dilectis Stanislao notario qui tunc habent
in commissis

Kazimirus dei gracia Rex Polonie Magnusque dux Lithwanie
Russie prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium
universis quibus expedit harum noticiam habituris Quod con
stitutus in nostra presencia Maiestatis providus Joannes Za
woyschich procunsul Sorhagoviensis obtulit nobis literas Perla
te principis domine Anne Relicte olim Illustris principis
Woladislai ducis Mazovie appenso Sigillo sigillatas quibus
forum et empcionem Molendini ad terciam mensuram zmolinie
torum cuiuslibet seminis ac grani et pannifullonis cum the
cum suis pertinenciis Martho Anna providorum olim Petri Molendinato
ris Sorhagoviensis ex una et Joanne Bundo et nepotibus suis Joha
ni et Stanislao filiis providi Nicolai fabri et Jacobo filio Ma
thie partibus ex altera factam concedit et admittit nobis
humiliter supplicans ut et nos ad forum predictum et empcionem
nostrum Regium liberaliter graciose prebere consensum Nos vero
eo peticionibus eius inclinati presertim cum ipsa domina ducissa
suprascripta adeptum admiserit dictumque et contulit nostrum Re
gium consensum damusque et concedimus tenore presencium mediante
dictum molendinum cum suis attinenciis prefato suisque successo
ribus legittimis iuxta vim et tenorem literarum superius tacte domine
ducisse et earum puncta articulos et condiciones tenendum haben
dum utifruendum possidendum pacifice et quiete Juribus tamen ibidem
iuxta continentiam et seriem literarum nostrarum presentium tale est abso-
lutum et elliberatum habeatis ipsum nimine impedituri aliter pro gratia
nostra facere non ausuri. Datum Cracovie feria quinta proxima ante
festum Sancti Michaelis anno domini Millesimoquingentesimo quinto Regni
vero nostri quarto

Relatio Venerabilis Joannis de
Lasko Regni Polonie Cancellarii

Quit.

Alexander etc. Significamus etc. Quomodo Nobilis Margaretha de Plisgijn consors
Nobilis Johannis Oborowsky coram nobis personaliter constituta non compulsa
nec coacta sponteneaque voluntate, deliberacione matura prehabita confessa
est eundem Johannem suum maritum eandem sponteque et libere recognovit Quomodo
Generosus Johannes Gruth Tribunus Lublinen. germanus eius sibi
pro bonis paternis de sorte sua bonorum premissorum effectualiter satisfecit, et
qua satisfactione ipsum et suos successores per presentes quittavit, et quittat
[illegible] in cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum est subappensum.
Datum Cracovie feria quinta post festum beati Michaelis Anno domini Millesimo
quingentesimo quarto

Sors in Comonino

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regie convenit excel-
lencie ea que vigore suo vel de novo concedit fidelibus vel prius concessa
habita que corroborat literarum apicibus commendare sigillis que autenticis et
testium fidedignorum annotacione premunire. Proinde nos Alexander dei gracia Rex
Polonie Magnusdux Lithwanie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lan-
cicie Cuyavie Russie Prussie Culmen Elbingen Pomeranie que dominus et heres etc.
Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam
habituris. Quod dum superioribus temporibus Nobiles Jacobus, Johannes et Nicolaus
germani de Comonino filii nobilis olim Petri Sarnowsky, terrigene nostri Ploczen-
[illegible] exposuissent nobis quod licet et dictus olim genitor ipsorum cum viveret
et ipsi post obitum eius a pluribus annis proximis preteritis fuerint in possessione
pacifica certe sortis hereditatis ibidem in Comonino per eundem Sarnowsky empte
que erat olim Nobilis Stanislai Jacobi de predicta Comonino prout et hactenus
germani suprascripti asserebant se in huiusmodi possessione existere, tamen quia
per quosdam Nobiles Stanislaum Michaelem et Andream germanos de Lang[illegible]
predicti germani de Comonino pro eadem hereditate ad Judicium terrestre evocabantur
inquietabanturque ex eo quod privilegio desuper eis carent carerent. Propterea
supplicarunt nobis ut illis privilegium super dictam hereditatem iuxta continenciam
et exemplar cuiusdam copie coram per eos exhibite quam de Registris olim predecessorum
nostrorum ducum Mazovie que vulgo illic appellantur Metrica extracta fuisse
allegabant dare dignaremur. Nos autem providentes ne [illegible] privilegium [illegible]
et in preiudicium alicuius concederemus, tunc eorum peticionibus non annuimus
sed ad preclaram Annam ducem et gubernatricem Mazovie in cuius manibus predicta
olim ducum Mazovie Registra reposita habentur scripsimus ut nobis ex huiusmodi Registris
veram copiam dicte Inscripcionis si illic reperiri posset sigillo suo ducali obsignatam
dirigeret aut saltem nos redderet certiores de posicione et veritate eiusce rei. Que
continuatur prenominata Inscripcio in ipsis Registris invenit, quam tandem dux ipsa sigillo
ducali communi sigillatam ex Metrica ducali sumptam direxit. Erat que per eosdem
fratres de Comonino exhibita nobis cum peticione repetita ut ex eius tenore privi-
legium ipsis fratribus concederemus. Cuius ac Inscripcionis et literarum predictarum sequitur
tenor. Anno domini Millesimo quadringentesimo Nonagesimo quarto In Plonsko feria
quarta infra octavas Epiphaniarum presentibus Magnifico et Generosis Johanne
de Radzimino Castellano Warschoviensi, Boguslao de Romoka iudice Zakr[illegible]
de [illegible] vexillifero Ploczen, Jacobo de Rzewnin (?) Wyschegroden et Johanne
Lazyel de Laniwonky (?) Wyszen. tribunis. Nobilis Stanislaus Jacobi de Como-
nino palam recognovit quia totam suam porcionem paternam et maternam here-
ditariam in Comonino hereditate in districtu Racianzen sitam cum omnibus
propinquitatibus et derelictis in longum et latum prout dicta hereditas ex
antiquo in suis limitibus consistit cum omni iure dominio et proprietate ac cum
omnibus et singulis utilitatibus proventibus censibus ~~propinquitatibus~~
~~et derelictis in longum et latum prout dicta hereditas ex antiquo in suis~~
~~limitibus consistit~~ kmethonibus advocatis scultetis inquilinis ortulanis
tabernatoribus domibus areis horreis acervis segetibus frumentis agris cultis

et incultis campis pratis silvis borris gajis mericis mellificiis alveariis
apibus et mellis ex eis provenientibus venacionibus aucupiis aquis rivis flu-
viis fluminibus piscinis piscinulis piscibus et eorum piscaturis aquarum que decursi-
onibus molendinis aquaticis equitivis et ventilibus ac eorum emolumentis
et generaliter cum omnibus laboribus honoribus angariis obvencionibus que illic
sunt et in futurum humana industria fieri aut inveniri possunt quibuscumque
nominibus nuncupentur nichil penitus iuris dominii et proprietatis pro se et succes-
soribus suis in eadem hereditate Lomonyno reservando Nobili Predborio de
Crankowo et suis successoribus pro sex iugeribus in Grzibowo hereditate in eodem
districtu sitis cum omni iure suo et utilitatibus necnon cum addicione sexaginta
sexagenarum et equo in valore sex sexagenarum grossorum in solidis ipsi Stanislao
per eundem Predborium facta bona pro bonis terram pro terra agrum pro agro
commutavit et voce irrevocabili perpetue et in evum ex causa commutacionis resig-
navit. Ceterum nobilis Stanislaus Jacobi de Lomonyno palam recognovit quia
dicta sex iugera in Grzibowo hereditate in districtu Raczanen sitis in longum
et latum prout dicta hereditas sua in limitibus ex antiquo consistit cum omni
iure suo dominio et proprietate ac omnibus et universis utilitatibus fructibus
attinenciis et obvencionibus quovismodo nomine nuncupatis nunc et in futurum
in dicta hereditate existentibus nichil iuris dominii et proprietatis pro se et succes-
soribus suis legittimis reservando prefato Predborio de Crankowo et eius legitimis
successoribus pro sex sexagenis grossorum in solidis vendidit et voce irrevocabili
perpetue et in evum resignavit. Ex Metrica privilegiorum Illustrissimi olim
principis et domini domini Johannis dei gracia ducis Mazovie etc. Nos Bogislaus
de Romoka Iudex et Johannes de Scholsczino subiudex terre Ploczensis Significamus
tenore presencium tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris quibus expedit
generaliter universis. Quod dum in Iudicio Serenissimi principis domini et domini
Johannis dei gracia ducis Mazovie Russie cum ceteris fidedignis presidebamus
iudicantes tandem veniens nobilis Predborius de Crankowo ipsius spontanea
voluntate palam recognovit quia prout tenuit et habuit ac possedit porcionem
nobilis Stanislai Jacobi de Lomonyno videlicet super bonis Lomonyno hereditate et in
districtu Raczanen sitis que sibi erat lapsa per modum commutacionis facte cum
prefato Stanislao cum addicione sexaginta sexagenarum et equo in valore sex sexa-
genarum pro sex iugeribus in Grzibowo iuxta ius N. h. ipsius Predborii
prout Lacius dictum ius N. h. disponit eandem porcionem Stanislai totalem
et cum totali vigore sui iuris ac omnibus et singulis utilitatibus fructibus
proventibus censibus redditibus emolumentis agris pratis silvis indaginibus
obvencionibus et generaliter universis cum omnibus propinquitatibus descenta-
cionibus devolucionibus quod nichil pro se in eadem porcione penitus reservando
Nobilibus Petro Sadnowski de Lomonyno et Nicolao ipsius Petri filio in eadem
summa in qua sibi dicta porcio lapsa est videlicet in septuaginta sexagenis
grossorum in solidis demisit et per presentes demittit perpetue et in evum
recepta ab ipsis satisfaccione sufficienti pro prescriptis septuaginta septuaginta
sexagenis in cuiusque porcionis prefatus Petrus pater debet esse in medietate

Et nicolaus filius eius in alia medietate Et hoc ideo quia pro eadem
porcione per medium peruenerunt cum predborio dederunt vz petrus triginta
et quinque sexagenas et Nicolaus etiam triginta et quinque sexagenas
et in porcione Nicolai Johannes oczeschek esse qui in medio manso
residet et reliquum de predio habere debet tantum quantum sibi venit
ita quod vna medietas aliam medietatem patris non excedat neque mi-
nuatur In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt
subappensa Actum et datum in Raczansch feria secunda in crastino
omnium sanctorum Anno domini millesimoquadringentesimo nonagesimo quarto

Nos itaque Alexander Rex eorumque Jacobi Johannis et Nicolai germa-
norum de Comorgno peticionibus humilibus annuentes de certa sciencia
et gratia Regia nostris suprascriptas literas confirmavimus et confirmamus
Propterea quod dictis fratribus de Comorgno et eorum successoribus super
id novum presens privilegium dandum et concedendum duximus damusque
quod et concedimus Volentes decernentes literas premissas et hoc presens nostrum
privilegium robur obtinere firmitatis debite tenore presentium mediante
in perpetuum In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est
subappensum Actum Cracovie feria quinta proxima post festum Sancti
Mathei Apostoli et Evangeliste Anno domini millesimoquingentesimo quinto
Regni nostri quarto presentibus Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus dominis
Andrea Archiepiscopo Gneznensi et primate Bernardino Archiepiscopo Leopoliensi
Johanne Cracoviensi Johanne ~~pl~~ poznaniensi Mathia premisliensi Regni
nostri Vicecancellario Nicolao de Coszczelecz Electo Chelmensi Ecclesiarum
Episcopis Necnon Magnificis venerabilibus et Generosis Johanne de Tarnow
Cracoviensi petro Myszkowski de Mirow Lanciciensi Johanne de
Tarnow Russie Nicolao de Cmeszwanki Lublinensi Stanislao Kmitha
de Wissnicze Belzensi Prandotha de Threzana Rawensi palatinis Jacobo
de Sznckluka Voynicensi Johanne Jordan de Zaklicżyn Bieczensi petro
Schafficzmiecz de Pieschkowaskala Visliciensi Martino de Bepnica Zawicho-
stensi Castellanis Johanne de Lassko Cancellario Jacobo de Schidlowyecz
Thezaurario Regni nostri Stanislao Jaroczki Curie nostre Marschalko
Johanne Lathalski preposito Cracoviensi Secretario nostro et derslao Vilczek
de Lyubnen Succamerario Leopoliensi aliisque quamplurimis Consili-
ariis et Curiensibus nostris ad premissa testibus sincere et fidelibus dilectis
Datum per manus prefati Johannis de Lassko Ecclesie Gneznensis
et Regni polonie Cancellarii sincere nobis dilecti

Johannes de Lassko Regni
supra Cancellarius R

Vos

Alexander dei gracia Rex etc. Significamus tenore etc. Quomodo in nra — [marginal note: Vsa]
et Consiliariorum nostrorum lateri tunc nostro assidencium presencia per:
sonaliter personaliter constitutus Generosus petrus Sokolowski Castellanus
Cznarnen Terre Brestben non compulsus non coactus nec aliquo errore
deceptus seductus quinimmo sanus mente et corpore existens animoque suorum
salubri fretus consilio ac matura deliberacione inter se prehabita publice
recognovit quia coniugali permotus zelo in Generosam Barbaram
consortem suam Lutomari et Generosi Mathei Grodzenski Castellani
Bidgostiensis filiam sibi quadringentos florenos in medijs grossis florenum
quemlibet per mediam sexagenam computando racione dotis et quadrin:
gentos simili racione dotalicij in et super medietate summe pecuniarum
in villis infrascriptis inscriptarum videlicet villa nra Regali Crobija
in Terra dobrinen et villis hereditarijs tenute sue videlicet Zale in eadem
Terra Dobrzinen et Pilchowicze in Terra Cznarnen et districtu Radze:
iowien sitis et generaliter in medietate omnium bonorum suorum hereditario:
rum et obligatorum stabilium et mobilium ac prediorum que nunc
habet et postea habiturus est quocunque nomine censentur inscripsit et
dotaliciando reformavit rite quoque et racionabiliter resignavit per ipsam Barba
ram bona suprascripta cum omni Iure dominio et proprietate necnon
censibus fructibus redditibus proventibus agris campis pratis predijs
pecoribus et pecudibus ad eadem predia pertinentibus silvis borris nemoribus
merictis gaijs rubetis mempcionibus mellificijs venacionibus fluvijs flumi:
nibus piscinis piscaturis Lacubus stagnis molendinis et eorum emolimentis
alijs quoque omnibus et singulis pertinencijs et obvencionibus quocunque nomine
nuncupatis nullis exceptis ad bona suprascripta quomodolibet ex antiquo
spectantibus prout idemque petrus tenuit et possedit tenere habendum
utifruendum pacifice et quiete possidendum iuxta Regnisterium consuetudinem terra:
rum in quibus bona prefata consistunt in talibus antiquitus observari
solitam Quamquidem dotis et dotalicij reformacionem tanquam rite et racionabiliter
factam et per venerabilem Albertum Canonicum Poznaniensem germanum supra
dicte Barbare susceptam nos ratam atque gratam habentes admisimus et
admittimus presentibus decernentes eam robur ~~perpetue~~ firmitatis debite obti:
nere harum etc. est Datum Inowladislaviensi vel Crakowie feria quarta
proxima post festum Sancti Mathei Apostoli Anno domini ~~millesimo~~
millesimo quingentesimo quinto Regni nostri quarto

Johannes de Lasko R. P.
Cancellarius subscripsit

Locatio Lipniki

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam prelarga regum
maiestas cum multis futuris subditorum incertis eventibus que adversitas
occurrere solet cum id quod per predecessores reges aut principes pro
meliori eorum comodo munifice largitum erat per rerum vetustatis consectum
pessum eat litteris et sigillis autenticis innovando perhennat Proinde Nos
Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia nomine
Nobilis Katherine Relicte olim Nobilis Zawissii Oznablowski Sculteti
in Lipniki privilegium infrascriptum coram nobis erat exhibitum cum
hac peticione ut illud innovare approbare ratificare et confirmare di-
gnaremur cuius sequitur tenor In nomine domini amen Quod mag-
nifica Regum fieri ~~consueverunt~~ decrevit auctoritas ratum atque
stabile debet perpetuo permanere Eapropter Nos Kazimirus dei gratia
Rex Polonie Nec non terrarum Cracovie Sandomirie etc. Notum facimus vo-
bis quibus expedit universis Quod utilitates regni nostri in destructio-
ne Brzezin per extirpacionem nemorum ampliari cupientes Ex nunc provido
viro Michaeli de Ilessyn villam novam in silva nostra Brzezino
Lask vulgariter dicta incipiendo a capite Zrodli sic dicti versus Lu-
busha ex utraque parte eiusdem Zrodli usque ad terminos Magdebur-
gen Septuaginta mansos continentem Locandi damus et concedimus
omnimodam potestatem nomen eidem ville Lipniki imponendo supra
dictum Michaelem et eius legittimos successores scultetos in eadem
villa facientes Racione autem Locacionis redditus infrascriptos eidem
Michaeli et suis successoribus perpetuo assignamus videlicet quatuor
Mansos liberos molendinum liberum cum tribus rotis tabernam libe-
ram piscinas quotcunque infra limites predicte ville construere poterit
Macellum liberum mensam panum mensam sutorum braxatorium
liberum etiam sextum denarium census et tercium denarium iudicati
que omnia supradicta eidem Michaeli et suis successoribus nomine
sculteciae libere et sine aliqua solucione assignamus Insuper pro
Ecclesia ibidem fundanda mansum unum in medio Pro pellicudo vero
Grege quod Skothnicza vulgariter dicitur duos mansos assigna-
mus seu deputamus Expirata autem libertate kmethones supra-
dicte ville nobis et nostris successoribus de quolibet manso
octo scotos grossorum usualis monete racione census solvere
tenebuntur Volumus insuper et presentibus decernimus ut memoratus
Michael et eius heredes nobis et nostris coheredibus cum homine

in Equo quinque Marcarum in pancerio cum hasta ad qualibet expe-
ditionem libertate expirata servire sit astrictus Statim insuper
vero post expirationem libertatis prefatus Michael et sui successores
ad nos hominem nostrum seu procuratorem ad faciendum Magnum Iudi-
cium ter in anno tenentur recipere et congruis expensis ipsa
semel ex villam bis honorifice procurare aut pro quolibet pran-
dio assignare fertonem grossorum Preterea absolvimus eximimus et
tenore presentium perpetuo liberamus Sultetum kmethones et quos-
libet incolas eiusdem ville ab omnibus Iudiciis Iurisdictionibus
et potestatibus omnium pallatinorum Castellanorum Iudicum et Subiudi-
cum Universorum nostri Regni ac ministerialium eorundem Ita quod coram
nobis vel coram aliquo pro causis tam Magnis quam parvis puta furti
Sanguinis homicidii incendii Membrorum mutilacionis et aliis
universis aliqualiter minime respondebunt Sed tantum kmethones et incole
memorate ville coram Sculteto Sultetus vero coram nobis aut nostro
procuratore generali dum tamen per literas nostras nostro sigillo sigillatas
evocatus fuerit tamen de se querulantibus non aliter nisi iure nostro
theutonico scilicet Maydemburgensi respondere sunt astricti In
causis autem Criminalibus et Capitalibus superius annotatis Sul-
teto antedicte ville qui pro tempore fuerit iudicandi sentenciandi
puniendi et condemnandi plenam et omnimodam concedimus
facultatem potestatem secundum quod ipsum ius theutonicum scilicet Mai-
demburgense postulat et requirit damus siquidem prenotato Micha-
eli et suis legittimis successoribus eandem Sultetiam sultetiam vil-
le superius annotate vendendi donandi commutandi seu quovis-
modo a se alienandi nostro dumtaxat consensu requisito primitus
et obtento In quorum omnium testimonium nostrum sigillum est appensum Actum in
Brzecz feria quarta proxima post dominicam Invocavit sub anno domini
1363 presentibus testibus Zawisza Sandecensi Dobeslao Wislicensi
Pasconi Brzestensi Castellanis Borzetha procuratore nostro generali
Andrea subiudice Cracoviensi Predborio herede de Brzeszye et aliis multis
fidedignis Datum per manus honorabilis viri domini Janussii Can-
cellarii nostri Cracoviensis Scriptum autem per Michaelem nostrum Regalis
Curie notarium nostre Maiestatis dilectum et fidelem Nos itaque
premissorum Privilegium velut iustum de speciali gratia et benigni-
tate nostra Innovandum approbandum confirmandum et ratificandum du-
ximus Innovamus quam approbamus confirmamus et Ratificamus
presentibus decernentes velut in omnibus eius punctis clausulis
articulis et condicionibus robur obtinere firmitatis perpetue
tenore presentium mediante In cuius rei testimonium etc. Actum Cracovie
feria secunda in crastino Sancti Mathei Apostoli et Evangeliste
Anno domini 1507 Regni nostri primo presentibus Reverendissimo et Reverendis
in Christo patribus dominis Andrea Archiepiscopo Gneznensi et primate

archiepiscopo Leopoliensi

Bernardino Electo Poznaniensi Joanne Cracoviensi Joanne Poznaniensi Ma
thia Przemisliensi et Regni nostri Vicecancellario Erhardo Episcopis
ac Nicolao Electo Chelmensi Nostris Magnifico Venerabili et Ge
nerosis Joanne de Tharnow Cracoviensi Petro Myszkowski de Mirow
Lanciciensi Joanne de Tharnow Russie Nicolao de Crusswicz
Lublinensi et Stanislao Kmitha de Wysnycze Electo Belzensi Palatinis
Jacobo de Szczekocina Woynicensi Petro Schafranyecz de Pieszkowa
Skala Visliciensi Joanne Jordan de Zaklyczin Bieczensi et Mar
tino Swrthmirzski de Rogozna Zavichostensi Castellanis Stanislao de
Chodecz Marsalko Joanne de Lasko Cancellario et Jacobo de Szyd
lowiecz Thezaurario Regni nostri Stanislao Lanskoronski de Brze
zye Succamerario Sandomiriensi Stanislao Kurozwaki Vice Marsalko Stanislao
Schafranyecz de Pieszkowa Skala Subcamerario et Nicolao Phili
powski Succamerario Curie nostre Ceterisque quampluribus consiliariis
et Curiensibus nostris testibus ad premissa fidedignis sincere et fidelibus
dilectis Datum per manus Venerabilis Joannis de Lasko Ecclesie
Gnesnensis et Regni Polonie Cancellarii Sincere nobis dilecti

Contract

Byecz

Alexander dei gratia Rex Polonie etc Significamus etc Quod Venien
tes ad nostri presentiam Providi Bartholomeus Valentinus Chodorek Jo
annes Molendinator et Joannes Marz Consules ac Stanislaus Kn
ziar et Kyaliyemcza Cives Bieczenses suis et aliorum Consulum tociusque
Communitatis Civitatis eiusdem nominibus recognoverunt quod cum Gene
roso Jacobo de Szczekocina Castellano Voynicensi ac Capitaneo et heredi
tario advocato Bieczensi de et super proventibus Civilibus et tribu
tis quibuslibet ex domo quam de nostro consensu ipse Jacobus apud
providum Nicolaum Zarnek Civem ipsorum emit et domui advocatie
sue ibidem coadunavit et incorporavit provenientibus concordiam et
contractum fecerunt sic videlicet quod ipse Jacobus et Generosa Dorothea
de Tarnow Coniunx eius predictam domum possiderint ab omni contributione Ci
vilium proventuum et quorumque aliorum onerum Civitati predicte pro
tempore impendendorum liberi et exempti esse debeant Utrisque vero
ex hac vita successu temporis decedentibus ipsorum successores
et eiusdem advocatie possessores racione eorundem censuum et one
rum Civilium unam marcam de censu Marcellarum Cartarum singulis
annis Consulibus pro tempore existentibus impendere erunt Ex qua

quidem Concordia atque contractu predicti consules et Civis recogno-
verunt quia prefato Jacobo unanimiter consenserunt et admiserunt
presentibus quoque consentiunt et admittunt necessarium atque ventilatorium ex
domo adnouatum ad murum Civitatis factam per ipsum murum Civitatis pre-
fatum exigendum construendum extendendum et ut competenter visum erit per ipsum
Jacobum et eius successores conservandum. Nos vero quidem Recognicionem
coram nobis sic factam firmandum et ratam habendum approbandum et
confirmandum duximus approbamus quoque et confirmamus presentibus decer-
nentes eam robur perpetue firmitatis valere tenore presentium mediante
harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum
Cracovie die Dominico festi sancti Wenceslai Anno domini 1507

Donacio fertonis

Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia quemadmo-
dum Serenissimus olim Kazimirus Rex et Genitor noster hono-
rabili Hedwigi Gnadbe de Cracovia et Regine olim Matris Genitricis
nostre ancille de victu et amictu in Zuppis nostris Cracoviensibus certis suis
inscripcionibus desuper confectis providit usque ad tempora sue vite
extrema. Sic nos quoque inspicientes post mortem dicte olim Geni-
tricis nostre carissime prefatam Hedwigim pro fidelibus et continuis ser-
vicijs suis eidem Genitrici nostre impensis continuata reddere sibi de certa
sciencia et gracia Regia nostra per unum fertonem pro quolibet quartali sin-
gulis annis in eisdem Zuppis ultra donacionem predictam prefate olim
Regine Matris nostre dandum et donandum duximus damus-
que et donamus presentibus usque ad extrema parimodo vite sue tempora.
Quocirca vobis Generoso Joanni Jordan de Zakliczyn Castellano Bieczensi
et moderno ac alijs pro tempore existentibus Zupparijs Cracoviensibus
committimus mandantes quatenus prefate Hedwigi unum fertonem perm-
mittatis pro quolibet quartali singulis annis dare et extradare curetis
ad tempora eiusdem Zupparum vestrarum Crac. quittancias ab ipsa
Hedwigi desuper recepturi quas tandem in Racionis vestris per vos
faciendis suum computatum provide ac Sigillo et nomine nostro roborate
essent. Aliud non facturi pro gracia nostra harum quibus Sigillum nostrum est
Datum Cracovie feria dominica die festi Mathei Apostoli et Evangeliste
Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

dos

Alexander Rex Polonie etc. Significamus tenore presencium etc. Quod in
nostra et consiliariorum nostrorum latere nostro assidencium personaliter con
stitutus presencia Generosus Joannes Kochanowski de Oleszniycza non
compulsus non coactus nec aliquo errore deceptus seductus quinymo sa
nus mente et corpore existens animadvertensque suorum salutem sicuti consilio
ac matura intra se deliberacione prehabita publice recognovit
quia coniugali permotus zelo in Generosam Annam de Brawko
suam consortem suam legittimam sibi Quingentos florenos Hungaros
puri auri veri et iusti ponderis racione dotis et Quingentos flo
renos similiter racione dotalicii in et super bonis suis hereditariis videlicet
Oleszniycza cum villis ad ea pertinentibus videlicet Susiecz cum piscina molendino
et taberna atque cum predio Linartowice Campie et Suchadola
necnon villa Wyasd cum curia et predio atque villis ad eam pertinentibus
spectantibus videlicet Zwola Czyzowki Wyasdek Lopatno una cum predio et
proventibus ad ipsum predium pertinentibus atque in villis Wierzbka
et medietate Wyasdek Wyrzchow Gozy Cziziyk annexa Mnisslow
ka Iwanyska et Zalidow ac media villam Arulow cum curia et
predio ac villis ad eam spectantibus videlicet Dziewoncziczie Lopaczyenko
minor Rodussolow et Gozy villa necnon curia et predio in terra San
domiriensi sitis necnon in et super omni thezauro suo gemmis videlicet
Margaritis perlis auro et argento vestibus sericis pelliceis tam
de serico quam de panno una cum supellectili domestica sed stamnea
ac cuprea aliisque omnibus rebus ad predia et curias prefatas spectantibus
videlicet equis Magnis et parvis vectariis et equestribus atque equiciis pe
cudibus quoque et pecoribus cuiuscunque generis existentibus dedit donavit dotavit
inscripsit et dotalicium reformavit recte quoque et racionabiliter resignavit
per ipsam Annam bona suprascripta cum omni iure et dominio
censibus fructibus redditibus proventibus agris campis pratis pascuis
silvis borris nemoribus mericis gais rubetis cum emptionibus mellifi
ciis venacionibus fluviis fluminibus piscinis piscaturis lacubus stag
nis molendinis et eorum emolumentis aliisque omnibus et singulis
pertinenciis et obvencionibus quocunque nomine nuncupatis nullis exceptis
ad bona suprascripta quolibet ex antiquo spectantibus prout idem ipse
Joannes tenuit et possedit tenendum habendum utifruendum pacifice et quiete
possidendum et obtinendum iuxta terrestrem consuetudinem terrarum
in quibus bona prefata consistunt in talibus antiquitus obser
vari solitam Quam quidem dotis et dotalicii reformacionem tanquam recte
et racionabiliter factam et per Generosum Jacobum de Syekluca
castellanum Woynicensem fidelem nostrum dilectum sciendo suprascripte Anne
inscriptam ratam et gratam habentes admisimus et admittimus per

partes detinentes eam robur perpetue firmitatis obtinere harum quibus etc.
Datum in Conventione nove Civitatis Korczin feria quinta in vigilia As-
sumpcionis Marie Anno domini 1505 Regni nostri quarto Presentibus
Reverendis in Christo patribus dominis Joanne Cracoviensi Mathia Premisliensi
regni nostri vicecancellario Ecclesiarum Episcopis Magnificis
Venerabili et Generosis Spythkone de Jaroslaw Castellano Cracoviensi Joanne
de Tarnow Sandomiriensi pallatino Stanislao de Chodecz Leopoliensi
et Regni nostri Marsalko Jacobo de Sncklina Woynicensi Petro Scha-
francz de Pyeskowaskala Wislicensi Martino Scziethinczki de
Bogoria Zawichostensi Castellanis Joanne de Lasko Cancellario Jacobo de Sid-
lowyecz Thezaurario Regni nostri Nicolao Kykowski Cl[...] Cracoviensi
Stanislao Lanczkoronski de Brzezye succamerario Sandomiriensi Ceterisque consili-
ariis et Curiensibus nostris testibus ad premissa fidedignis sincere et
fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko
Ecclesie Gnesnensis et Regni nostri Cancellarii sincere nobis dilecti

Ius presentandi Preposito S. Michaelis conferendi una
Mansionaria prepositure donatum

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Et si Regia Maiestas
omnia decreta Regnorum muniminis roborare consueverit illa tamen que pia
et devota racione in cultu divino augendo ornando proveniunt ferventiori
zelo ac benignius convenit confirmare ac perornare debet. Proinde Nos
Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quomodo ad peti-
ciones et merita Reverendi in Christo patris domini Mathie de Drzewicza
Episcopi Premisliensis et Regni nostri Vicecancellarii sincere nobis dilecti sin-
gularem respectum habentes necnon attendentes quia Prepositus Eccle-
sie Collegiate Sancti Michaelis in Arce nostra Cracoviensi pro tempore existens
cuius idem dominus Episcopus est modernus possessor ~~existit~~ existit decem de-
cem Marcas pecuniarum monete et numeri polonicalium de mensa
eiusdem sue prepositure Communitati Mansionariorum in ipsa Ecclesia
institutorum et divina officia antiquitus et noviter instituta exequen-
cium psallencium per quas antehac prepositi pro tempore existentes
nonnullis aliis presbiteris qui antiquitus instituta in eadem Ecclesia
officia explebant quot quotannis persolvebant dederit et in perpe-
tuum donaverit Quodcirca eciam inspicientes ut prepositus pro tempore
existens ferventius ac diligencius de condicione et bono regimine
Ecclesie et Mansionariorum predictorum provideat Proinde prefate
tenuisse nostre prenominati domini Episcopi graciose annuentes sibi tenusque mo-
derno aliisque in futurum pro tempore existentibus in dicta Ecclesia
Collegiata Sancti Michaelis prepositis de certa sciencia gracia et delibe-
racione nostre Regie Iuspatronatus et prefate unius Mansionarie in ea vaca-
turum

Ecclesie cuius Mansionarie ut prefertur honorabilis Iohannes Chadala
de Skarzina modernus possessor existit dandum donandum et con-
ferendum duximus damus quoque donamus et conferimus perpetuo et in
evum tenore presencium mediante decernendo statuentes quod Reverendus in Christo dominus Ma-
thias Episcopus et alii successores sui pro tempore existentes prepo-
siti ~~pro tempore existentes~~ predicte Ecclesie Sancti Michaelis dum
et quociens prefatam Mensionariam per ressignacionem sive decessum seu
per aliam quamvis causam vacare contingerit in arbitrio suo pacifice
disponendi quoque de ea habeat et habeant presentibus quoque attributam
habebunt omnimodam facultatem Quamquidem facultatem et omne
ius nostrum perpetuum Regium proprietatem quoque nostram et successorum
nostrorum Regum Polonie quodcumque nobis successoribus quoque nostris
in eadem Mensionaria et eius Iurepatronatus competunt competit
compete[re] quoque posset in futurum in dictum dominum Mathiam Episcopum mo-
dernum prepositum et alios pro tempore existentes eiusdem Ecclesie
superne nominate Sancti Michaelis prepositos transponimus et trans-
fundimus perpetuo et in evum nullam nobis et successoribus
nostris revocandi premissa facultatem reservantes a modo et deinceps
nostra successorumque nostrorum ad dictam Mansionariam presenta-
cione non expectata Et si secus presentacionem contingerit
nullatenus admissa In cuius rei testimonium sigillum nostrum
… feria tercia post festum Sancti Mathei Apostoli et Evange-
liste proxima Anno domini Millesimoquingentesimo quinto presentibus …
… et … in Christo patribus testibus ut supra

Advocat Schadek

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Negocia
tempore gesta ut a cognicione non labantur quoque ad noticiam deferat
sempiternam posterorum adhiberi consueverunt perhennium
amminicula Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc.
Significamus tenore presencium … in nostra … comparens Nobilis
Nicolaus … advocatus in opido nostro Schadek non compul-
sus nec coactus nec aliquo errore seductus …
et tempore existens annorum quoque … sanus … consilio ac matura
deliberacione prehabita publice recognovit quia Advocaciam suam
predictam hereditariam in opido nostro Schadek in terra Siradiensi
sitam Nobili Ioanni … Notario nostro pro Septingentis marcis
pecuniarum monete et numeri communis currentis Quadraginta
octo grossos qualibet in marcam computando vendidit resi-
gnavit et inscripsit Resignat quoque et inscribit presentibus in perpetuum
nostro ad id consensu accedente quem damus tenore presencium mediante
per ipsum Ioannem … et eius legittimos successores dictam
advocaciam cum omnibus censibus fructibus redditibus et obvencionibus

vniuersis Et generaliter vniuersis iure dominio et proprietate prout prefatus Nicolaus sui que antecessores et presertim olim Nobilis dicti Nicolai predecessor magistri tres dictam aduocaciam tenuit habuit et possedit Nichil pro se et suis successoribus ipse Nicolaus Gnoyenski in eadem aduocacia reser nando tenendam habendam vtifruendam pacifice et quiete possidendam ac nostro successorumque nostrorum accedente consensu vendendam resignandam dandam donandam et in vsus suos successorumque suorum beneplacitos conuertendam in euum In cuius rei testimonium Sigillum nostrum etc. Actum Cracouie feria quinta post festum Sancti Bartholomei Anno domini 1507 presentibus Reuerendis in Christo patribus dominis Joanne Cracouiensi et Mathia Przemisliensi Regni que nostri Vicecancellarij Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis Venerabilibus et Generosis Joanne de Tarnow Cracouiensi Petro Myszkowski de Mirzow Lanciciensi et Stanislao Kmitha de Wisznicze Belzensi pallatinis Stanislao de Chodecz Leopoliensi et Regni nostri Marsalko Jacobo de Szczekoczina Woynicensi et Joanne Jordan de Zakliczin Bie czensi Castellanis Joanne de Lasko Cancellario Jacobo de Szidlowyecz thezaurario Regni nostri Stanislao Lanczki Marsalko Stanislao Setha Szamyecz de Pieskowaskala Succamerario et Nicolao Philipowski pincerna Curie nostre Ceterisque quamplurimis Consiliarijs et Curiensibus nostris, testibus ad premissa fidedignis circa et fideliter dilectis Datum per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko Ecclesie Gneznensis et Regni polonie Cancellarij sincere nobis dilecti

ne libri, qui Cracouie impressi fuerint, adducantur aliunde

Alexander etc. Significamus etc. Quod attendentes industriam et factiuitatem famosi Johannis Aller Ciuis et librorum impressoris Cracouiensis et non nunquam prospicientes cupientesque vt eiusmodi ars imprimendi que tam pro decore vrbis Regni quam communi subditorum nostrorum vtilitate primum per ipsum Aller ciuem non mediocribus fatigis et impensis studiose Cracouie inducta exerceri et continuari cepit, absque externo impedimento operetur et continuaretur Itcirco deliberacione habita de consilio et annuencia nostrorum Consiliariorum Statuimus et decreuimus decernimusque presentibus Volentes vt a modo nullus mercator siue fuerit Incola Regni nostri, siue quiuis alius externus hospes in Regnum nostrum libros eos qui Cracouie per ipsum Aller impressi essent audeat de externis impressionibus in Regnum adducere in eoque exponere et vendere Quod si vero aliquis siue indigena siue aduena libros eosdem quos idem Aller Cracouie imprimet in Regnum nostrum induxerit, et eos vendiderit

talis procul dubio has penas noverit se incursurum primo omnes et sin-
gulos libros quibuscumque titulis insignitos quoscumque habuerit amittet
per ipsum Johannem Aller autoritate nostra qua ei presentibus damus recipiendos
pro ipsius usu convertendos Capitanei vero locorum habeant facultatem eidem
Aller assistendi et auxilium prestandi ad premissa exequenda quibus
Capitaneis executoribus horum existentibus penam decem sexagenarum damus
et statuimus de eodem librario qui presentibus contravenerit exigendam
Decernimus presentis statuti decretique nostri tantisper valere donec idem Aller
eiusmodi artem impressoriam exercebit in Regno nostro Quocirca vobis uni-
versis subditis nostris cuiuscumque status sexus condicionis et eminencie
existentibus presertim vero locorum Capitaneis Magistris civium et Consulibus presentis
statuti decretique nostri iniungimus Mandamus et hec volumus quatenus cum per eum
fueritis per ipsum Aller aut eius factorem requisiti, sitis sibi Consilio et
auxilio in arrestandis predictorum librorum et penarum de eisdem transgressoribus
exigendis premissa. Ut statuimus sicut una executione aliter quam non facturi
pro gracia nostra Et in testimonium premissorum sigillum nostrum est presentibus
subappensum datum Cracovie feria tercia in crastino festi Sancti
Michaelis archangeli Anno Nativitatis domini Millesimo quingentesimo quinto

Domus et area Juniwlad.

Alexander etc.

Significamus etc. Quia attentis fidelibus obsequiis quibus nobilis Hay-
Theodoricus Przybranowsky Ruthenus noster fidelis dilectus exstitit commen-
datus Volentes eum in aliqua parte efficere consolatum sibi de certis scientia
et gracia Regiis nostris domum et aream in castro Juniwladislamiensi sitam
dictam Polyakowsky dictam Polyakowsky in qua Judeus David nouissime
resedebat ad nos devolutam dedimus donavimusque damusque et donamus
per presentes Quocirca tibi Generoso Stanislao Jarossky Capitaneo Juniwladislaviensi
et Marsalco Curie nostre fideli dilecto sint ipsique vicecapitaneo Committimus
Mandamus quatenus prefatum Theodoricum in domum et aream predictam
intromittatis possessionem eiusdem sibi assignantes ipsumque in possessione
tueatis et defendatis harum quibus sigillum nostrum est subappensum
testimonio literarum datum Cracovie feria quarta post festum Sancti Egidii
Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Reverendissimus dominus Johannes de Lasko
Regni Polonie Cancellarius

feria tercia post festum Nativitatis Marie virginis gloriose Anno domini
Millesimo quingentesimo quinto Cracovie datus est consensus Nobili Nicolao Zyrlensky
redimendi Mechnow cum aliquibus de manibus Stanislai Odoy quam apud eum
~~plegem~~ plenum

Swyrczowsky

Donatio justitiae Crac.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Auctoritas principis quicquid
vel denuo tenerit vel iam dudum decretum confirmat id testibus
fidedignis et sigillis auctoritatis munire et perhennare ad posterorum
notitiam deducendo consuevit. Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc.
Significamus etc. harum notitia habituris. Quia propter fidelia servitia Generosi
Janusschi Swyrczowsky Tenutarii in Kopczynycze Curiensis nostri fidelis dilecti   V G.
que nobis exhibuit volentes eum proptera consolatum efficere et ad futura
servitia reddere promptiorem sibi de speciali gratia nostra justitiam seu Marcimo-
niam Cameram de Camerris sive justitiis Macellorum Cracovie in dextera parte
in platea Castrensi ad castri justitiatos eundo que est ———— a fine et
———— a vero latere dandam duximus, damusque et donamus presentibus imperpetuum
per ipsum Janusschium et eius legittimos successores justitiam predictam tenendam
habendam utifruendam possidendam dandam donandam vendendam alienandam et in suos et
suorum successorum usus beneplacitos convertendam prout sibi et suis successoribus
melius videbitur expedire decernentes presentem donationem tantam robur perpetuam
obtinere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum
Crac. feria quinta ante festum Exaltationis sancte Crucis Anno domini 1502
Regni nostri Anno primo presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Johanne
Crac. et Mathia premisliensi Ecclesiarum Episcopis Magnificisque Venerabilibus et Generosis
Johanne de Tarnow Crac., et Stanislao Kmytha de Visnycze palatinis
Jacobo de Syczluka Visliciensi Johanne Jordan de Zaklyczyn Bieczensi
Castellanis Zupparioque et procuratore Crac. generali Johanne de Lasko Regni
polonie et Ecclesie Gneznensis Cancellario Nicolao de Brzezye Tenutario in Lanczuth
Johanne Chynek de Wrzyeny Succamerario Lanciciensi Ceterisque dignitariis
regni et officialibus nostris Curie et fidelibus dilectis. Datum per manus prefati
Venerabilis Johannis de Lasko Regni polonie Cancellarii sincere nobis dilecti

Jus Consentaneum providendi in Ecclesia S. Jacobi

Feria quarta post festum sancti Michaelis Regia Maiestas contulit
Generoso Alberto Czarkowsky Judici et Capitaneo suo Wladislaviensi   V[?]
Jus presentandi prebendam in Ecclesia sancti Jacobi extra muros suos
Wladislavienses proxime vacaturam per cessum vel decessum pro
persona idonea

Nobilitatis Naramowskj approbatio

Ra

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Sacra
Regalis Maiestas precipua fungens auctoritate tunc aptissime
uti creditur cum [struck through] preclaras officio munificentia
suis debito iudicio conspicitur ad fidelium sibi subditorum
dilucidanda meritorum insignia operas accomodat gracio
sas. Proinde Nos Alexander dei gratia Rex polonie etc.
Significamus tenore presencium et Quod cum superiori tempore Vene
rabilis Andreas de Naramowicze Custos Gneznensis hominibus
quibusdam de sua ex utroque parente Nobilitate dubitantibus Co
missionis literas ad docendum suam ex utroque Nobili parente pro
creacionem a nobis impetrasset in personas venerabilis et
Generosi Nicolai Cothwicz decretorum doctoris Archidiaconi
poznaniensis ac Petri de Oppalenicza Castellani Landensis et Iu
dicis poznaniensis Tandem memoratus Andreas easdem literas Co
missariorum eorundem significatorias nobis exhibuit [illegible]
sub tenore Serenissimo principi et domino domino Alexandro dei gratia
Regi polonie Magno duci Lithuanie Russie prussieque etc.
domino et heredi domino nostro graciosissimo Petrus de Oppalenicza Cas
tellanus Landensis ac Iudex et Nicolaus Cothwicz Archidi
aconus poznaniensis Secretarius et Capellanus Serenitatis humi
lia et oraciones devotas Serenissime princeps et domine domine gra
ciosissime Nuper nobis venerabilis dominus Andreas de Nara
mowicze Custos Gneznensis literas Commissionis Maiestatis Vestre sub
titulo ac Sigillo illeso presentavit quas ad reverenciam rece
pimus et quarum tenor sequitur et est talis Alexander
dei gratia Rex polonie Magnus dux Lithuanie Russie prussie
que dominus et heres etc. Generosis et venerabili Petro de Oppaleni
cza

Castellano Landen et Iudici Nicolao Cothwicz Archidiacono
et Gaudencio Mikinsky Subiudici poznanien fidelibus et deuo
te dilectis Graciam Regiam Nobiles et venerabiles fideles et de
uote dilecti Exposuit coram Nobis venerabilis Andreas de Na
ramowicze Custos vsnowien Quamvis Nobilibus natus fuerit pa
rentibus videlicet olim georgio zyth de Naramowicze et Eufemia
matre ciuibus poznanien non dubitat quod ex vtroque parente esse No
bilem Tamen cum ~~parentes~~ ipse Ciuitatem vnam parentes sui incole
rent et intus rura pro more Terrigenarum Regni nostri intendere
gonarum intenderent vereturne ipse Andreas ne propter incolatum et
negociacionem similem huiusmodi quispiam dubitaret Nobilem esse, vt
ipse Andreas quorum per ipsum interesset dubium illud absolutum effi
ceret. Nos peciit super hoc sibi per auctoritatem Regiam que ad hoc
ex Maiestate nostra singulariter priuilegiata extitit patrocinium impendi
Nos vero de benignitate et clemencia Regia nostra ad recipienda do
cumenta Nobilitatem parentum vtriusque dicti Andree auctoritate
Regia nostra vobis hac vice duximus committendum committimusque mandantes
quatenus insumpto per ipsum et loco competentibus quemcunque sex ad minus testes
qui nos de Genealogia et familia vtriusque parentis et scilicet duos
ex patre et duos ex matre Genealogiis esse Nobilium dicti An
dree parentum testimonium perhibuerint eosdem iuratos vnumquemque ab
sencia non obstante examinetis. Sic quod coram quolibet ex dicta sena
testificaretur patrem similiter et matrem ex maiorem propagacione domus
tira eorundem armorum esse prout testes esset Sic quod eosdem prec
et matrem dicti Andree fratrem aut Sororem testium esse Tandem deposito
nes testium cum descripcionibus eorum nominibus nobis per vestras patentes litteras
suprascribere. Ex quibus ipsi Andree litteras concessionis assignari necesse
faciatis Aliter igitur non facturi pro gracia nostra Datum in Conuencione
generali Radomien dominica die infra octavas Corporis Christi proximo
Anno domini Millesimo quingentesimo quinto Regni vero nostri quarto Relacio
Venerabilis Ioannis de Lasko Regni polonie Cancellarii. Vigore
cuius Commissionis prefatus dominus Andreas de Naramowicze adductis ad
presenciam nostram infrascriptis testibus requisiuit Nos vt eos examina
remus iuxta tenorem Commissionis premisse. Nos vero parendo

Ad cuius Ma(iesta)tis mandatum primum testes super Nobilitate prefati eiusdem d(omi)ni
Andree examinauimus videlicet Venerabilem et Nobiles d(omi)nos Bodza
tham Samorzinsky preposit(um) Eccl(es)ie Cathedralis Chelmensis ac
Andream Wobarzensky quorum vterque medio Iuramento cor
porali deposuit Olim dominum Georgium Zeth ciuem poznanien(sem)
suum genitorem bonum et honestum hominem fuisse Nobilem de armis
et familia quorum videlicet Lodzya et hoc ita sciunt quia viderunt et
audiuerunt eundem olim Georgium per duos pallatinos poznanien(ses)
viz Lucam de Gorka et Mathiam de Bnijn ac alios Terre
regnatos de eisdem armis ac etiam a suis maioribus et consagwineis
fuisse vocatum et nominatum ac habitum et reputatum patentem et in
Iudicio aliquando sedisse Loco eiusdem d(omi)ni pallatini de Bnijn dicto sir
woyewodzsi et Iudicasse terregenas et alios regros qui ad
Iudicium veniebant similiter pro Nobili tentum fuisse et reputatum
Et sic eundem dom(inum) Georgium olim fuisse, nunc vero dom(inum) An
dream eius filium esse ipsum testem patentem seu fratrem karon coram
armorum. Deinde tertium testem ex parte prefati videlicet Nobilem Mar
tinum Swoslawsky examinauimus qui in alio Iuramento corpo
rali deposuit eundem olim dominum Georgium Zeth fuisse Nobilem
et hoc ita se scire quod audiuit a suis maioribus et amicis quod
eum habuerunt pro Nobili et fuit de domo armis suis videlicet Lodzija
Et ipse teste modo dominum Andream eius filium habet pro fratre karon coram
armorum, Deinde testes ~~d~~ super Nobilitate matris dicti d(omi)ni
Andree examinauimus videlicet Nobilem dominum Ioannem Wyszmylinszky
qui facto Iuramento corporali deposuit quod olim d(omi)na Euphemia
vxor dicti d(omi)ni Georgii Zeth ciuis poznaniensis fuit Nobilis de
armis prawdzijc Et hoc scit ex matre sua que dictam dominam
euphemiam habuit et reputauit pro Nobili et pro sua Sorore et de
eisdem armis Et ita ipse testis eandem dominam Euphemiam similiter
habuit pro Sorore et dominum Andream nunc habet pro fratre karon coram
armorum. Postea examinauimus Nobilem Stanislaum Lutomsky qui
similiter medio corporali Iuramento deposuit eandem dominam Euphe
miam fuisse Nobilem et hoc scit a sua matre que eam habuit pro Nobili
et sua Sorore et ipse modo habet dominum Andream pro fratre Que omnia
vestre Ma(iesta)ti per nostras patentes litteras iuxta Commissionis Mandatum signi
ficare voluimus et significamus per presentes Comendantes humiliter

sexmina mea et oratoris Vri dno meo gratiosissimo Actum et datum
feria sexta proxima post festum sancti Joannis Baptiste Anno domini
1507 nostro sub Sigillo, post quarum quidem significatoriarum
exhibitionem predictus Andreas nobis supplicavit ut documentum sue
Nobilitatis in eisdem litteris significatoriis scriptum approbare mea
ex decreto Regio paterno more idem communi dignaremur Itaque nos
quod documentum illud pro completo habentes Andream ipsum ex utroque pa
rente Nobili Nobilem procreatum litteras predictas significatoria
les documentumque in eis scriptum approbandum duximus approbamusque
et vim ex decreto debemus Regia Andream ipsum ex utroque pa
rente Nobilem esse declaramus et decernimus Quod ad omnium quo
rum interest intererit infuturum notitiam deducimus tenore presentium me
diante in eodem In cuius rei testimonium etc. Actum Cracovie
feria quarta ante festum sancti Zacharie Anno domini 1507 Reg
ni nostri anno quarto presentibus Reverendissimo et Reverendis in
Christo patribus dominis Andrea Gneznensi et primate Bernardino
Leopoliensi Archiepiscopis Joanne Cracoviensi Joanne Poznaniensi Ma
thia Premisliensi Regnique nostri Cancellario Erasmo Epis
copis Nicolao Electo Chelmensi et preposito Wladislaviensi Nec
non Magnificis Venerabilibus et Generosis Joanne de Tharno
vio Cracoviensi Petro Myszkowsky de Mirow Lanciciensi Joanne
Cracoviensi Petro Myszkowsky de Mirow Lanciciensi Joanne
de Tharnow Russie Nicolao de Crzeczowsky Lublinensi et
Stanislao Kmytha de Wisnycze Belzensi palatinis Jacobo de Szy
dlowiecz Sandomiriensi Petro Szhafranyecz de Pyeskowaskala
Wisliciensi Joanne Feliks de Zarhyzye Bytensi Martino Groth
Zavichostensi Castellanis Stanislao de Chodecz Mar
salko Joanne de Lassko Cancellario Nicolao Philippowski
pincerna Curie nostre Ceterisque Consiliariis et Curiensibus nostris
testibus ad premissa fidedignis Sincere et fidelibus dilectis
datum per manus Joannis de Lassko Electi Gneznensi et Reg
ni nostri Cancellarii Sincere nobis dilecti

Rex

Hedwigis Anno domini 1 5 0 7 Regni vero primo

Dos

Alexander dei gratia Rex Polonie Significamus tenore presentium Quia constituta coram rsp.
nobis Nobilis Hedwigis relicta olim Nobilis Thome Brzeszkowsky advocati
in villa Grodzysko palam recognovit quia tempestive providendo ut
Nobiles Katherina Dorothea et Barbara eius filie habeant certa aliqua do-
tarum vite eorum promissionem pecuniarum ipsa Hedwigis morte obiret predicte
filiabus suis virginibus centum et quinquaginta marcas pecunie nu-
merate et monete polonicalis in regno nostro currentis quadraginta octo gros-
sos marcam in quamlibet computando in et super medietate advocatie in
Grodzysko in terra Przemisliensi site in qua Advocatie medietate ipsa Hedwigis
habet per olim Andream Trzolewsky priorem suum maritum dotem sibi reformatam
sic ergo de eadem dote predicta centum quinquaginta marcarum summa ipsis fili-
abus suis dedit donavit inscripsit et resignavit dat et donat inscribit
et resignat. Sic tamen quod predicte tres sorores certam partem summe predicte Nobi-
libus Anne et Hedwigi orphanis filiabus olim Margarethe premortue
eiusque Hedwigis donatricis filie si ipse orphane Anna et Hedwigis perdo-
minent et ad annos discretionis pervenerint dare erunt cum presentibus do-
nationis inscriptionis quarum vigore predicte virgines Katherina Dorothea et
Barbara earumque successores predictas centum quinquaginta marcas in
medietate advocatie predicte eius donatrici reformant habebunt percipient
et ad suum usum perpetuum convertent ac ipsam medietatem advocatie possi-
debunt cum usufructu vigore summe ac reformationis dotis earum genitricis
et ea utifruentur usque usque quo dabuntur eis dicte centum quinquaginta

perminacionem per dictam cartam gerentem seu eius inscriptam quam donacionem de consilio consiliariorum nostrorum admisimus et decrevimus esse firmam tenore presencium mediante harum quibus sigillum etc. Datum Sandomirie feria sexta in die sancte Hedwigis Anno domini Millesimoquingentesimo quinto

In lublyn

Georgio Crupski data facultas designandi loca nobilibus in Castro Belzensi

Alexander etc. Quia attendentes amplitudinem situs in Castro Belzensi commune per designacionem neminem qui tempore incursus hostium se ad Castrum illud cum uxoribus liberis et bonis eorum inferre securitatis causa consueverit ut in eo casu ipsi terrigene se in Castro inferendi commoditatem habeant competentem dedimus damus quoque presentibus facultatem omnimodam Generoso Georgio Crupski moderno loci illius Capitaneo loca et areas pro domunculis et receptaculis privatis edificandis in Castro ipso terrigenis dandi et designandi super casu huiusmodi quas eorundem quas per nos ad eternam memoriam sempiternam roborari. Harum quibus sigillum nostrum etc. Datum in Lublyn feria quarta ante festum sanctorum Simonis et Jude apostolorum Anno domini 1505.

Ducenti floreni Margarethe uxori Cola ascribuntur super theloneum opidi Clumacz racione debiti pro Jacobo Wrona apud eam intercedentis

Alexander dei gracia Rex polonie etc. Significamus tenore presencium etc. Quia habito in prospectu servicia que Nobilis Jacobus Wrona de Clusthzijecz Cracoviensis noster una cum Nobili Nicolao Bydlowski suo ex sorore nepote nobis et Reipublice in terre nostre podolie serviciis exhibuit et postea se offert exhibiturum horum intuitu pro ipso Jacobo Wrona debitum ducentorum florenorum hungaricalium que apud Generosam Margaretam filiam Generosi Joannis Kralynski vexilliferi haliciensis coniugem vero Joannis Generosi

Ioannis Cola iampridem comparaverat apud eandem Margaretham eius credi-
torem mediantibus ducentis intercedentibus quam pecuniis de quibus quidem ducentis
florenis tantum per nos pro corpore Jacobo intercessis volentes eandem Marga-
retam indempnem servare quam ipsum eius tempus in et super theloneo nostro
oppidi nostri Tlumacz in terra nostra Haliciensi consistente eisdem Margarethe
tamen ducentorum dictorum inscribimus quam per presentes decernimus per eandem Mar-
garetham eius quam successores legittimos theloneum predictum in eisdem ducentis
florenis hungaricalibus et in aliis summis sibi prius iuste inscriptis et le-
gittime in eodem theloneo tenendum habendum possidendum et percipiendum
pacifice usque ad ducentorum florenorum predictorum per nos intercessorum et ali-
arum summarum prius iuste in eodem theloneo inscriptarum sibi vel suc-
cessoribus suis solutionem faciendam qua facta possessio eiusdem thelonei ad nos
et successores nostros redibit pleno iure Iuribus nostris salvis remanentibus
harum quibus sigillum nostrum etc. Datum in Lublin feria quinta proxima ante
festum sanctorum Simonis et Iude apostolorum Anno domini 1507

Innovatio literarum Anne et Joannis Rich zizky super villam Czarnochonce

Alexander dei gratia rex Polonie magnus dux etc. Significamus tenore etc. Quia
nobilis Ioannes Milanowski pincerna Leopoliensis et curie nostre Nobilisque Anne
coniugis sue et Ioannis Rychczynski germani sui tenutariorum nostrorum bonorum Czar-
nokonce nominibus literas inscriptionis eorum nobis exhibuit per serenissimum olim
principem dominum Kazimirum regem genitorem et predecessorem nostrum super eadem
bona nostra Czarnokonce ipsis et eorum predecessoribus datas petivit eas per
nos sigilli corroborando innovari et ratificari. Quarum sequitur tenor Kazimirus
dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quomodo attendentes grate fidelitatis obsequia
aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita Generosi Sigismundi Kuczeky
de Orinino curie nostre fidelis dilecti quibus nobis circa curiam nostram equitando
et continuando sumptuose que et attente serviendo plurimum complacuit horum
intuitu et aliorum plurimorum volentes ipsum gratiarum nostrarum prosequi favo-
ribus ad servicia quam nostra alacrior et reddere promptiorem sibi et suis successoribus
ni et super villa nostra Czarnochonce in terra Podolie et districtu Skalen-
iacentem certam maiorem summam pecunie monete Polonicalis consueti inscrip-
simus tenore quam presentium inscribimus damus donamus conferimus et largimur per
ipsum Sigismundum Kuczeky et suos successores legittimos in omnibus eiusdem
ville censibus redditibus proventibus agris pratis campis silvis borris
nemoribus virgultis sarcitis paludibus stagnis piscinis piscaturis aquis
fluminis fluminibus torrentibus lacubus molendinis et eorum emolimentis
ceterisque obvencionibus generaliter universis ad eandem villam quolibet spectantibus
nullis exceptis tenendam habendam regendam gubernandam utifruendam pa-
cifice et quiete possidendam prout sibi et suis successoribus melius et utilius
videbitur expedire tamdiu quousque dicte centum marce sibi aut suis

#t

rg

Successoribus per nos aut nostros successores fuerint plenarie persolute et in toto Quibus solutis dicte ville possessio ad nos redibit pleno iure Juribus
Nichilominus nostris et Statutionibus per omnia semper salvis harum quibus etc.
Datum in Lublyn feria sexta proxima ante festum omnium Sanctorum Anno
domini Millesimoquadringentesimo quinquagesimosexto Relatio venerabilis Joannis
de Brzezie utriusque iuris doctoris archidiaconi Gneznensis et Regni Polonie
Vicecancellarii Nos itaque annuentes supplicationibus eiusdem Joannis de Brze
zie utriusque iuris doctoris petitionibus premissas literas innovandas et
ratificandas duximus innovamusque et ratificamus presentibus decernentes eas uigore
robur debite firmitatis obtinere tenorque premissum ne
oriantur harum quibus sigillum etc. Datum in Lublyn feria sexta ante fe-
stum sanctorum Simonis et Jude apostolorum Anno domini 1507

Consensus Petri Schakawiecz Capinoss eximendi

Anno quo supra in Lublyn feria sexta ante Simonis et Jude proxima
Datus est consensus Generoso Petro Schakawiecz de pyeskowa Skala
V. pro rege — Castellano Visliciensi et Capitaneo Schocharzowiensi bona nostra Regalia
opidum Capinoss et villas ad illud pertinentes in Capitaneatu Schocharzo
wiensi existentes tenute Generosi olim Pauli de Jasznewicza Capita
nei Chelmensis de manibus Reverendi in Christo patris Venerabilis et Nobilium domini
Joannis Episcopi Poznaniensis Joannis de Lasko Archiepiscopi Gneznensis et Regni Cancellarii
Cristini Ostrorosky et Wyganandi Cedeszinsky executorum testamenti
de manibus quoque legitimorum successorum predicti olim Jasznewsky in
Pro rege — summis pecuniarum iuste inscriptis eximendi acceptaque fuit eadem
bona Capinoss ad Capitaneatum et tenutam Schochorowiensem summeque quo:
que in Capinoss inscripte summis in Schocharzowo inscriptis sunt admixte
et coadunate sic ut ipse Petrus non eximet de Schocharzowo nisi
sit eum Capinoss per ipsum Petrum pro bona ipsa Capinoss etc. inscriptis
ad solutionem summarum tam in Schocharzowo quam in Capinoss inscri:
ptarum simul et semel faciendam Que sunt etc. in forma Cancellarie

Anno die et loco quibus sup[ra] Datus est consensus Magni
fico Prandote de Trzaszna pallatino Cracovien[si] eximendi bona
Capitali de [illegible] tenuta olim Generosi Pauli Jassyenski de Ma
ncha [illegible] suprascriptorum et genitorum successorum qz legittimorum
eiusdem olim Pauli Jassyenski scripti in forma Cancellarie consueta — V[idi]t p[er] v.

Lr[ae] Nicolai Czyela Tubicinis super censu tubicinali thelonei Cracovien[sis]

V[idi]t p[er]

Anno domini V
Alexander dei gra[cia] etc. Significamus etc. Quia propter fidelia servicia providi
Nicolai Czyela de Czyrnyany tubicinis n[ost]ri que nobis et olim Joanni Alberto
germano et predecessori n[ost]ro non minus diligenter et obsequiose quam fideliter exhi:
buit [illegible] [illegible] eum consolatum reddere et ad n[ost]ra futura servicia expedicionis
orem [illegible] sibi censum et proventum tubicinalem in et super thelonio n[ost]ro Crac
ovien[si] per predecessores n[ost]ros tubicinibus deputatum / post mortem olim providi
Nicolai Stari olim dicti genitoris / n[ost]ri tubicinis dandum largiendum et donandum
duximus: damus quam largimur et donamus presentibus decernentes per ipsum Nicola:
um Czyela predictum censum vestit pro quolibet quartali anni quinque mar
cas pecuniarum ac pro festo Penthecostes viginti ulnas panni predicto olim
Nicolao et aliis tubicinibus dari consueti Item unam sexagenam pro pellicia
pro festo Sancti Michaelis singulis annis ex ipso thelonio Cracovien[si] per:
cipiendum levandum et tollendum usque ad ultima ipsius Nicolai vite tempora
Quocirca tibi Generoso Nicolao Jordan de Zakliczyn moderno et aliis
pro tempore existentibus theloneatoribus Cracovien[sis] comitatus Mandantes
quatinus predicto Nicolao Czyela tubicini n[ost]ro de pecunia et panno sup[ra]:
scripto pro ratis et temporibus designatis alias consuetis singulis annis respon:
deatis et responderi faciatis Quitantias ab eo post singulas panni et pec:
uniarum expediciones recepturi Quas vobis in racione nobis et suc:
cessoribus n[ost]ris per vos facienda non aliter computaturi sunt quam si nostro
et successorum n[ost]rorum sigillis sigillate forent Et aliter non facietis pro gracia
n[ost]ra habentes quibus significamus etc Datum Sandomiriae feria quinta post
festum Sancti Francisci Anno domini 1507 Regni vero sexto

Successores olim Pauli Jassyenski [illegible] quasque sup[er] villam Stolno habuerint in Convencione generali futura reproducturi sunt

V[idi]t p[er]

Alexander dei gratia rex Polonie dux Lithuanie etc. Significamus etc. Quod quia cum
dominus impresentiarum Generosus Georgius Lampski de Orchowo Capitaneus Bel
zensis villam nostram Stolno in terra et districtu Chelmensi sitam de manibus ho:
norabilis et Nobilium Jacobi Castellani Pauli et Cristini [?] Rezon de Ma
gnuszewo ~~et Gnieznisewo germani et predicta Barbara~~ germanorum ac Joan:
nis et Felicis de Gniezniszewo etiam germanorum et Barbare de Jastrzemiecz olim
Generosi Petri Krzesnoski dapiferi Sochaczoviensis relicte, successorum olim Gene:
rosi Pauli Jastrzenski Capitanei Chelmensis de consensu nostro exemit licet ipsi
de Magnuszewo et Gnieznisewo germani et predicta Barbara, recognoverint
eis pro omnibus summis in predicta villa eidem Paulo Jastrzenski et eius an:
tecessoribus inscriptis, satisfactum esse et ipsum Georgium Lampski de eisdem summis
quitaste. Tamen quia idem olim Pauli Jastrzenski successores produxerunt
coram nobis duplicatas literas super una summa sub uno die et loco datas
videlicet super summam Quadringentarum Marcarum in eadem villa Stolno inscriptam
Quarum duplicatarum literarum unas ipse Georgius Lampski devenerunt
coram nobis exolvit alteras vero non approbavimus sed illas in manibus
ipsorum Pauli successorum reliquimus. Qui etiam successores Pauli asse
rebant quia asseverant se alias habere literas super dictam villam Stolno quas
coram nobis hic producere non poterant. Itaque nos consulendo ipsorum indemp:
nitati predictas literas de quadringentis marcis una cum aliis literis quas
se super eandem villam Stolno habere pretendunt suspendimus ad approba
cionem consiliariorum nostrorum in conventione proxima hic in Lublin
futura faciendam. In qua producturi sunt etiam alias inscriptionum literas
ad villam predictam si eas habuerint iustas. Quapropter talem providimus
quia si Consiliarii nostri coram quibus ipsi olim Pauli Jastrzenski successo:
res literas predictas exhibituri erunt easdem literas approbaverint si quas decre:
verint per nos solvendam esse summam in eisdem literis suspensis scriptam Nos
eam una cum aliis summis in aliis literis scriptis, quas habere non produ
xerunt si eas habebunt et in conventione ipsa producent eisdem olim Pauli
predicti successoribus in alia bona nostra que non exempta tenent transferre
et inscribere tenemur que non eas pro illis indempnes reddere promittimus. Georgio
Lampski tamen in sua tenuta ipsius ville Stolno non impedito. Sed si ipsius Pau:
li Jastrzenski successores in conventione predicta aut in proxime futura
literas predictas non produxerint coram nobis tunc pro alio tempore ostendere
eas non poterunt et si pro alio tempore produxerint nos non tenebimur
ad indempnitatem illis faciendam harum quibus sigillum nostrum etc. Datum in Lublin
feria quarta in crastino festi sanctorum Simonis et Jude Apostolorum Anno domini 1507

Consensus Andree Radzeowskij Capinoss Opidum eximendi de manibus Executorum et Successorum Pauli Jasstyenskij

vperq.

Alexander dei gratia rex Polonie etc. Significamus etc. Quia de certa scientia et vo
luntate Regiae nostre Generoso Andree de Radzyeiowycze Castellano Sochacze
viensi bona nostra regalia oppidum Capinoss et villas ad illud pertinentes
in Capitaneatu Sochaczoviensi sitas de manibus Reverendi patris Venerabilis et
Nobilium dominorum Joannis Episcopi Poznaniensis Joannis de Lasko Regni nostri Cancellarii
Cristini Ostrowski et Wszyborii de Gdaczyn Vexilliferi Belzensis executorum
testamenti de manibus quoque legittimorum successorum Generosi olim Pauli

de Jasznemyeska capit(aneo) Belzen(si) eorundem bonorum tenutarij in summis pecuniarum
iuste in eisdem bonis eidem olim Paulo et antecessoribus suis inscriptis exeme-
dum consensu(m) consentimus presentibus citra tamen augmentum summarum iuste
in eisdem bonis inscriptarum, decernimus per ipsum Andream castellanum predi-
cta bona Lapinosz possessa ea exemerit iuxta vim et tenorem literarum ori-
ginalium per antecessores nostros super ea iuste datarum tenendum habenda et
possidenda pacifice usque ad exemptionem per nos vel nostros successores fa-
ciendam qua facta possessio eorundem bonorum nostrorum ad nos et successores no-
stros redibit pleno iure Iuribus nostris semper salvis remanentibus Harum
quibus sigillum nostrum Dat(um) in Lublyn feria tercia festi sanctorum Simonis et
Jude apostolorum Anno domini Millesimoquingentesimoquinto

Consensus Georgij Czupsky villa(m) Stolno redimendi de manib(us) successoru(m) olim Pauli Jasszyensky

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus tenore presencium Quia Nos ex gracia
speciali Generoso Georgio Czupski de Szchodre capitaneo Belzensi quibus nobis ex-
istit commendatus Sibi villam nostram Stolno in terra et districtu Chelmensi sitam
de manibus Honorabilis et Nobilium Jacobi Capellani nostri et Cristini alias Bregon
de Magnuszew germanorum ac Joannis et Felicis de Grzeziszewo eciam germa-
norum et Barbare de Jasznemyecz olim Generosi Petri Krasnoski dapiferi
Sochaczoviensis relicte successorum olim Pauli Jasszyenski capitanei Chelmensis
et predicte ville Stolno tenutarij redimendi consensum et admissionem consentimus et
admittimus presentibus Qui quidem successores predicti Pauli Jassyensky
coram nobis recognoverunt se pro omnibus summis in dicta villa Stolno
ipsi Paulo aut eius antecessoribus per nos aut antecessores nostros iuste et
legittime inscriptis satisfactionem recepisse de quibus predictum Georgium Czup-
ski successores predicti quittaverunt et quia idem Georgius Czupski
supplicavit nobis ut cassatis privilegiis literis super villam nostram Stolno ex-
hibitis novas ei daremus nostras Itaque nos votis eius annuentes
summarum summas omnes in dictis literis scriptas ipsi Georgio Czupski et succes-
soribus suis in villa nostra predicta Stolno sexagintas sexingentas viginti
quinque marcas monete communis in regno nostro currentis et numeri in Prussia
vero in qualibet marca quadraginta octo grossos computando inscribendum
duximus inscribimusque presentibus decernendo eandem villam nostram Stolno per
ipsum Georgium Czupski et suos successores in omnibus et singulis advocatiis
sultetijs kmethonibus tabernatoribus ortulanis colonis inquilinis servitoribus
molendinis Catholicis et Ruthenicis piscatoribus tributarijs predijs curijs
domibus edificijs hortis areis agris pratis campis ortis aduris
cultis et incultis silvis rubetis feminibus tabernis ortulanis colonis censibus
redditibus proventibus seu utilitatibus solucionibus tributis laboribus
seniciis silvis borris gajis rubetis quercetis venacionibus aucupijs apibus
mellificijs et melle earum proventibus fluvijs fluminibus torrentibus aquis
et earum decursibus lacubus stagnis piscinis vivarijs piscaturis

pecuniarum demissionibus et piscibus molendinis aquarumque decursibus
et equestribus rerumque et emolumentis universis ac aliis et singulis eiusdem
ville censibus redditibus proventibus fructibus et utilitatibus et
gratiis cum omni iure dominio et proprietate omnibus quoque attinentiis per-
tinentiis coherentiis ad eandem villam Stolno ab antiquo spectantibus
quovismodo nomine seu vocabulo nuncupatis ita longe late et circumferencia-
liter prout in suis limitibus et granicibus est distincta situata et lo-
cata prout quoque eam ipse Paulus Jastrzeczski et sui antecessores tenuerunt
habuerunt et possederunt ac prout possessionem iure regio tenere et possi-
dere debemus tenendam habendam utifruendam pacifice et quiete possidendam et
habendam tamdiu quousque summa dicta septingentarum viginti quinque Marcarum
ipsi Georgio Crupski et eius successoribus per nos vel nostros successo-
res fuerint solute quibus solutis possessio predicte ville ad nos et
successores nostros pleno iure redibit iuribus nostris et stanowibus semper
salvis Preterea literas quascunque olim ipse Paulus Jastrzeczski super eandem
villam habuit cassamus cassamusque et cassamus presentibus licet vere ea-
rum apud successores dicti Jastrzeczski remaneant de quadringentis Mar-
cis pecuniarum quas non approbamus ideo quod eas suspectas habemus ad approbationem
consiliariorum nostrorum Qui si decreverint esse iustas nos summam pecunie
in illis descriptam si litere approbabuntur eisdem successoribus in
aliis bonis nostris regalibus que tenent inscribere debebimus Georgio Crup-
ski predicto in possessione eiusdem ville Stolno quam redemit non impedito
sed ut istud contineatur latius in literis eiusdem successoribus Pauli hic in
privilegiorum date Harum quibus sigillum nostrum etc. Datum in Lublin feria quarta
in crastino festi sanctorum Simonis et Jude apostolorum Anno domini 1507

Census Judeorum Cracovien. Isaac Judeo in trecentis florenis obligatur

Vidi

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quod cum Serenissimus olim
germanus Princeps dominus Joannes Albertus Rex et predecessor noster Censum annuum
regium centum florenorum ungaricalium per Judeos Cracovienses solvi solitum pro-
vido olim Frederico de Olomuncz Cirurgico suo dederat ad ultima vite
tempora percipiendum sub hac condicione quod post mortem eius Frederici si
illa Maiestas regia defuncta aut successores eius nos videlicet illum
censum liberare vellent aut vellemus extunc trecentos florenos hunga-
ricales successoribus dicti Frederici soluturi soluturi quod tenerentur essent
et solvere debemus sicut nunc prout accipimus idem olim Fredericus de
medio sublatus est fuerat et nos aliis publicis oneribus impediti trecentos
florenos liberando censu illum solvere non curamus Itaque ad intercessionem
et ad petita Reverendissimi in Christo patris domini Andree Archiepiscopi Gneznensis et Pri-
matis admisimus et consensimus admittimusque et consentimus Judeo Isaac eiusdem
domini archiepiscopi fisico censum illum de manibus successorum predicti olim
Frederici liberandum sive solvendo successoribus illis predictos trecentos
florenos sive cum eis utrumque componendo Postquam vero Isaac ipse

liberaverat censum illum conservabimus nos successores que nostri Isaac
predictum in percepcione census predicti non eximendo illum nec ad
emendum eundem consenciendo donec Isaac predictus vitam agit in
humanis eo tamen mortuo existente solutis per nos vel successores
nostros successoribus dicti Isaac Judei aut predicte Jurvinge florenis
si eos prefati successoribus predicti olim Frederici solvit aut tanta sum-
ma pecuniarum censum ipsum redimendo exponit census ipse ad nos et
successores nostros devolvitur pleno iure harum quibus sigillum nostrum etc.
Datum in Lublin feria tercia festi Sanctorum Simonis et Jude Apostolorum
Anno domini Millesimoquingentesimoquinto

Consensus Nicolai phirlei villam Taechavi-
cze obligandi Mathie Zolkyewsky

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia de certa scien-
cia et speciali gratia Regia nostra Generoso Nicolao Firley de Dambrowicza
Vexilifero Lublinensi et Capitaneo Lublinensi fideli nostro dilecto villam nostram
Tarchavicze in Capitaneatu Lublinensi situatam tenute sue Nobili Mathie	vpl
Zolkyewski terrigene nostro in certum Marcarum prenominatarum monete communis
obligandam consensimus consentimus que presentibus ita tamen quod ipsa certam Mar-
carum in qua eandem villam obligaturus est non excedat summas in ea
eidem Nicolao vel antecessoribus suis per nos vel antecessores nostros iuste
et legittime inscriptas per ipsum Mathiam Zolkowski villam predicta Tar-
chavicze postquam sibi obligabitur iuxta vim et tenorem literarum origina-
lium super eam iuste datarum tenendam habendam et possidendam pacifice
usque ad exempcionem per nos vel successores nostros faciendam qua facta
possessio eiusdem ville ad nos et successores nostros redibit et devolvetur pleno iure
Juribus nostris semper salvis harum quibus sigillum nostrum etc. Datum in Lublin feria
quarta in crastino Sanctorum Simonis et Jude Apostolorum Anno domini Millesimo
quingentesimoquinto

Ville Lukovyecz Klonicze et Skowrodlo a
contribucionibus pecuniarum et frumentorum occasione
commutacionis cum Archiepiscopo facte eximuntur

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Nos Alexander dei gratia
Rex Polonie etc. Significamus etc. Quemadmodum tempore proxime preterito
Reverendissimo in Christo patri domino Andree Archiepiscopo Gneznensi et primati Re-
gni de Boryszhowicze certis patentibus litteris nostris consensum dedimus nostrum
ad commutacionem cum Venerabili et Religioso Jacobo Michowski et suo conventu
Andrzeyoviensi faciendam commutando villas ipsius domini Archiepiscopi hereditarias	vg.
suas certas pro villis Abbatis et conventus predicti Lukowyecz et Klonycze
in terra et Capitaneatu Sandomiriensi ac Skowrodlo in terra eadem Sando-
miriensi et districtu Wislicensi consistentes ad Abbatem et conventum predictum

Andrzejoviensi pertinentibus Sit in primam intelligentes villas Silectas Lukowynsko Blonije et Skowrodlo ad certas summas solucionis et contribuciones pecuniarias et frumentorum seu avene ac ad labores nobis castro nostro Sandomiriensi et nove civitati Korczyn obnoxias esse Et ne perficerat nos promisso volentes quatenus temporibus futuris ipse dominus Reverendissimus Archiepiscopus seu sui successores hereditarii occasione dictorum frumentorum laborum et aliorum onerum per nos successoresque nostros eorundem per locorum capitaneos in possessione villarum ipsarum ab abbate et conventu Andrzejoviensi comutatarum possessione non esset impeditus ac cio sed eidem domino Archiepiscopo ad comutandum consensum dedimus Se villas ipsas Blonije Lukowiecz et Skorzowollice eorumque kmethones et incolas universos presentes et futuros propter ipsius domini Andree Rosa archiepiscopi et maiorum eius de nobis et republica regni nostri multiplicia merita de speciali gratia et favore regio nostro de consilio consiliariorum nostrorum ab universis et singulis laboribus frumentorum seu avenarum solucionibus et quibuslibet contribucionibus seu oneribus ad castra predicta nostra Sandomiriensem et Novecivitatis Korczyn seu eorum ad castrum et promptuarium pertinentibus eximimus et liberandos duximus eximimusque et liberamus perpetuis temporibus tenore presencium mediante In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum Actum Sandomirie feria sexta post festum Sancte Hedwigis anno domini 1507 presentibus Reverendo patre Nicolao de Cotzmyrzow preposito Wladislaviensi et electo Chelmensi Magnificis Venerabilibus et Generosis Nicolao de Camyenyecz pallatino Sandomiriensi Joanne Szprowski Sandecensi et Martino Srothmyrzki Zavichostensi Castellanis Joanne de Lasko Regni nostri Cancellario Alberto Gorski Scolastico Wladislaviensi et Secretario nostro Stanislao Jarocki Curie nostre Marschalko et aliis consiliariis curiensibus nostris testibus ad premissa fidedignis sincere et fidelibus dilectis Datum per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko Ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellarii sincere nobis dilecti

Contractus Joannis Turzo et Bonar super otto milibus marcarum argenti ad Monetam per ipsos exhibendi:

Vsp.

Alexander dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lithuanie etc. Significamus etc. Quia utilitatem nostram et Reipublice Regni nostri ex monetacione nostra uberiorem fore inspicientes cum Generoso et famoso Joanne Thurzo et Joanne Bonar consulibus Cracoviensibus fidelibus nobis dilectis pro argento nobis ad monetam nostram per eos dando cum consilio consiliariorum nostrorum tale contraximus: Quod ipsi Joannes Thurzo et Joannes Bonar octo Millia Marcarum argenti in qualibet marca quindecim lotos argenti computando Nobis atque in manus Magnifici Jacobi de Szydlowiecz Thezaurarii Regni nostri incipiendo a festo Sancti Galli anni presentis singulis septimanis durantibus Marcas argenti

dare in effectu tenebuntur, dabunt quoque tandem eiusdem prefata octo
Millia Marcarum argenti ad monetariam nostram extradita fuerint totaliter
et completa. Que quidem octo Millia Marcarum argenti marcam quamlibet
per quinque florenos auri boni et iusti ponderis aut per quinque florenos
nostros in medijs grossis quolibet florenum per triginta solidos grossos
computando solvere debebimus eisdem thezaurarijs prefatos florenos pro
eius argento modo ut premissum est dabimus ipsis solucionem absque
quauis dilacione et negligentia tali ut premittitur fieri debet et te-
nebitur. Et quia quelibet Marca argenti ad monetariam nostram dan-
da non nisi quindecim lotos continere debeat, Itaque si aliqua marca argenti
plus quindecim lotos continebit contineret, tunc id quod superabit et
probator noster Ciuitatis nostre recognouerit Nos ipsis Joanni Thurzo et
Joanni Bonar obligamus solutum. Si vero minus quam quindecim lotos
aliqua Marca argenti continebit, tunc id quod deficit ipsi apponere tene-
buntur et supplere, aut eis in solucione facienda defalcabitur. Preterea
prefatos Joannem Thurzo et Joannem Bonar in dicto octo Millium
Marcarum argento indempnes reddere nostris litteris iussimus et obligamus
presentibus literis nostris Zupparum nostrum Cracouiensem modernum alios quoque omnes
pro tempore existentes Zupparios Ciuitatis quia eis decem Millia florenorum
Hungaricalium in auro citra vel ultra ex Zuppis nostris Ciuitatis dare tenebuntur
et debebunt ipsi quoque Joannes Thurzo et Joannes Bonar pro unoquoque
floreno hungaricali in auro Zupparius quoque noster per triginta solidos grossos
dare et soluere tenebuntur. Volentes autem prefatos Joannem Thurzo et Jo-
annem Bonar Consules nostros Cracouienses pro hac beniuolentia et affectu
quibus nobis et reipublice Regni nostri officiose obsequendari studuerunt
condignis nostrarum graciarum prosequi fauoribus eosdem quoque reddere consolatos,
ipsis de gratia nostra speciali et consensu consiliariorum nostrorum Mille quindecim
Marcas argenti ipsorum proprij in monetaria tamen nostra excudendas
indulsimus et dedimus, indulgemus quoque et damus tenore presentium medi-
ante expensas ipsorum argentum vero ad lucro totaliter prefati Joannes
Thurzo et Joannes Bonar tollent pro ipsorum commodo priuato et proprio.
Pro tanto vobis Magnifico et Generoso Jacobo de Szydlowyecz Regni
nostri thezaurario et Joanni Jordan de Zakliczin Castellano Bieczensi et
Zupparis Ciuitatis presentem contractum nostrum innotescimus. Mandamus quoque habere
volentes quatinus contractum eundem nostrum tenere et obseruare et eis satisfacere
debeatis. Tu Jacobe de Szydlowyecz thezaurarie ab eis ipsis Joanne
Thurzo et Joanne Bonar Consulibus Ciuitatis argentum recepturus, solucionem quoque
eis absque omni negligentia impensurus. Tu vero Zupparie de ipsis decem
Millibus florenorum in auro citra vel ultra responsurus illis pro ut
ante tibi per consules prelatos modo superscripto soluendis, que omnia premissa
et contractus prelatos nos tenere volumus et promittimus, per vos quoque the-
zaurarium et Zupparium teneri et obseruari decernimus. Et in horum robur et
testimonium Sigillum nostrum est presentibus subappensum Datum in Proszowicze
feria quinta proxima post festum Sancti Michaelis Anno domini 1507

Centum marce argenti cum lucris singulis septimanis Joanni Bonar traddendi sunt usque ad integram sex millium triginta et unius florenorum solutionem

Np

Alexander rex Significamus etc. Quia nos una cum consiliariis nostris instantiam et sufficientem fecimus racionem cum famoso Joanne Bonar consule nostro Cracoviensi de omnibus et singulis rebus videlicet pannis sericeis et laneis florenis quoque in auro ac pecuniis in moneta aliisque rebus cuiuscunque generis et mercanciis per ipsum Joannem Bonar de speciali nostro mandato et commissione pro nostris ac reipublice regni nostri necessitatibus diversis personis datis traditis et in effectu extractis remansimusque ei obligati in summa sex millium et triginta unius flor. in mediis grossis quolibet floreno per triginta octo grossos computando de quibus sex millibus et triginta uno flor. ipsum Joannem Bonar et successores suos credendo et indempnes ~~vollo lapicida~~ ac fore atque de eorum solucione providere cupientes ipsi Joanni Bonar et sue societati videlicet famosis Zaifrido Bethman et Erasmo Bethman filio ipsius Zaifridi consulibus nostris Cracoviensibus eorumque omnibus legittimis successoribus summam prefatam sex millium triginta unius florenorum de erario monetario nostro verbo nostro regio solvere promittimus solvendamque demonstramus et inscribimus presentibus litteris nostris ita videlicet quod ex argento per Generosum et famosum Joannem Thurzo et simul Joannem Bonar consules nostros Cracovienses nobis dilectos ~~nobis dilectos~~ secundum contractum cum eis factum ad monetariam nostram dando singulis septimanis ducentas marcas argenti ad excudendum de uno cento marcarum argenti lucrum totum videlicet centum quinquaginta florenos in uno quoque florenorum triginta grossos computando ad racionem debiti suprascripti singulis septimanis recte et in manus ipsi Joanni Bonar effectualiter dari debent et tale istud continuari debebit usque ad integram et totalem sex millium triginta unius florenorum prefato Joanni Bonar sueque societati prefate ac eorum omnibus legittimis successoribus exolucionem. Pro tanto tibi Magnifico Jacobo de Szydlowyecz regni nostri thesaurario et monetarie nostre directori moderno aliisque omnibus pro tempore existentibus committimus et mandamus precipiendo et omnino hanc volendo quatenus ex toto argento quod prefati Joannes Thurzo et Joannes Bonar ad officinam nostram et monetariam singulis septimanis ut premissum est ducentas marcas argenti dabunt sunt excudendum absque omni dilacione et negligencia ad centum ducentarum marcarum argenti lucrum totum videlicet centum quinquaginta florenos in quolibet florenum triginta grossos computando singulis septimanis eidem Joanni Bonar tua sinceritas in manus det et effectualiter solvat. Et ita tua sinceritas continuet usque ad totalem prefati debiti sex millium triginta unius florenorum exolucionem. Casu vero et impedimento quocunque contingente quod Monetaria seu cussio monete suspensa foret et sufficiens solucio eiusdem prefati debiti non impleretur, extunc id quod restabit non exoluti debiti sex millium triginta unius florenorum Nos et successores nostri de proprio suo fisco tamquam iustum et legittimum nostrum rei publice regni debitum ipsi Joanni Bonar et societati sue prefate eorumque successoribus legittimis ad requisicionem eorum promittimus nostro verbo regio solvere et pollicemur Successores quoque nostros quoslibet ad solucionem totalem effectualiter faciendam inscribimus et obligamus tenore presencium mediante in robur quoque et evidens testimonium premissorum Sigillum nostrum etc. Datum in Piotrkow feria quinta proxima post festum sancti Michaelis Anno domini 1505

Joannis Thurzo indultum Wistula et alia flumina navigandi

Alexander dei gratia rex Polonie etc. Significamus tenore presentium Quod licet
in conventione Radomiensi preterita consulto statutum sit et esset publicatum ut
navigationes cum mercibus per flumen Wisla prohiberemus ea racione
ne vectores in sua conditione et thelonea in proventibus decrescant quo-
rum ex mercatorum transitu augmentum esse consueverunt tamen Generosi
et famosi Joannis thurzo consulis Cracoviensis singularem in nos et rem-
publicam regni nostri benivolentiam ac fidem considerantes qui ad vota nostra
pro reipublice necessitatibus tantum facere consuevit quantum unusquisque hic
ex eo voluit prout et impresentiarum ad excudendas monetas novas
novas summas argenti haud exiguas cum sua societate nobis in mutuum dedit
Et non minus perpendentes quia ipse metallinas [illegible] merces in m[illegible]
pro flumine consueverunt pro quibus tanta vectorum copiam hic non est
[illegible] summas per vectorum [illegible] ducturos esset et nihilominus
semper ipse [illegible] vectoribus imponit quotquot pro tempore se offe-
runt illi reliquum navigandi transferret Ex his ergo respectibus Statu-
tum illud Radomiense quod ad personam Joannis [illegible] thurzo predi-
cti relaxandum et ipsi flutacionem illam indulgendum duximus relaxa-
mus que et indulgemus presentibus dantes eidem Joanni thurzo facultatem
et libertatem omnimodam per Wisle et aliorum regni nostri fluminum
navigationes merces suas metallinas predictas presertim vero cuprum
in summis quantiscumque voluerit versus Civitatem nostram Gedanensem
seu alia maritima portum quam navigabilium ac terrestrium loca sive in tra-
ctu fluvialibus navibus sive in lignorum strubibus aut aliquo commodo
navigandi genere quod eligendum duxerit flutandi et navigandi libere
pariter et secure. Quam admissionem et libertatem eidem Joanni thurzo
donatam universis quibus expedit subditis nostris innotescimus Mandantes
universis prefatis dignitariis Officialibus Capitaneis Burgrabiis ter-
rigenis et locorum quorumcunque dominis et factoribus presentibus requi-
rentes ceterisque subditis quibuslibet nostris ut Joannem thurzo predictum
ceterosque factores suos in sua navigatione impedire non audeant quinymo eo-
rum necessaria et amicabilia sibi factoribus que suis oportuna ut libere pariter
et tuto navigare et prebere debeant aliter non facturi pro gratia nostra
In cuius indulti nostri testimonium Sigillum nostrum est subappensum Datum
~~in Lublin~~ Cracovie feria tercia proxima post festum Sancti Michaelis
Anno domini Millesimo quingentesimo quinto

Debitum duorum millium et nonaginta florenorum David super proventibus Bydgostiensibus inscribitur

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quod imprae-
nobis Cracovie feliciter agentibus Postquam cum Generoso Daniele de Olyzye
Capitaneo Sandomiriensi pro solarijs serviciorum nobis impensorum racio-
nem fecissemus Cumque ex racione et regestro comperimus nos ei de-
bitores duorum Millium et nonaginta florenorum, Quam summam ex ra-
cione ipsa sibi remansimus Itaque eorundem duorum Millium nonaginta
florenorum solucionem sibi impendere cupientes quem de eius solucione cer-
ciorem et indempnem reddere cupientes Sibi de censibus et proventibus
omnibus de Civitate pilsznensi villis quoque ad Castrum et Civitatem Pils-
zna pertinentibus prout dicte summe solucionem demonstramus demonstrat
quibus percipere dantes eidem Daniel et successoribus suis
facultatem census et proventus omnes tam de Civitate predicta
Pilzna quam de villis ad tenutam Pilsznensem spectantes percipiendi tol-
lendi et exigendi usque ad integram duorum Millium nonaginta floreno-
rum percepcionem et solucionem de quibus omnibus censibus et proven-
tibus ad racionem dicte summe percipiendis Daniel predictum successo-
res quoque suos quittos facimus harum quibus sigillum etc. Datum
Sandomirie feria sexta ante festum sancte hedwigis Anno domini 1507

Exactio duorum grossorum et Census Judeorum per quadriennium Stephano Fischel inscribuntur

Alexander dei gratia Rex etc. Significamus tenore presencium quibus etc.
pro et — Quia non minus iusto ac debito respectu moti ad religiosas virtutes
et benemerita famosi Stephani Fischel servitoris nostri fidelis dilecti.
Qui sicut relicta paternorum professioni legis Mosaice obtenebra-
ta fide squalorem infidelitatis puritate sacri baptismatis unde
abluit et dei Crucifixi fidem sub nostra et Serenissime olim domine
Elizabeth genitricis nostre privitate baptismali professus est Sic de
nobis et olim Serenissimis Reverendissimo quoque eadem genitri-
ce sacra Joanne alberto Rege et frederico Cardinali germanis
nostris negocia servicia quoque certa honesta et nobis atque illis olim
grata et utilia obeundo expediendo quoque plurima atque adeo meruerit
ut etiam fortunas privatas suas pro nostris et illorum votis
exposuerit. Quapropter providentes ut pro tantis suis virtutibus
non scandalum aut condicionis deterioracionem sed in virtutibus robora-
cionem et in bonis fortune reintegracionem ex nostre Maiestatis munifi-
cencia habeat atque reportet Imprimis pro nobis et olim genitricis
sacra nostra spiritualem attendentes eiusdem Stephani filiacionem eam
favore Regio omni tempore prosequi volumus. Tandem hic impraesenciarum
secum computum fecimus racionis super debitis per nos et ipsos olim
germanos nostros, presertim vero per Joannem albertum Regem
apud eum contractis, Que licet duo millia florenorum excedebat
tamen facta defalcacione Exactionis Judeorum in terris Russie
sibi per nos commisse et alijs ex mandato et donacione nostra

per eum perceptis: inclusis etiam debitis Curien certorum
apud eum contractis quorum solucionem interessimus, comperimus
nos eidem Stephano debitores esse in Millequingentis florenis
Ungaricalibus Et insuper ex speciali gra et liberalitate Regia nra. Ut
humilem filiacionis sue condicionem utcumque innuemus sibi de certa sciencia
et liberalitate Regia nra Quadringetos florenos Ungaricales dono
damus pro quibus solucionem sibi designare cupien sibi successoribusque
suis Exaccionem duorum grossorum terre Siradien quam nuper de ma-
nibus et Tenuta Generosi ac Strenui Stanislai Jarosky Curie nre
Marsalci redemimus et item Census annuos ad nos ptinen Iudeorum
poznanien Gneznen Calisien Mnedzirzecen Iuniwladislavien Brze-
sten et ploczen Civitatum in aliisque Opidis et locis et alis ubique locorum
oium Maioris polonie Cracovien et Russie terrarum existencium hinc
usque ad annum domini Millesimumquingentesimumnonum, incluso eo ipso anno
nono, comisimus et comittimus sub condicionibus infrascriptis dantes ei
facultatem omnimodam Exaccionem duorum grossorum Census que predictos
exigendum et colligendum de perceptis que solucionibus solven quittandi
de quibus omnibus Exactione duorum grossorum et Censibus Iudeorum
ipse Stephanus successoresque sui usque ad annum suprascriptum Millesimum
quingetesimumnonum inclusive, ad racionem debiti predicti sui Millequin-
gentorum florenorum, et item Quadringentorum florenorum per nos ei do-
natorum, Quingentos florenos Ungaricales annis singulis percipiet
percipere que debebit, Cui pro expensis et provisione sua Centum
marcas pecuniarum monete et numeri polonicalium quadragintaocto grossos
marcam in quilibet computando de eisdem Exactione et Censibus singulis
annis percipien assignamus et inscribimus ~~de quibus Quingetis florenis~~
usque quo integram eiusdem summe Millequingetorum Et item ei donatorum
Quadringentorum florenorum solucionem complebit et tollet prout anno
predicto Millesimoquingetesimonono utraque summa compleri debeat: de
quibus Quingentis florenis et Centum marcas singulis annis percipien
Stephanum ipsum successoresque suos quittamus in perpetuum. Verumquia
Anno nunc currenti Census ipsos Iudeorum per alios comisimus exigen
percipien que Exactionem quoque nos ipsi tulimus et percepimus sic quod non speramus
eum anno isto currenti tam de Exactione duorum grossorum quam de
censibus Iudeorum quicquam percepturum: Itaque quicquid ipse Stephanus
successoresque sui in et de Exactione et censibus ipsis colliget et percipiet
nobis successoribusque nris racionem reddere, et de pecuniis ultra pre-
dictos Quingetos florenos et Centum marcas percipiendis nobis suc-
cessoribusque nris racione ~~reddere~~ respondere tenebitur. Ut autem
reiveritas et fidelis Exactio nobis et successoribus nris notificetur
in futurum ipse Stephanus et successores sui recogniciones a preco-
sulibus et Consulibus Civitatum et Opidorum ubique locorum in quibus
census ipsos percipiet recepturi erunt testificantes summam sibi pro
censu solutam. Quibus ipse quoque suas dabit super perceptis,
de Exactione vero terre Siradien in Castro Siradien a Capitaneo

loci vel illius vicecapitaneo in absencia Capitanei incipiendo ab anno proxime futuro vz^{t} Millesimo quingentesimo sexto usque ad annum Millesimumquingentesimumnonum inclusive: easdem recogniciones recipiet ut ex eis per earum que tenores constet: de quanta summa nobis successoribusque nostris responsurus erit. Quam Exactionis et Censuum summam commissionis eidem Stephano successoribusque suis inscriptam omnia que et singula premissa tenere et observare firmiter et irrevocabiliter nec eum successores que suos ab eadem commissione nostra et percepcione amovere vel alienare usque ad finem anni predicti Millesimiquingentesiminoni inclusive ac usque ad integram percepcionem predictarum summarum sibi designatarum pecuniarum, quinymo auxilia auctoritatis Regie ad percipiendam dare tociens quociens necesse habuerit eidem Stephano successoribus que suis promittimus tenore presencium mediante, harum quibus Sigillum nostrum est subappensum etc. Dat in Lublin feria sexta post festum Omnium sanctorum Anno domini Millesimoquingentesimoquinto. Regni nostri quarto:

Joannes de Lasko R. p. Cancellarius
manu propria sst.

Inscripto trium millium octingentorum triginta sex florenorum et quadringentarum triginta quinque marcarum Petro Schafranniecz in Castro Sochatzovien. facta

Nota R. g. p. Alexander dei gracia etc. Signihcamus etc. Quomodo facta cum Generoso Petro Schafranijecz de Pijeschkovaskala Castellano Visliciensi Radomiensi Sochazoviensi et quondam Marienburgensi Capitaneo sufficienti racione super universis et singulis censibus et proventibus ad Castrum Marienburgensem pertinentibus per ipsum a die suscepcionis usque ad diem resignacionis eiusdem perceptis ac edificiis illuc erectis necnon quittanciis nostris de mandato nostro per eum solutis In qua racione positis omnibus perceptis et distributis, Remansimus ei sibi debitores summe trium millium octingentorum triginta sex florenorum Ungaricalium: monete et numeri communiter in Regno currentis, et quadringentarum triginta quinque marcarum monete eiusdem quadraginta octo grossos marcam in quilibet computando. De qua quidem summa ipsum assecurare eandem sibi in bonis nostris Regalibus vz^{t} in et super castro opido et Capitaneatu Sochazoviensi Terrule sue

de consensu omniumque prelatorum baronum et consiliariorum
Regni nostri hic nobiscum existencium inscribimus et assignamus presentibus
per ipsum petrum ac suos successores dicta bona iuxta contin:
enciam et effectum literarum nostrarum originalium desuper datarum
tenenda habenda utifruenda et possidenda tandem quousque sibi aut
successoribus suis dicta summa trium millium octingentorum triginta
sex florenorum hungaricalium et quadringentarum triginta quinque
marcarum una cum aliis summis pecuniarum illuc iuste et
legittime inscriptis per nos aut successores nostros fuerit plene
exoluta. Quo facto possessio illorum bonorum ad nos aut suc:
cessores nostros redibit pleno iure, preterea licet in superioribus
literis nostris super dictis bonis nostris Capitaneatus Sorhazowien
ipsi petro datis Staciones meminimus pro nobis fuisse reservatas.
Tamen quia summe pecuniarum suprascripte sunt aucte supra
summas primo inscriptas quibus fortasse fructificacio reddituum
iuste non posset respondere Itaque staciones nostras que in Capita:
neatu et Tenuta sua Sorhazowien pro nobis reservate erant
eas Staciones nos ipsi petro et ipsius successoribus de certa sciencia
nostra inscribimus per ipsum et successores suos usque ad redempcionem
bonorum illorum tollendas et percipiendas sub condicionibus
istis Quia nobis ad Capitaneatum illum venientibus Stacionem
trium dierum ipse petrus et successores sui nobis successoribusque
nostris non ex debito obligacionis sed ex libero arbitrio volun:
tatis sue daturus erit. Iuribus nostris semper salvis harum
quibus etc est subappensum testimonio literarum. Datum in Con:
vencione generali Radomien. Sabbato infra octavas sacra:
tissimi Corporis Christi. Anno domini Millesimoquingentesimo
quinto Regni nostri quarto :-

Joannes de Lasko R. p. Cancellarius
manu propria subscripsit

Decretum inter Andream Schadurka et Cives Leopolien pro solucione Lublinen thelonei Latum

x29

Alexander dei gracia
Rex polonie etc

Significamus tenore etc Quomodo cum coram Consiliariis nostris spe:
cialiter ad id deputatis controversia orta fuisset inter Nobilem et
famosum Andream de Schadurka Civem et Theloneatorem Lublinen
ex una et Cives ~~Leopolien quibuslibet~~ Mercatores et Leopolien
partibus ex altera pro solucione thelonei Lublinen. In quo ipsi

a quo ipsi cives Leopolienses quibusdam litteris olim fratris nostri maiestate docebant se fuisse exemptos, licet quoque eandem cives asserebant se per nos ab omni theloneorum solucione perpetuo esse exemptos et liberatos, tamen quia ipse Andreas Schadurska reproduxit litteras thelonei sibi ac suo predecessori obligati datas antequam eosdem cives a solucione theloneorum absolvimus. Rursus vero predicti cives ultra litteras predictas nostre donacionis affirmabant se predicte olim fratris nostri maiestatis litteras tempore talis theloneorum indulsionis habere, quarum adhuc contractus non expirasset. Propterea nos decernimus decrevimus quoque partibus per predictis civibus Leopoliensibus hic coram nobis pro festo purificacionis virginis Marie et in nostri absencia coram Nicolao Firley reproducturi sunt litteras quibus asserunt a solucione theloneorum se exemptos esse. Quarum tenorem tandem inspicient si eque necnon indulsionem illam nondum expirasse theloneum ipsum non dandum decrevimus. Si vero expiraverit dabunt tunc istud theloneum quod in litteris nostre donacionis conscriptum erit. Ut autem constaret si illa donacio fratris Maiestatis ipsis civibus concessa preterierit quorum theloneum impensuri essent mandavimus predicto Andree Schadurska medio eorum consilio theloneatorio ab eis non exigendo exacto sed registrato ut secundum registrum sibi solvent si libertatem producent expiratam. In huius decreti nostri testimonium sigillum nostrum presentibus est subimpressum. Datum in Lublyn die dominico in crastino omnium sanctorum Anno domini 1507

Joannes de Lasko R. P. Cancellarius
manu propria scripsit

Approbatio plenipotencie super theloneum Lublinensem Andree Schadurska sibi per tutorem commisse

Ap.

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quod licet recognoscamus famoso Joanni Knez theloneum nostrum Lublinense quod a nobis in certa summa florenorum obligatum habuit Nobili Andree de Sadzky consuli civitatis Lublinensis in Mille florenis Ungaricalium inscribere et obligare, prout inscripsit et obligavit, tamen quia prefatus Knez eundem Andream ad tenendum et percipiendum alias summas quas in thelonio illo nostro habet plenipotentem et procuratorem coram Judicio Castri nostri Lublinensis fecit et constituit prout per literas judicii eiusdem Castrensis coram nobis originaliter per Andream ipsum exhibitas eiusdem plenipotentiam plenipotentie documentum habuimus ... petitionibus Andree ipsius annuentes ad eandem plenipotentiam ac ut in residuo pecunie ad ipsum Knez in thelonio ipso pertinentis theloneum illud nostrum iuxta originales literas super theloneum illud nostrum eidem Knez nostre date ad exemptionem usque teneat consentimus consensum que damus nostrum literas plenipotentie illius approbando et decernendo esse firmas ac legittimas harum quibus etc. Datum in Lublyn feria sexta post festum omnium Sanctorum Anno domini 1505 Regni nostri quarto

Indemnitas Joanis Jordan et Bonar fideiubentium Joanni Turzoni

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Ex quo Magnifici Generosus et famosus Joannes Jordan etc. et Joannes Bonar consul Cracoviensis Mille florenos Ungaricales in Auro Generoso Joanni Thurzo civi Cracoviensi fideiusserunt pro nobis solvendos, Idcirco nos prefatos fideiussores nostros pro ipsa eorum fideiussoria indemnes reddere volentes eosdem Mille florenos ipsis fideiussoribus nostris successoribusque eorum exsolvere et de pro termino pro quo eidem Joanni Thurzoni solutionem fideiubebant exsolvere et de hac ipsa eorum fideiussoria eos et eorum successores indempnes reddere pollicemur presentibus Quorum omnium et premissorum in testimonium Sigillum nostrum est eisdem presentibus nostris subappensum Datum in Brzesko feria sexta proxima post Martini Anno domini 1505

Quittacio sumaria Judei Josko

Alexander etc. Significamus etc. Quia summando hic in Lublin cum Iudeo Josko Leopoliensi et Belzensi theloneatore diversas quittacionum summas in diversis quittancijs coram nobis originaliter exhibitis scriptas comperimus eum ad mandatum nostrum summam septingentarum nonaginta marcarum monete et unius condonit [?] extradidisse ad racionem Leopoliensis et Belzensis theloneorum per nos ei arendatarum de qua summa quittamus eum et a theloneis predictis eorumque arenda ipsum annorum [?] debemus donec aut perceperit eam summam aut eam sibi solverimus prout nisi perceperit solvendam promittimus tenore presencium mediante harum etc. Datum in Lublin feria sexta in vigilia omnium sanctorum Anno domini 1 7 0 7

Quitacio summe quattuor millium florenorum sexigenta nonagita unius per Joanem Jordan Zupparium Cracoviensem exposite

Alexander dei gracia etc. ~~Significamus etc.~~ Rex et magnus dux etc. Quia summam ~~summam~~ unam faciendo ex registro pecuniarum et rerum diversorum generum ad mandatum nostrum per Generosum Joannem Jordan ~~[illegible]~~ nobilis expositorum comperimus ex racione eum exposuisse extradidisse summam quatuor millium sexingentorum nonaginta unius florenorum ad racionem zuppariarum nostrarum de qua summa quatuor millium sexingentorum nonaginta unius florenorum Joannem ipsum et heredes suos quittamus presentibus harum etc. Datum in Lublin feria sexta post festum omnium sanctorum Anno domini 1 7 0 7

Salvusconductus Oratoribus Valachie

Alexander dei gracia etc. Significamus etc. tenore presencium quibus expedit universis et singulis has litteras visuris aut lectas audituris Quia fidem habemus et fidentissime damus et dedimus has litteras nostras salvi conductus veras et Cristianitas prout consuetudo est et ad Cristianam fidem pertinet Oratoribus amici nostri Magnifici Joannis Bogdan Voyewoda domini terre Moldavie qui ab ipso ad nos in legacione venire debent videlicet Generosis Joannes Theutul logofeth Izar Vistharnik Iwan Szandrowicz et Lucas diak et ipso modo dedimus eis salvum conductum a nobis et a fratre nostro Illustrissimo principe domino duce Sigismundo Maioris glogovie apparente etc.

Dum ac Superiorum et inferiorum Regni Gubernator et ab omnibus sub
ditis nostris Polonie superioribus et inferioribus et ab aliis hominibus
terrarum nostrarum incolis ut ipsi Oratores ad nos venire possint
libere et aperte sine quavis arrestacione et absque quavis fraude vel
infestacione sine occulta cum omnibus famulis eorum hominibus equis
zanie et rebus omnibus quas secum habuerint / et ad nos debemus portaverint
ipsos suscipere honeste ut decet et nobis qualitercumque et necessarie
per eos fuerint intimate eos honeste et amicabiles et ipsos commisso
ab amico nostro Magnifico Bogdan Woyewoda omnes audacter possint
ad nos deferre et nobiscum colloqui Nos quoque singulas res eorum graciose
debemus exaudire tamen disponendo nobiscum cunctas res ipsorum
necessarias sine forent ad intelligenciam mutuam et concordiam sine
ut forent quando a nobis redire voluerint ad dominum eorum Bogdan
Woyewoda Nos debemus ipsos cum honore remittere securum conductum
eis dare per omnes terras nostras donec ad terram ipsorum venirent
pacifice libere honeste aperte et secure cum toto ipsorum comitatu homi:
nibus dextris equis thezanie et rebus attinenciis quibusque secum
habuerint hec omnia suprascripta debemus tenere et adimplere absque
quavis calliditate et astucia aperta sine occulta Super quo est fides
et anima suprascripta superdescripti nostri Alexandri Regis Polonie etc
fides et anima dominorum Archiepiscoporum Episcoporum et ceterorum
prelatorum Spiritualium fides et anima omnium nostrorum consiliariorum
et nostrorum consiliariorum maiorum et minorum utriusque status et propter
maius testimonium et robur has literas nostras salviconductus fieri
missimus et nostro Regio sigillo subimpresso communiri Datum in Grod
no feria tercia ... Anno domini 1 5 0 7 Regni nostri sexto

Cōsensus Nicolai Cosczeleczki pallatini Brzesten pro domo in suburbio Bidgostien obliganda

Vis.

Alexander dei gracia Rex Polonie etc Significamus etc Quomodo an:
nuentes peticionibus Magnifici Nicolai de Cosczelecz pallatini
Brzesten sincere nobis dilecti domum nostram in suburbio Bydgostien
inter domos providorum Johannis Slok ex una et Nicolai
Grotha fabrum Civium Bydgostien partibus ex altera sitam
tenute eiusdem pallatini consensimus et admisimus Nobili
Nicolao Witakowski in sexaginta sexagenis solidorum in
quolibet sexagenam sexaginta grossos computando obligare co:
consentimus et admittimus presentibus ita tamen quod in obliga
cione illa in qua domus predicta obliganda erit summa pe
excedat summas originales in domo ipsa inscriptas decernimus
per ipsum Nicolaum et eius successores eandem domum
possessori sibi obligata fuerit iuxta literas originales super ipsam
concessas tenendam habendam pacifice et quiete possidendam tamdiu
quousque solute sexaginta sexagene ipsi Nicolao et eius

et eius successoribus, per nos et successores nostros exolvetur quibus solutis possessio predicte domus ad nos et successores nostros redibit pleno iure harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in Kamionka feria tercia infra Octavam Omnium Sanctorum Anno domini 1505 Regni nostri quarto

Domina Elwa de Rzithwany provisionem habuit in Radomiensi Conventione proxime preterita decretam ad suam tum Domino Palatino Marito suo Litis definitionem

Np

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quod domina Magnifica Elna de Rzithwany Magnifici Nicolai de Crzeszow pallatini Lublinensis consors coram nobis et consiliariis nostris hic nobiscum existentibus conquesta fuisset contra Magnificum Nicolaum de Crzeszow pallatinum Lublinensem maritum suum hic presentem quia habente ipsa certa causa et actione in foro et iudicio Ecclesiastico coram certis iudicibus spiritualibus prefato Nicolao pallatino suo marito super matrimonio divortiando aut separando intentata indefinita et pendente Lite ipsa habeat certa bona propria paterna sua tamen maritus suus nec possessionem pacificam ei admittat neque ea pro victu et defensione iure promitte vellet tum quod propterea eadem domina petiisset per nos sibi decerni possessionem bonorum suorum de quibus et victum haberet et causam in iudiciis defenderet ac quod pallatino predicto eius marito respondente quod sententiam contra eam obtinuerit quod ipsa exhibebat coram nobis per quam adiudicata erat ut cum marito suo

comanerent quam possessio illa bonorum sibi racione dotalicii inscripcionum et in
vigore iuste deberet decrevimus Nos de consilio consiliariorum nostrorum tunc nobiscum
existencium talem eidem Cause provisionem faciendam decrevimus decernimusque
presentibus sic Quia Nicolaus pallatinus predictus Castrum Rythwany ac vil
las Cloda Sthaschow Dobra Oglandow Nyemyszczicze Zaraz Bozarchodze
Syrka okragla Brzozowa Pawlusschowicze Strzegom Wyszmyrowa vola
Ostrow Dzierznathe Zwyschow Bryschowycze Zrzecz Zawada Spedium
nostrum Plawiecz Byeszdzyschowycze Lubnycze Orlyecz Orle Starawyesz
Grabowa Lyszka Gora Przedow Wolicza Zdzabyn Othalusz Othalanska
vola Gorky Zukow Ruda Rudnyki et Okrada tenebit et possidebit Vxor
vero predicta eius omnia bona infrascripta Castrum Bozyslawycze ac villas
Barlogy Pomorzany Grodnycza opidum nostrum Dambycze Dambrowa Ozarow
Lagyewnyky Rudnyki Chlyna Wolca Ozarow Falyschow Gnyoszky Byny Bny
myszky Wonza Wonzowka Wonzycze Chrzanow Quaschow Przestrzen
Byeschow Vola Byeschowska Doleschowycze Oblyrow Odnawthy Odmanthy
Sawor Lazyra Wyes Wyerzchowa vola tenere possidere et habere debeat quecumque
Castra cum bonis suprascriptis utraque parcium presentis vigore decreti nostri tunc
usque ad finem litis pro matrimonio inter eas pendentis cum omnibus et singulis
predictis agris campis pratis hominibus areis censibus redditibus molen-
dinis . / silvis Gajis impiscacionibus, piscinis piscaturis lacubus Stagnis
eorumque demissionibus mellificiis et eorum emolumentis omnique iure
dominio et proprietate tenebunt et eis utifruentur et pacifice possidebunt
usque ad terminum predictum videlicet ad decisionem cause matrimonii huiusmodi
Eo tamen specialiter expresso Quod nulla parcium ex bonis sibi cum presenti
divisione temporali momentanea assignatis interim aliquid alienabit
et quod per presentem ordinacionem nullius parti Jus in quantumque ei quesitum
debeat tedi neque possessionibus prescripcionibus et inscripcionibus
eorum quibuscumque debet derogari vel preiudicari et Item quod omnes
acciones et querelas nedum inter ipsas partes verum et inter Generosum
Adam filium eorum in quibuscumque iudiciis aut pendentes aut obtenta de
bent ad eandem Cause matrimonii decisionem suspendi Quas et quas nos
presenti decreto nostro suspendimus Verum quia post hanc divisionem et bono
rum consignacionem per nos partibus utrisque factam Ipse Nicolaus proposuit
Quod prefatus Adam filius suus cum Castra Rythwany recepit Literas
ad eundem pallatinum genitorem suum spectantes super certa bona nostra Regalia
Brzeznycza et Szydlow tenutas Quas et si factus fuerit illas habuisse
eas tamen per eum in certis pecuniarum summis oppignorasse / Quapropter
decrevimus ac presentibus decernimus Quod ipse Adam eidem pallatino genitori
suo ipsas literas redimendo restituet infra hinc et duorum annorum proxime
futurorum a data presencium computatorum decursum Et si ipse Nicolaus
palatinus in ipsa restitucione esse contentus noluerit et amplius literarum
requirit / Extunc ipse Adam Literas plures si habebit restituet Si vero non
habebit iurabit corporaliter coram nobis quod non habet literas aliquas ipsius
pallatini ultra eas quas cum decreto nostro restituet / Que omnia premissa de

decrevimus per partes productas et per Adam tenere firmiter et inviolabiliter
sub vadio decem Millium florenorum Verumquia Nicolaus pallatinus dicebat
filium impossessionatum esse, Iccirco Generosi Martinus de Skothniczski Ca-
stellanus Zawichostensis et Joannes Zaramba de Calisiodora Capitaneus
Maioris Polonie coram nobis personaliter constituti fideiusserunt pro ipso Adam
quod dictas litteras restituet ad tempus prefatum sub vadio tot decem
Millium flor. Quos fideiussores erga predicta Ade filii sui predicti coram
nobis ibidem stans promisit se et successores suos intercedere et
insolidum pacificare Quia eos racione dicte fideiussionis cauciones litteras
Erga et successores suos reddat et Reddent Indempnes harum quibus sigill.
nostri Dat in Conventione generali Radomiensi Anno dni 1505

Consensus Joannis Junioris de Buczacz ex{t}ime di Myedziboze de manib⁹ Joannis Goloskorsky coniugis que ei⁹ ac reliquorum ad illud interesse habencium

Vpl

Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia propter fi-
dem que Generosus Joannes minor de Buczacz incisor Curie nostre et Curien
nostre nobis impendit impresenciarum que est, sibi de speciali gracia bona nostra
Myedzyboze in terra Podolie sitta de manibus Generosorum et Generosam
Joannis Gologorsky et Anne de Buczacz Coniugis sue Petri Szlski et olim dni
gis sue patrum ac propinquorum Jazlowyeczsky et aliorum de dicta Buczacz consortis sue
redimendi consensimus et admisimus Consentimus que et admittimus tenore presencium
mediante ista tamen que nec redimendum summam pecuniarum in augeatur Ultra
summas in dictis bonis Myedziboze iuste et legittime inscriptas Decernentes
per ipsum Joannem de Buczacz et eius successores eadem bona Myedzyboze
iuxta vim continenciam et effectum litterarum originalium predictis Joanni
Petro et Procopio coniuge coniugibus et ipsorum antecessoribus per nos et
antecessores nostros iuste et legittime datarum tenendi habendi utifruendi
pacifice et quiete possidendum tamdiu quousque summe pecuniarum in eisdem
bonis Myedzyboze iuste inscripte per nos et successores nostros prefato
Joanni de Buczacz et eius successoribus fuerit integre soluto, Quo facto
possessio bonorum predictorum ad nos et successores nostros redibit pleno iure
Iuribus nostris semper salvis Harum quibus sigillum etc. Dat in Grodno
feria sexta ante festum sancti Andree Anno dni 1505

Donacio platee Opidi Cleparz ad porta sancti Floriani urbis Crac. sitte Consulibus Cracovien. collata et inscripta

Vpl

In nomine domini Ad perpetuam rei memoriam Gesta tamen mortalium cum morte
aboleri temporum consueverunt que literarum patrocinio non fuerint munimine
commendata Proinde Nos Alexander etc. Significamus etc. Quia cum Serenis
simus olim Joannesalbertus Rex germanus predecessor quondam noster Turcis et
Tartaris terras Regni polonie non solum Russie verumetiam nonnullarum provinciarum a Civi
tate Cracoviensi vastantibus Mandaverat Civibus Cracoviensis Civitatis eandem ex
parte tamen ecclesie Sancti Floriani fortificandam Ex inde quod ipsi Cives et in
vita eiusdem olim predecessoris nostri et nostro felici tempore arcem in porta Civi
tatis versus Collegiatam predictam sancti Floriani ecclesiam foris muros sitam
non exigue magnitudinis non gravibus eorum impensis exigentibus et vallibus
grandioribus solito munientibus Cum platea domorum opidi Clepardiensis eidem
arci ac porte apposita seu contigua sive ad defensionem nocumento videtur esse
Nos propter salutem Reipublice et Civitatis Cracoviensis statim presertim vero pro
pter meliorem Civitatis eiusdem defensionem Et non minus ea racione ut
per areas illas communis pateat ad arcem predictam introitus domos et edifi
cia in eadem platea sita impensis et sumptibus non mediocribus Civium
Cracoviensium tam spiritualibus quam secularibus personis solvendo hasce domos
ac Edificia totam illarum domorum structuram platee predicte decrevimus
et mandavimus in alia opidi eiusdem loca transferri Quocirca omne ius
dominium domorum et proprietatem arearum et loci illius incipiendo ab
arce porte predicte ab illius quod vallo fossa arcem sitis eundo de Civitate
versus ecclesiam sancti Floriani ecclesiam in dextris usque ad domum que in presen
tiarum est providi Martini Cantrifusoris In Sinistra vero partibus usque
ad [illegible] opidi inclusa et sublata domo que presbiterorum domus dicta
fuit et sita in cornu platee [illegible] cognomen habuit easdem Proconsuli
et Consulibus Cracoviensis Civitatis uno dedimus damus quod presentibus Civibus
hac condicione ad eos et ad alios cuiuslibet status et condicionis homines
subditos nostros expressa atque inserta quod in areis ipsis in quibus situabatur
platea eadem Et similiter supra vallem seu fossas noviter per eosdem Cives circa
cum arcem illam non absque grandi impensa factas nulla edificia nulla quod structura
absque scitu et consensu eorundem Proconsulis et Consulum Cracoviensium erigi edi
ficari quod debeant in perpetuum Quam ordinacionem decretum et donacionem nostram
decernimus perpetui roboris esse tenore presencium mediante In cuius rei testimonium etc.
Actum Cracovie feria tercia in Castro Sancti Michaelis Anno domini Mil
lesimoquingentesimoquinto Presentibus Reverendissimo et Reverendis in
Christo patribus Andrea Gneznensi et primate Bernardino Leopoliensi Archiepiscopis
Joanne Cracoviensi Joanne Plocensi Mathia Premisliensi Regni quoque nostri Vicecancellario
Ecclesiarum Episcopis Et Nicolao Electo Chelmensi ac preposito Wladislaviensi Ec-
non Magnificis Venerabili et Generosis Joanne de Tarnow Cracoviensi Petro
Mislowski de Mirow Zawichostiensi Joanne de Tarnow Russie Nicolao de
Crostorky Lublinensi et Stanislao Kmitha de Visnycze Belzensi pallatinis
Jacobo de Szcekocina Voynicensi Petro Schaffraniecz de Pieskowa Skala
Wisliciensi et Martino Slotkowsky de Pyrsi Bogoria Zawichostensi Castellanis
Stanislao de Chodecz Marsalko Joanne de Lasko Cancellario Jacobo de Szyd
lowyecz Thezaurario Regni nostri Petro de Kurozwyecz Succamerario
Cracoviensi Stanislao Lanyskoronski de Brzezie pincerna Sandomiriensi Ceterisque
plurimis Consiliariis et Curiensibus nostris testibus ad premissa Sincere et
fidelibus dilectis Datum per Manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko ecclesie
Gneznensis et Regni polonie Cancellarii Sincere nobis dilecti

Consensus Joannis Iunioris de Buczacz Cozicze et Semmelno villas exemendi de manibus Thuzka Armeni

Alexander dei gratia rex Polonie etc. Significamus etc. Quia spectantes fidelia servicia que Generosus Joannes Andree de Buczacz subpincerna Curie nostre et fidelis noster nobis impendit impensurus quoque est, sibi de speciali gratia bona nostra villas videlicet Cozicze et Semmelno in terra podolie sitas de manibus providi Basilij Thuzka armeni redimere consensimus et admisimus consentimusque et admittimus tenore presencium mediante ita tamen quod inter redimendum summe pecuniarie non augeantur ultra summas in dictis bonis Cozicze et Semmelno iuste et legittime inscriptas decernendo per ipsum Joannem de Buczacz et eius successores ea ipsa bona Cozicze et Semmelno iuxta vim continenciam et effectum literarum originalium predicto Basilio Thuzka et ipsius antecessoribus per nos et antecessores nostros iuste et legittime datarum tenendum habendum utifruendum pacifice et quiete possidendum tamdiu quousque summe pecuniarie in eisdem bonis Cozicze et Semmelno iuste inscripte per nos et successores nostros prefato Joanni de Buczacz et eius successoribus fuerint integre solute Quo facto possessio bonorum predictorum ad nos et successores nostros redibit pleno iure Juribus nostris semper salvis harum quibus sigillum nostrum etc. Datum in Cracovia Lithwanico feria quarta in crastino Sancte Katherine Anno domini 1505

Abrenunciatio deservitorum inter germanos de Buczacz mutuo facta

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Maiestas Regia quicquid
unquam pro subditorum fidelium suorum votis decernit, perpetuo durabilem
id perhennis litterarum munimine et testium annotatione roborare consuevit. Pro-
inde Nos Alexander dei gratia Rex polonie etc. Significamus tenore presentium quibus etc.
Quia coram nobis personaliter constituti Generosi Joannes Andreas sen senior
subpincerna et Joannes Junior fratres carnales germani de Kurzacz indivisi
nostri fideles dilecti, non compulsi non coacti nec aliquo sinistro consilio inducti
sed bene deliberatis ac amicorum consiliis sponte et libere quilibet eorum per se
pte pro se et pro suis sponte recognoverunt. Quia licet de iure Regni nostri
eorundem omnia bona mobilia et immobilia que indivisi fratres ante divisio-
nem aut fermoria mercentur aut per industriam acquirunt In divisione
quam inivicem facerent ad communem divisionem positum computarentur et veluti
se divisum essent Licet ipsi divisionem factam essent quicquid vel merue-
runt fermorijs vel per industriam acquisierunt Tamen fassi sunt quili-
bet eorum seorsum quia ipsi inuicem alter alterius bonis mobilibus
et immobilibus quibusque habent vel habituri sunt ex fermorijs renunciat
se quod alter eorum alterum videlicet Joannes Andreas senior Joannem Juniorem
et ipsius Joannis Junioris successores et pari modo Joannes Junior Joannem
Andream sen seniorem ipsiusque Joannis Andree sen senioris successores legit-
timos de ipsis omnibus et singulis bonis mobilibus et immobilibus quibusque
ex fermorijs quilibet eorum per se habent et habituri sunt libere quittat
et de divisione eorum eorundem fermitorum bonorum nunc et in futurum per-
petuo habitorum alter eorum alterum suos quod ex utraque parte successores li-
beros faciunt et dimittunt et divisionem eorundem bonorum fermitorum alter
alterius indictam abterminant in perpetuum. Sed si prius aliquis eorum
germanorum suorum emendo sive redimendo sive per favorem alicuius amici
assequeretur aliqua bona aut Regalia aut hereditaria que olim
aut Genitor aut eorum ex linea paterna maiores tenuerunt habebant aut in eis
hereditatem aliquando consequi debeant illa bona redeant et venire debeant
ad communem inter ipsos fratres et eorum successores divisionem. Quam
Recognitionem voluerunt esse perpetuam per nos confirmandam. Quorum
de Kurzacz germanorum petitionibus annuentes Recognitionem quittan-
tiam divisionem et abrenunciationem ac divisionis in bonis olim ma-
nerum divisionem et ab renunciationem admittimus quod ipsorum
eorum reservationem admittimus approbamus et confirmamus Admittimus quod ap-
probamus et confirmamus decernentes eas perpetue firmitatis robur habere tenore
presentium mediante in eorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum. Actum in Lub-
lin feria sexta in festo Sanctorum Simonis et Jude Apostolorum Anno domini 1507
Regni vero nostri 2. presentibus Reverendo domino Nicolao de Coszczielecz prepo-
sito wladislaviensi et Electo Chelmensi Nicolao Vencerhy et Generosis Stanislao Cnropathwa
de Lachnichodo Chelmensi et Joanne Jordan de Zakliczyn Bieczensi Castellanis
Joanne de Lasko Regni polonie Cancellario Nicolao Firley de Dambrowicza
Vexillifero Cracoviensi et Capitaneo Lublinensi Stanislao Jarozky Curie nostre Marsalko
Alberto Gorsky scolastico wladislaviensi Secretario nostro Aliisque quam pluribus
consiliariis et Curiensibus nostris circa premissa testibus Sincere et fidelibus
dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Joannis de Lasko Cantor Gneznensis
et Regni polonie Cancellarii Sincere dilecti

Radomicze

lx In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Sublimis regum
Maiestas tunc vel precipue extolli solet cum id quod per predecessores
suos ad suorum commodum subditorum constat concessum esse ut clare ve-
ritas confirmat literas confirmacionum patrocinat Proinde Nos Alexan-
der dei gracia Rex Polonie etc Significamus etc Quia nomine Ge-
nerosi Nicolai de Coszyelecz Capitanei Bobrowniczensis fidelis nostri dilecti
petiti sumus ut certa privilegia super villam eius hereditariam Rado-
micze in terra Dobrzinensi sitam sibi confirmare dignaremur Quarum
tenores sequuntur In nomine domini Amen Pendentes obviare futuris
incomodis cum gesta rerum que perpetuo disponuntur permansura scripture
idoneis notare relinquimus posterorum Igitur noverint universi tam
presentes quam futuri Quod Anastasia dei gracia dux Lanciciensis et Dobrinensis una
cum filiis nostris dilectis ducibus Wladislao et Zemowito devoto
Comiti Albrachto de Clegko advocato dedimus nostras duas villas ex
assensu et consilio nostrorum baronum Radomicze et Osmalowo vulga-
riter nuncupatas cum omnibus questibus et proventibus pertinencijs ad easdem
cum pleno iure theutonico et cum omnibus solucionibus et exaccionibus
universis que nunc ibi habemus Et hoc tam prefato Albrachto quam eciam
suis filijs seu succedancijs legittimis perhenniter possidendas liberta-
tem annorum duodecim assignantes ab omnibus laboribus qui pertinent
ad ducatum et a poreo perpetuo sint immunes de quibus villis
prefatus vero vir deserviens nobis tale servicium exhibebit quod de Ra-
domicze villa exemptis elapsis sex annis cum dextrario serviet nobis
et de Osmolowo duodecim annis expiratis cum secundo dextrario nobis
servicium exhibebit Preterea adicimus eciam quod sui homines in prefatis
villis manentes non cittabuntur per nullos Judices neque iudicabuntur ne-
que per officiales nostros Sed tantummodo cittati per nostras literas vel sigillo
comparebunt coram nobis nec respondentes ad comitem suum tene-
buntur Jure theutonico responsure coram ipso Castellano de Dobrzin et ve-
nacionem habeat in eisdem In cuius rei testimonium presentes literas nostri sigil-
li robore iussimus communiendas Coram his viris commitibus Petro dicto Swin-
ka Woloslone Castellano de Dobrzin Albero Oreszta Domino dicto Kola-
zarando Acta sunt hec in Chojno feria sexta ante diem Purificacionis
Marie virginis Anno domini Millesimotrecentesimosedecimo In nomine domini
amen Cum enim omnes empciones aut vendiciones vel contractus quales-
cumque non obtineant robur perpetue firmitatis nisi apicibus et testium
annotacione perhenniter roborentur Proinde Nos Margaretha dei gracia
ducissa Dobrinensis Ad noticiam universorum presencium et futurorum presen-
tibus volumus devenire Quod Nobilis vir dominus Jancone dictus Schlathta

heres de Radomysche eandem villam Radomysche sitam in terra Dobri-
nensi quam ex benigna et gratuita donacione perpetua Serenissimi
Principis domini Kazimiri ducis Dobrinensis clare memorie nostri collateralis
predilecti et nunc habuit et pacifice possidebat nulli debitam aut obli-
gatam Strenuo vero domino Andree Iudici Dobrinensi nostro fideli pro trecentis
sexaginta grossorum vendidisse recognovit et coram nobis contulit sibi et
suis legittimis successoribus in perpetuum contulit et resignavit nostro in
consensu pariter et favore cum omni iure et dominio prout ipse solus
tenuit et habebat cum cunctis utilitatibus proventibus redditibus
et obvencionibus universis quocumque nomine censeantur quemadmodum
in suis limitibus seu graniciebus est circumferencialiter distincta et limi-
tata videlicet agris pratis pascuis piscinis paludibus lacubus silvis
borris mellificiis gajis et aliis omnibus utilitatibus que nunc sunt
circa eandem hereditatem Radomysche vel in futurum poterunt suboriri
eandem hereditatem supradicto domino Iudici libere tenendam habendam possi-
dendam vendendam obligandam commutandam et ad usus beneplacitos quoslibet
convertendam prout sibi et suis legittimis melius et utilius vide-
bitur expedire, ut autem hec vendicio et nostri consensus voluntate
robur obtineat perpetue firmitatis presentes literas sibi fecimus nostri sigi-
lli munimine roboratas Actum et Datum in Lipno in die Petri et Pauli ap-
postolorum Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo octavo presentibus
hiis Nobilibus dominis Andrea Dobrinensi Petro Rypinensi Alberto
Subcamerario Woyskone Subiudice Iwone Marschalco Nicolao ve-
xilifero Dobrinensi cum aliis quampluribus fidedignis Nos itaque in-
clinati peticionibus nobis pro parte dicti Nicolai de Coszczelecz oblatis
premissa privilegia confirmare et ratificare digneremur Ratifica-
mus quoque et confirmamus presentibus decernentes illa in omnibus punctis
clausulis et condicionibus valida esse robur que perpetue firmitatis
obtinere in eorum tenore presencium mediante In cuius rei testimonium sigillum [illegible]
Actum in Lublyn feria tercia [illegible] in crastino Sanctorum Simonis
et Jude apostolorum Anno domini Millesimoquingentesimoquinto Regni vero
nostro primo presentibus et cetera

Sigismu
Stanisla
sume
Mazom
Duci M
nos fr
Maclm
quibus
nem d
hand q
post f

Alexa
Reuere
dilecti
Jasnensk
Jasnensk
sub S
lai S
Stbeni
tenor
Rus p
ad illud
exemci
inscripta
ken inscr
inscr p
medys z
dem recu
libre et
zme op
nihil
vezt d
maior
cuiusdem
quas f
et inscr
de epm
prefata
prouenus

Alexander dei gratia Rex etc.

Significamus tenore presentium etc. Quia a preclaris domina Elementir Vys
Stanislao et Stanislao Joanne filiis eius ducibus Mazovie ad Rom
summe capitalis triginta millium florenorum pro infeodatione ducatum
Mazovie ad nos regnumque nostrum per mortem preclari olim Conradi
ducis Mazovie devolutorum prefatis Stanislao et Joanni ducibus gra
tiose facta nobis debite quatuor millia florenorum pro rata festi
Martini festi proxime preteriti recepimus et effective levavimus de
quibus quatuor millibus florenorum eosdem dominam Stanislaum et Joan
nem duces Mazovie quittamus perpetue tenore presentium mediante
harum quibus sigillum nostrum etc. Datum in Grodno feria quinta proxima
post festum sancti Lucie Anno domini 1 7 0 7

Lapinosz

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia ad vota Vys reys
Reverendi in Christo patris domini Joannis episcopi Poznaniensis sincere nobis
dilecti tanquam executoris principalis testamenti Generosi olim Pauli
Jasyenski tenutarii in Lapinosz litteras inscriptionis quas ipse olim Pauli
Jasyenski super bona predicta nostra Lapinosz in terra Sochaczoviensi sita
sub sigillo annullari olim fratris nostri habuit de eodem anulo
sub sigillo in partis maiore sigilli regni nostri litteras transferendi et trans
scribendi duximus transferri et transscribimus presentibus Quarum sequitur
tenor Joannes Albertus dei gratia Rex Polonie etc. Significamus tenore etc.
Quod postquam tempore superiori opidum nostrum Ruszko cum omnibus bonis
ad illud pertinentibus de manibus Generosi Pauli Jasyenski Curiensis nostri
exemerimus cum pro certa summa pecuniarum in eisdem bonis legittime
inscriptam eidem in effectu exsolvimus residuum vero summe in prefatis lit-
teris inscripte videlicet ~~[…]gentos~~ mille florenos hungaricales puri auri veri et
iusti ponderis et noningentas quinquaginta octo marcas pecuniarum in
medio grosso quadraginta octo grossos in qualibet marca computando ei
dem remansimus obligati de quibus eundem ~~[…]gentis~~ mille florenis ungarica
libus et noningentis quinquaginta octo marcis pecuniarum prout superius
expressum est dictum Paulum Jasyenski Curiensem nostrum volentes
reddere securiorem sibi summam prefatam in et super bonis nostris regalibus
videlicet opido Lapinosz cum villis Wyeczkow Wyskow cum deserto Elyssk
maior Elyssk minor Novadwiesz Grochole cum villa Wola et [illegible]
eiusdem in terra et districtu Sochaczoviensi sitis priores inscriptiones
quas super Chordlo de eadem summa fecerimus cassando demonstravimus
et inscripsimus demonstramus per et inscribimus tenore presentium mediante
per ipsum Paulum Jasyenski et eius successores legittimos bona nostra
prefata regalia superius expressa cum omnibus et singulis censibus
proventibus redditibus pertinentiis attinentiis obventionibus ac utilitatibus

omnibus agris pratis campis fluviis borris silvis indaginibus rubetis piscinis piscaturis mericis mercatis inemptionibus in ligna duntaxat sicca et arida ac iacentia pascuis, aucupiis venationibus castorum et aliarum ferarum mellificiis molendinis construendis et construendis eorumque emolumentis, kunthonibus, decimatoribus laboribus angariis stationibus theloneis et quibuscumque aliis solutionibus reditibus atque iure belli et generali in omni iure dominio et proprietate nichil excipiendo, tenendum habendum utifruendum pacifice et quiete possidendum tamdiu quousque mille florenos hungaricales et nongentos quinquaginta octo marcas pecuniarum in vicedentibus dicto Paulo Jastrzempsky vel eius successoribus legittimis plenarie fuerint persoluti, quibus solutis possessio tamen bonorum prefatorum ad nos et successores nostros redibit pleno iure et devolvetur, iuribus nostris regalibus per omnia salvis remanentibus. In cuius rei testimonium etc. Datum Cracovie feria quarta post dominicam Invocavit anno domini 1500 regni nostri octavo Joannes Albertus rex Polonie manu propria subscripsit. Commissio propria regie maiestatis sub sigillo. Itaque nos Alexander rex etc. supra scriptas illustrissimi Joannis Alberti literas roboramus et confirmamus et eas illas quas presentes decernimus robur habere debere firmitatis, quod presentium mediante sigillo nostro est roboratum. Datum in Grodno feria sexta in crastino sancti Thome apostoli anno domini 1505 regni vero quinto.

Litera Gedanen super bona Puczko

Alexander etc. significamus etc. Quia attendentes famosorum proconsulis et consulum Gedanensium fidelium nostrorum benivolentiam et que votis nostris sicut semper consueverunt sic impresentiarum satisfacere non recusarunt dum certas pecuniarum summas pro nostra regnique nostri necessitate hic impresentiarum nobis mutuarunt quas persolvendas de exactione Gedanensi census qui in proximo debebitur nobis operiri debeant uti a nobis specialem per alias literas inscriptionem obtinuerunt, pro favorem singulariorem regium pro hac ipsorum benivolentia eis referre et eos ad vota nostra futuris temporibus implenda obligaciores efficere cupientes, eam eis prerogativam in tenuta bonorum nostrorum Puczko que tenent inscribendam duximus et inscribimus presentibus, quia nulli hominum cuiuscumque status et condicionis existentes eos de tenuta bonorum illorum citer consensu successorumque nostrorum consentire non debeant. Volentes et eam eis concedimus inscribentes quod ipsi vigore inscriptionum prius habitarum nostrarum et presentium eadem bona tenebunt ex eisque per neminem redimi poterunt tamdiu quousque nos et successores nostri ad nostram liberam regiam pro usuque speciali nostro bona ipsa de eorum manibus redimere vellemus. Tunc quicumque volentis tales tenebit nobis successoribusque nostris eadem bona redimere et ad usum utilitatemque nostram specialem. Que omnia et singula

premissa firma esse volumus, per nosque et successores nostros invio-
labiliter tenenda decrevimus, tenore presentium mediante harum [illegible] sub-
appensum etc. Datum in Civitate nostra Radomien feria sexta in
crastino Sacratissimi Corporis Christi anno domini Millesimo quingentesimo quarto
Regni nostri tercio

Confirmatio Privilegii super Advocatiam Radomien

VG

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam.
Celebris et antiqua principum consuetudo hoc
instituisse cernitur a seculo ut quicquid vel coram
eorum fit vel ipsorum confirmationis robore premunitur
id perpetue firmitatis gaudet, rei notitia literarum patentium
tenoribus commendetur. Proinde nos Alexander
dei gratia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie etc.
notum facimus tenore presentium quibus expedit universis,
quomodo constitutus personaliter coram nobis et consi-
liariis nostris nobilis Joannes Golabyorowsky advocatus
Civitatis nostre Radomien certo privilegio super advo-
catia predicta confecto iusto et legitimo coram
nobis exhibito peciit ipse Joannes advocatus propter vetusta-
tem illius scripture que ad caducitatem illud pri-
vilegium per nos innovari ac confirmari, cuius
sequitur tenor. In nomine domini amen. Decet dignum
et honestum est ut quod principum fieri decrevit
auctoritas ratum et inviolabile debet perpetuo
observari. Ideo notum tam presentibus quam futuris
quod nos Kazimirus dei gratia Rex Poloniae ob quasdam
necessitates nostras et Regni nostri plurimas occurrentes
advocatiam in Civitate nostra Radomien cum
omni iure et dominio pertinentibus ad ipsam
ab antiquo, viro provido et honesto Conrado
de Warschovia pro triginta marcis grossorum
pragensium vendidimus et resignavimus sibi
et suis veris heredibus et successoribus tenendam perpetuo
et irrevocabiliter tenendam habendam vendendam commutandam
ac possidendam pro sua et suorum posterorum voluntate
convertendam. Has vero addimus [illegible] eius advocatie
addendo duas villas circa ipsam Civitatem
Radomien sitas Golabyowo [illegible] et villa
cum omni iure et dominio earum quas ipse advocatus
et sui posteri iure advocatie possidebunt perpetuo

denarium census pro de manso lanei excipiendo que
quidem ville eciam iure quo civitas predicta est locata
[illegible] et Gaudent Domini eciam predicto advocato
et suis posteritatibus [illegible] mansos liberos molendinum
quod nunc est in villa [illegible] et alia molendina
que presentibus quodcumque construere poterit futuro tempore
[illegible] memorare [illegible] libera in domo Bal
neum [illegible] omnibus ponderes et [illegible] bancas pistorum
[illegible] medietatem macellorum carnificum
medietatem [illegible] panum, alias medietates macellorum
et [illegible] panum pro nobis reservamus [illegible]
quod [illegible] appellatur in [illegible] et [illegible]
de [illegible] et [illegible] nova [illegible]
[illegible] civitatis predicte ac [illegible]
[illegible] et [illegible] poterit pro sua utili
[illegible] quas [illegible] civitas est locata [illegible] que omnia
[illegible] libere et ab omni solucione penitus absolute
[illegible] ut ceteris [illegible] castellorum et quorumlibet
[illegible] Regni [illegible] pro quavis causa
[illegible] magnis et parvis [illegible] sanguinis ho
[illegible] mutilacionis et aliis omnibus
[illegible] iudicare [illegible] advocatus [illegible] et sui successores
debent iudicare [illegible] coram predicto palatino
advocatus [illegible] et sui successores [illegible]
castellano et iudici qui pro tempore fuerit [illegible]
[illegible] coram nobis [illegible]
[illegible] fuerit [illegible] iure suo [illegible]
[illegible] advocato et suis heredibus
[illegible] denarium
[illegible] omnes causas
[illegible] iudicabit quoque [illegible] advocatus omnes causas
[illegible] magnas [illegible] de quibus tercium denarium
[illegible] pro nobis reservamus [illegible] et [illegible]
[illegible] iudicio non plus
[illegible] transfuerit
[illegible] in [illegible]
[illegible] advocatus et sui successores
ad [illegible] in uno [illegible]
[illegible] et alio in sagittis [illegible]
[illegible] testimonium et [illegible]
[illegible] presentes [illegible] nostri sigilli
munimine roboratas. Actum in [illegible]
anno domini 1300 [illegible] presentibus hiis testibus Hermanno
[illegible] Floriano [illegible]
[illegible] castellano [illegible]
[illegible] de [illegible]
[illegible] Dat. per manus domini [illegible]
[illegible]
[illegible] notarium
[illegible] apud [illegible]
[illegible] Przybyslaum [illegible] Georgii apud [illegible]
[illegible] Alexander rex ad [illegible]
[illegible] et [illegible] supplicavit [illegible]
quia ipse Joannes advocatus noster [illegible]
[illegible] ad [illegible] in originali
[illegible] privilegio [illegible]
[illegible] presentibus [illegible]
[illegible] et [illegible] perpetuis [illegible]

Incipit feliciter Registrum Venerabilis domini Ioannis de Lassko Ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellarii ad Annum domini Millesimumquingentesimum Sextum

[illegible] ipsius privilegium [illegible] et [illegible]
Regali innovacionis confirmacionis
confirmacionis et roboracionis presentibus [illegible] innovacionis
Decernentes [illegible] vobis [illegible]
[illegible] tenore presentibus [illegible]
in Lublin [illegible] Actum

Consensus Dobeslao Chmielniczky

ad obligandum villam Malnow Nobilibus Hyczhnath et Olechno, per dominum
Vicecancellarium expedita et in eius Cancellaria scripta apud dominum Vicecancellarium, Regestrata

Alexander dei gracia Rex Polonie Magnusdux Lithwanie Russie etc.
Significamus etc. Quia peticionibus nobis humiliter porrectis, atque fidelibus
servicijs Nobilis Dobeslai Chmielniczski agazonis nostri premisliensis
permoti, quibus nostre Maiestati multipliciter extat commendatus, volentes que ipsum
ad futura servicia nostra prompciorem et studiosiorem reddere. Sibi
bona nostra Regalia villam dictam Malnow tenute sue in terra
et districtu premisliensi sittam eius exigentibus meritis, in certa pecu
niarum ~~...~~ summa Nobilibus Hyczhnath Malgorzey et Olechno, ger
manis indivisis de Zamoscze: obligare consensimus et admisimus,
Consentimus que et admittimus graciose tenore presencium mediante. Ita tamen quod
summa in qua eisdem fratribus obligaverit, summam Capitalem in et super
bonis eisdem sibi aut predecessoribus suis juste et legittime inscriptam
non excedat, per ipsos Germanos prefatos, eorumque successores
legittimos predictam villam Malnow cum omnibus et singulis Censibus
Proventibus redditibus et obvencionibus, quibuscumque censeantur nominibus
generaliter universis Cum omni que jure dominio et proprietate, ad mentem
viam et Continenciam litere Capitalis desuper concesse tenendam habendam
utifruendam pacifice prout et quiete possidendam, usque ad redempcionem
et summe prenominate in eisdem bonis nostris pro eodem Dobeslao dictis
fratribus de Zamoscze aut eorum posteritati infrascripte plenariam solucionem
qua integre soluta possessio eiusdem prefate ville Malnow ad nos
sive eundem Dobeslaum prefatum et nostros aut eiusdem successores legittimos
pleno jure redibit et devolvetur Juribus nostris Regalibus semper salvis
remanentibus harum quibus etc. Datum in Conventione generali Lublinensi
feria quinta post octavas Epiphanie domini Anno domini etc 1506
Regni nostri quinto

Johannes de Lasko
Regni Polonie Cancellarius subscripsit

Salwsconductus Byzytzki

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. quia Nobili
Byzyczki salvum conductum nostrum Regium ad a die date presentium ad fe-
stum Sancti Valentini proxime venturum de certa scientia nostra dan-
dum duximus damusque presentibus, assecurantes eum ad nos sub
securitate presentis salviconductus nostri, hic ad Conventionem presentem
Lublinensem veniendi in ea que coram nobis et consiliarijs nostris se de
obiectis iustificandi et negocia sua iuxta propriam iustificationem com-
petentia disponendi disposita que vel indisposita quo voluerit secun-
dum redeundi persona et rebus suis salvis. Quocirca vobis omnibus
et singulis spiritualibus et secularibus subditis nostris mandamus
strictius precipiendo quatenus presentem nostrum salvumconductum
in omnibus punctis et articulis observetis et quilibet vestrum
inviolabiliter observent sub gratie nostre obtentu. In cuius rei testi-
monium etc. Datum in Conventione generali Lublinensi feria secunda
ante festum Sancte Prisce Anno Domini 1506 Regni vero nostri

Privilegium Nobili Syma super villa Vereszczaczmyecze

amissionem alterius

In nomine domini Amen. Consuevit Regum et quorumvis subli-
mitas temporanea universa decreta que vel denuo concedit aut
vetera innovat perhennium temporibus litterarum. Proinde
Nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus tenore presentium Quo-
niam Nobilis Syma Mythkowycz heres de Vereszczaczmyecze nobis
exponeret qualiter Tartaris Regnum nostrum vastantibus privilegium
super villam suam hereditariam dictam Vereszczaczmyecze in terra Ca-
mienecensi sitam villis Wolczkowcze, Luczmyenyecz et Mathey-
kowo contiguam igne sumptum sibi fuerit super qua conflagratione
ac quod villa ipsa eiusdem Syme fuerit hereditaria Magnifi-
cus Stanislaus de Chodecz Regni nostri Marsalcus ac Leopoliensis
et Camenecensis Capitaneus sufficiens testimonium perhibuit no-
bis. Cumque idem Syma nobis propterea supplicaret ut novum sibi
privilegium super villam eandem suam concedamus Nos eius supplicationibus
annuenti, presertim vero respectum habentes ad ipsius Stanislai de Cho-
decz Regni nostri Marsalci testimonium prius novum testimonium privi-
legium super villam predictam Vereszczaczmyecze dicto Syme eiusque suc-
cessoribus dandum duximus damusque presentibus per ipsum Symam
et successores ipsius legittimos villam predictam Vereszczaczmyecze cum
omnibus kmethonibus tabernatoribus ortulanis advocatijs sultetijs,
servis curijs domibus predijs areis ortis allodijs laboribus
angarijs honoribus censibus fructibus annonis segetibus frumentis,
agris cultis et incultis pratis campis silvis borris, nemoribus Gajis
Rubetis pascuis gracetis, Venationibus aucupijs mellificijs apibus
et mellis ex eis provenientibus aquis rivis fluminibus et aquarum decur-
sionibus lacubus piscinis piscibus vivarijs et piscinarum decur-
sionibus molendinis et emolumentis eorum et generaliter cum omnibus

et singulis utilitatibus usibus et obvencionibus quolibet ex antiquo
ad dictam villam Vereszczyczye pertinentibus ita late longe et
circumferencialiter prout ex antiquo eadem villa consistit cum omni iure
dominio et proprietate prout in suis metis et graniciis ab aliis
villis est distincta et limitata tenendam habendam possidendam
et utifruendam vendendam commutandam resignandam et in usus suos
beneplacitos convertendam prout sibi et suis successoribus melius
et utilius videbitur expedire tenore presencium mediante in perpetuum
In cuius rei testimonium etc. Actum et datum in conventione Lublinensi
generali Sabbato proximo ante festum sancti Petri Anno domini Mil-
lesimoquingentesimo sexto Presentibus Reverendissimis et Reverendis in
Christo patribus dominis Andrea Gnesnensi et primate ac Bernar-
dino Leopoliensi Archiepiscopis Mathia episcopo Premisliensi et Regni nostri
vicecancellario Et Nicolao Electo Chelmensi Ecclesiarum Reverendis
Magnificis Venerabilibus et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano
Cracoviensi Jaroslao de Lasko pallatino Lanciciensi Stanislao
de Chodecz Marsalko et Capitaneo Leopoliensi Joanne de Lasko
Cancellario et Jacobo de Szydlowiecz Thezaurario Regni nostri Nicolao
Firley de Dambrowicza Vexillifero Cracoviensi et Capitaneo Lubli-
nensi Derslao Wilczek de Lubycz Vexillifero Subthezaurario Lu-
blinensi Aliisque quampluribus Consiliariis et Curiensibus nostris testibus
circa premissa fidedignis sincere et fidelibus dilectis Datum per
manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko Cancellarii Gnesnensis et Regni
polonie cancellarii sincere nobis dilecti

Nobili Mathie Chmyelensky consensus emendi

Molendinum extra Muros Posnanienses de Manibus Katherine filie olim Blasii

Alexander dei gratia Rex polonie etc. Significamus etc. Quia annuentes
peticionibus Generosi Joannis Zaramba de Kalynowa Capitanei
Maioris polonie generalis fidelis nostri dilecti Nobili Mathie Chmyel-
lynsky Cursori nostro Molendinum aquaticum extra muros Poznanienses
ex opposito Monasterii fratrum ordinis predicatorum Sancti Dominici
de manibus honeste Katherine virginis heredis Molendini
illius filie olim Blasii Molendinatoris molendini prefati ac Sa-
robi Dreusabri Cytrorum pro tutore virginis prefate emere con-
sensimus et admisimus consentimus quoque et admittimus tenore presencium
mediante Per ipsum Mathiam et successores suos Molendinum
prefatum iuxta privilegium illius tenendum habendum ac eciam consensu
nostro et successorum nostrorum prout sibi melius et utilius videbitur
convertendum Iuribus nostris salvis harum quibus sigillum etc.
Datum in Conventione Lublinensi feria sexta proxima ante
festum sancte Agnetis Anno domini 1506

Quod sit ad fine Advocatia
Typsenecii in Wesmiechy

Conuencio generalis Lublinensis pro festo Epiphaniarum domini Anno eiusdem Millesimoquingentesimo Sexto instituta

Acta et decreta eiusdem Conuencionis Incipiunt

Aduocat Radomien

Alexander etc Significamus etc: Quia propter fidelia assidua que seruicia Generosi Nicolai de Lazanow Notarii nostri, que nobis impendit, horum intuitu, volentes eum ad futura obsequia nostra Successorum que nostrorum reddere promptiorem, Consensimus ei et presentibus literis nostris consentimus Aduocaciam nostram Radomiensem de manibus Nobilis Joannis Kunath redimere, iuxta vim et effectum literarum originalium prefato Joanni Kunath eiusque antessoribus nostris et literis datarum tenendam habendam vtifruendam, quiete et pacifice possidendam: tenore presentium mediante ~~[illegible]~~ iuribus nostris saluis harum quibus etc. Datum in Conuencione generali Lubliniensi feria sexta post festum beate Agnetis Anno domini 1506

Tribunat Siradi

Alexander dei gra Rex Polonie etc Significamus etc Quia habita consideratione virtutis Generosi Michaelis de Lasko fidelis dilecti sibi de certa scientia et speciali gratia Regiis nris tribunatum terre Siradiensis per assecutionem pallatinatus Lanciciensis Magnifici Jaroslii de Lasko eius tribunatus ultimi possessoris vacante dandum duximus damus quoque presentibus decernendo per ipsum Michaelem tribunatum predictum Siradiensem tenendum et habendum usque ad ultima vite sue tempora Quocirca vobis Magnifico Nicolao de Crossowaby pallatino Lublinensi moderno quoque et in futurum existentibus Siradiensi Capitaneis Mandamus huiusmodi volentes quatinus eidem Michaeli de Lasko de loco in Castro ipsum Ranione tribunatus sui tempore expeditionis bellice concernente de thelonio quoque et aliis omnibus proventibus et pertinenciis ad eundem spectantibus quibus predecessores sui sunt respondeatis et per alios respondere mandetis secus non facturi pro gratia nra In cuius rei testimonium sigillum nrum est Dat in Conventione generali Lublinensi feria quinta in festo Sancti Agnete Anno domini 1506 Regni vero quinto

Trebowlya

Alexander dei gra Rex Polonie etc Significamus etc Quia attendentes inopiam et devastationem opidi nri Trebowlya per hostes nostros Regnum nrum vastantes factam volentes ut aliquando opidum illud melius quam sit ad pinguiorem fortunam et bonam habitudinem perveniat de certa scientia benignitate et gratia Regiis nra universos opidanos et incolas eiusdem opidi Trebowlya a solutione omni et singularum census proventuum ac universarum contributionum nrarum quolibet nuncupatarum per decem Annorum ac a Czopowe per quinque annorum necnon a thelonearum nrarum per et infra Regnum nrum per sex annorum decursum liberandos duximus et liberamus presentibus Mandantes vobis universis officialibus et exactoribus nostris quatinus eosdem opidanos nros et incolas opidi predicti Trebowla in hac presenti libertate nra conservetis et conservari faciatis usque ad annorum pro quarum contributione designatarum decursum Aliud facere non ausuri harum quibus sigillum nostrum est Dat in Conventione generali Lublinensi Sabbato proximo ante festum Conversionis Sancti Pauli Anno domini Millesimo quingentesimo sexto

Colambyow

Alexander dei gracia Rex Polonie Magnus dux etc. Significamus tenore presencium, quia attendentes fidelia servicia tam Serenissimis predecessoribus nostris olim patri et fratribus Maiestatibus Regiis quam eciam nostre Maiestati per Generosum Joannem Guth tribunum Lublinensem constanter exhibita et impensa, pro quibus eum consolatum reddere et ad nostra futura servicia expediciorem obligaciorem efficere cupientes, sibi de certa sciencia gracia libertate et Regia nostra de consilio et consensu consiliariorum nostrorum Villam nostram Colambyow in terra et districtu Radomiensi sitam usque ad ultima vite sue tempora dandum et donandum duximus, damus et donamus presentibus per ipsum Joannem Guth tenendam cum omnibus et singulis Kmethonibus, tabernatoribus, ortulanis, dominibus agris, mansis, dominibus, prediis, ... allodiis, ... honoribus, censibus, fructibus, agris cultis et incultis, frumentis, segetibus, pratis, campis, silvis, borris, rubetis, nemoribus, gajis, aquis, rivis, fluminibus et aquarum decursibus, lacubus, piscinis, piscaturis ... et piscinarum decursibus, molendinis et emolumentis eorum et generaliter cum omnibus et singulis utilitatibus, usibus et obvencionibus quolibet nomine ad dictam villam Colambyow pertinentibus, Ita longe late et circumferencialiter prout ab antiquo hec eadem villa consistit et in suis metis et ... iure dominio et proprietate prout in suis metis et granicibus ab aliis villis est distincta et limitata tenendam, habendum, possidendum ac utifruendum tenore presencium mediante, Ita tamen quod eo ipso Joanne Guth per mortem de medio sublato possessio eiusdem ville Colambyow ad nos et successores nostros sine quacumque pecuniarum solucione redibit et revolvetur. Salvis semper iuribus nostris. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in conventione generali Lublinensi Sabbato ante Conversionem Sancti Pauli Anno domini Millesimoquingentesimo sexto Regni vero nostri quinto.

Stacio Monasterii Landen.

Alexander etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis quod nobis anno proxime decurso dextra permittente dei egram corporis valitudinem incidentibus, dum nobilis et strenuus Christopherus Buthorsky capitaneus Rzeskowien miles Jerosolimitanus curien noster fidelis dilectus vota effudisset altissimo limina sepulcri Christi ultra maria in Jerusalem visitari, ut deus ipse clementissime nostri misertus pristinam nobis quam optavimus quamque imprecabamur deo ipso propiciante bene valeremus redderetque valitudinem, nos eius devocionis ac fidei racionem habentes proinde quod singulari eum gracia prosequi cupientes et nominatim hac causa quia hac vice in fanstis ... publicis expedicionibus nullam ei provisionem pecuniariam qua virtus fides quod sua mereretur dederimus, sibi stacionem quatuor annorum Monasterii Landen per eum unam post expiracionem quittanciarum per nos et olim ... Fratrem Regiam sibi ad illud monasterium prius datarum gaudendam duximus dannus quod presentibus Mandantes venerabili et honorabilibus abbati et conventui predicti Landen Monasterii ut de eadem quatuor annorum stacione post expiracionem prius ei datarum quittanciarum eidem Christophero respondeant, sibi quod eas debitas, de quibus quatuor annorum stacionibus vos quittamus presentibus quarum est subappensum. In conventione Lublinensi feria iii^a post Scolastice 1506.

Confirmacio privilegii super Advocatiam in Viskithki

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Acciones humane
decrescunt et concessionibus perpetuo manere instituit perhennari
adhibere convenit literarum. Proinde Nos Alexander dei gracia Rex
Polonie etc. Significamus tenore presencium Quomodo honorabilis Paulus
Czanczka Advocatus in opido nostro Viskithki Capitaneus Socha-
czoviensis suo proprio Stanislai fratris sui germani nominibus privilegio
vero suo super eandem advocaciam per olim Semovitum
ducem Mazovie concesso coram nobis exhibito humiliter peciit illud per
nos propter rupturam sigilli firmiori per quod ducale sigillum con-
sistit appensum fuisse innovari confirmari et roborari Cuius vero sequitur
tenor In nomine domini Amen ad perpetuam rei memoriam Nos Semovitus
dei gracia Dux Mazovie Russie etc. princeps terrarum etc. Plocensis Ravensis
Sochaczoviensis Gostinensis Plonensis [illegible] dux et heres Visnensis Sig-
nificamus tenore presencium etc. Quod providendo [illegible] nostro seu [illegible] opido
Viskithki et sue posteritati legittime advocaciam seu sultaciam ibidem
in opido seu civitate nostra Viskithki nulli penitus obnoxiam debitam
nec in aliquo obligatam sed ad nostrum dominium et ducatum spectan-
tem pro sexaginta sexagenis grossorum latorum vendidimus et imperpe-
tuum vendimus per presentes adiacentes ad eandem advocaciam tot
Mansos quot denarii inter decem mansos computantur quilibet decimus
Mansus deputamus et in opido seu civitate predicta prout longe
late et in suis gadibus signis limitibus et granicionibus est distincta
sive distincta et circumferri poterit Cum omnibus et singulis
utilitatibus fructibus usibus censibus agris pratis campis silvis
Gajis mericis dumis virgultis pascuis rivulis fluviis aquis stagnis
piscinis piscaturis molendinis fabricis et [illegible] ac aliis obven-
cionibus ad predictos mansos sic circumferatos quoquomodo spe-
ctantibus et spectare potentibus per industriam humanam inventis
et inveniendis nichil nobis et successoribus nostris reservando Da-
mus eciam predicto Przibislao et suis successoribus duas domus
sive tabernas liberas etiam orto in predicta civitate seu opido
Viskithki ut ab omnibus nostris et nostrorum successorum solucionibus
sint libere penitus et exempte quocumque nomine censeantur Preterea
ad predictam Advocaciam adiungimus et damus et appropriamus
in perpetuum et assignamus tercium denarium macellorum carnificum et tercium de-
narium de qualibet re magna vel parva iudicata vel non iudicata
dummodo fuerit coram nobis vel sui locum gerente proposita et ad
Advocaciam notoria sui per modum querele deducta Donamus
eciam prefato Przibislao et suis successoribus domini prefate Advo-
cacie omne ius theutonicum quo nostra civitas Sochaczoviensis gaudet
et fruitur In cuius recompensam et gratitudinem huiusmodi sive nostre do-
nacionis prefatus Przibislaus et successores sui nobis et nostris
successoribus una balista ad expedicionem quando soli propria in
persona vel aliquis ex successoribus nostris ad huiusmodi expedi-
cionem equitaverimus servire tenebuntur. Licet eciam prefato Przibi-
slao et suis successoribus prefatam advocaciam tenere habere possidere
dare donare commutare vendere et ad usus beneplacitos convertere
nostra tamen sive successorum nostrorum prius habita et requisita
voluntate pariter et consensu In cuius rei testimonium sigillum
nostre Maiestatis est presentibus subappensum Actum et datum
in Viskithki Sabbato ante festum sancti Martini Anno domini Mil-
lesimo quadringentesimo decimoseptimo presentibus Strenuis et No-
bilibus dominis Paulo Slichta vexilifero Sochaczoviensi Nemo-

Marsalko curie nostre Przibislao tribuno et Capitaneo Radomiensi et Kosti
nensi Petro de Gnyznye Prandota de Posrzednia Gnoszkowic de Wola
Vicethezaurario nostro heredibus et Venerabili Stanislao Parlowsky Sa
ndomiriensi et Radomiensi Cancellario necnon Poznaniensi et Ploczensi Ec:
clesiarum Canonico et Honorabili Michaeli Vicecancellario Curie
nostre necnon Ploczensi et Poznaniensi Ecclesiarum Canonico qui fama a
nobis tunc habiti in commissis et aliis quamplurimis dignis fide ad
premissa testibus Quo nos attento quomodo Pauli capellani petitioni
bus presertim vero testimonio recepto ex Magnifico Jacobo de Sid
lowyecz Regni nostri thezaurario qui eodem capitaneatu Sandomiriensi
aliquanto tempore gessit ipsum per capellanum iusta percepisse tanquam
cum ipsi nostri fratribus predictis advocatus possessor per advocatie et
omnia in privilegio predicto contentorum fuerit approbavit premissum
privilegium de speciali gratia scientia per Regiis nostris in omnibus punctis
clausulis et Articulis descriptis innovandum ratificandum approbandum
et confirmandum innovamus per ratificamus approbamus et confir
mamus decernendo illud robur perpetue ac debite firmitatis obtine
re mediante in perpetuum In cuius rei testimonium Sigillum nostrum
Actum in conventione generali Lublinensi feria sexta in festo Sancte Ag
netis Anno domini Millesimo quingentesimo sexto presentibus Reverendissimis
et Reverendis in Christo patribus dominis Andrea Gneznensi et Pri
mate ac Bernardino Leopoliensi Archiepiscopis Joanne Cracoviensi Vincen
cio Wladislaviensi Joanne Poznaniensi Mathia Premisliensi et Regni
nostri Vicecancellario et Nicolao de Coszyelecz preposito Wladislaviensi
ac Electo Chelmensi Ecclesiarum Episcopis necnon Magnificis Venerabi
libus et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano et Joanne de
Tarnow Pallatino Cracoviensi Nicolao Cardinia de Lubzawyecz Calis
siensi Jaroslao de Lasko Lanciciensi Joanne de Tarnow Russie
Paulo Cola de Dalyow Podolie Prandotha de Trzezesnya Radomiensi
et Stanislao Kmitha de Wyschnycze Belzensi Pallatinis Petro de
Myszlyboricze Radomiensi Stanislao Cropatkina de Lagnycz Chel:
mensi Castellanis Stanislao de Chodecz Marsalko et Capitaneo
Leopoliensi Joanne de Lasko Cancellario et Jacobo de Sidlowyecz theza:
rario Regni nostri Alberto Gorsky Scolastico Wladislaviensi Secretario nostro
Nicolao Firley de Dambrowycze Vexillifero Cracoviensi et Capitaneo
Lublinensi Ac aliis quamplurimis consiliariis et curiensibus nostris
testibus circa premissa fidedignis fidelibus dilectis Datum
per manus Reverendissimi Venerabilis Joannis de Lasko Ecclesie Gneznensis et Regni Polo
nie Cancellarii sincere nobis dilecti.

Datus est venatoriatus terre Siradiensis Nobili Jacobo de Konyszowycze

Alexander dei gratia: Significamus etc Quia de certa scientia et speciali gratia
Regiis nostris Nobili Jacobo de Konyszowycze terrigene nostro terre Siradiensis
venatoriatum terre eiusdem per ac Gneomone castellano Junivladislaviensi

Generosi Nicolai de Goslub eiusdem ultimi possessoris vacans dandum duximus
damus quod presentibus per ipsum tenendum usque ad superiorem dignitatem ascen-
sionem. Quocirca vobis omnibus dignitariis et officialibus terre predicte
Siradiensis mandamus harum volumus quatenus ipsum Jacobum pro vero et
venatore terre Siradiensis habentes sibi de loco ipsum racione venato-
riatus eiusdem inter vos convenientis ac de omnibus spectantiis ad
huiusmodi venatoriatum pertinentibus respondeatis aliud non facturi
harum quibus sigillum nostrum etc. Datum in conventione generali Lublinensi
feria quinta in festo Sancte Agnetis Anno domini 1506.

Alexander etc. Castellan Inowlodz

Significamus tenore etc. Quia habentes commendatam virtutem et fide-
litatem erga nos et rempublicam Regni nostri probitatem Generosi Nicolai Go-
slubski de Krathoszdowycze sibi de certa scientia et speciali gratia Re-
gia nostra castellaniam Inowlodziensem per mortem Generosi Joannis
Wilonski vacantem dandam duximus damus quod presentibus per ipsum
tenendam usque ad superiorem dignitatem ascensionem. Quocirca vobis omnibus
dignitariis officialibus et terrigenis terre Lanciciensis mandamus quatenus
Ex eundem ipsum Nicolaum Goslubski pro vero Inowlodziensi castel-
lano habeatis sibique de loco inter vos eum racione castella-
nie eiusdem convenienti ac de omnibus provenientibus et pertinentiis ad ca-
stellaniam Inowlodziensem pertinentibus respondeatis et per alios respondere
mandetis. Secus non facturi harum etc. Datum in conventione generali
Lublinensi feria quinta in festo Sancte Agnetis Anno domini 1506

fora Iasliska oppidi episcopi Premisliensis

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam divinitus
et racionabiliter adinventum est ut ea que perpetuo moderanda
sunt atque eutern(?) durare debent literis mandentur. Proinde nos
Alexander dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithuanie nec non
terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Russie
Prussie quoque ac Culmen Elbingen et Pomeranie dominus et heres etc.
Significamus tenore presentium quibus expedit universis et sin-
gulis presentibus et futuris horum notitiam habituris. Quod ad

Supplicacionj Reuerendi in xpo pris domini Mathie epi premislien
et Regni nri Vicecancellarij dilecti nobis fidelis Volentesq ut eccle
siarum status et condicio tempore felicis Regiminis nri per incre
mentum sublevetur Jncirco de certa sciencia et gra Regia nostris
et consilio consiliariorum nrorum Nundinas seu fora Annalia bis
in anno videlicet pro Jnuencionis Ste Crucis aliud pro festo
Sancti Mathei apli et ewangeliste festis Septimanalia vero qualibet
feria tercia Annis et septimanis singulis in Opido mense Epalis Eccle
predicte premislien dicto Jasliska in terra Cracovien sito celebran
tenda et exercenda Instituimus indiximus et imposuimus Instituimusq
indicimus et Imponimus presentibus perpetuo et in evum ab omnibus et
singulis Mercatoribus victoribus Negociatoribus et alijs quibuscunq
hominibus status et condicionis cuiuscunq existentibus more aliorum
opidorum et Civitatum Regni nri tenenda servanda gerenda celebranda realiterq
et in effectu exercenda sine tamen aliarum Civitatum et opidorum in terra
ipa situatorum sitorumq preiudicio decernentes presentis scripti patrocinio
Vt omnes et singuli negociatores et homines libertate gaudeant communi
in eodem opido diebus fori cuiuslibet Mercandi et quevis negociacio
nis genera exercendi Quoq ad huiusmodi Nundinas sive fora An
nalia et Septimanalia pro festis et die feriali predictis ad predictum
opidum gra emendi vendendi Res pro rebus commutandi et alia
quevis negociacionis officia pro vtilitate eorum exercendi accesserit
in accedendo et recedendo nra et successorum nrorum securitate plenaria
potiantur Nisi tales forte sint quos Jura fori non permitterent
et quibus merito censura fidedignorum denegatur Volentes preterea vt
ad ipsum opidum incolendum inhabitandumq homines celebrius
confluant augmentumq recipiant quo maioribus gracijs prero
gativisq nris adiuti essent Nos benemeritorum eiusdem domini
Mathie epi gra omnes et singulos homines in opido ipo existentes
ab omnibus Exaccionibus et Contribucionibus nris et Reipublice
nre institutis et instituendis quibuscunq nominibus dici solitis
eximimus et liberos pronunctiamus presentibus infrascriptis et
decursum octo Annorum se se inmediate sequencium Libertate
vero premissa expirata predicti Jasliscen incole tenebuntur
solvere quicquid communiter super omnes Regnicolas constitutum
fuerit et in terra ipa Cracovien per alios subditos nros ex decreto
publico solvitur Predictum denique dominum Mathiam Epum vber
iore gra et prerogativa prosequi volentes Sibi et suis successoribus
premislien Epis foralia in ipo opido more aliarum Civitatum
et opidorum in terra ipa Cracovien existencium de quibuslibet
Negociatoribus predictis exigenda et pro vsu suo convertenda de
dimus damusq perpetuo Cupientes insuper ut ipe dominus Mathias
Epus et alij pro tempore existentes premislien Epi ex melioracione
opidi prefati in proventibus suis augmentum recipiant Nos
quoq et nris successoribus libertate premissa expirata pro Rei
publice sustentacione vberiores vtilitates provenirent Theloneum
ibidem ab omnibus de Hungaria cum rebus vinis et mercibus
quibuscunq equis venientibus et similiter in Hungariam euntibus
recipiendum ita exinde cuius medietas Epo premislien pro tempore
existenti Nobis vero et nris successoribus alia medietas pro vijs
reformandis proveniat Instituimus hoc videlicet modo vt quilibet ce

Hungaria vel in Hungariam cum quibuscumque rebus et mercibus profiscen[tes] a curru mercibus onerato unum grossum a vini medio vase similiter unum grossum Item ab equo medium et a porco tres denarios a pecude seu pecore denarios duos solvere tenebatur et sit astrictus, dantes facultatem ipsi domino Mathie Episcopo successoribusque suis thelonea ipsa et eorum pertransita apud Przemyslie iuxta aliorum in regno nostro existentium theloneorum consuetudinem modo predicto ab eisdem exigendi seu percipiendi pro festum exigendi et percipiendi imposterum Item prefato oppido Jaslisko damus et attribuimus Jus Theutonicum quod Maydburgense dicitur, ut eo tali in omnibus punctis et articulis potiatur quemadmodum civitas nostra Crosno nuncupata gaudet ipso et potitur Augendum omnia et singula premissa decernimus perpetuis futuris duratura temporibus presentium mediante In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus subappensum Actum in conventione generali Lublinensi feria tertia post festum conversionis Sancti Pauli proxima Anno domini Millesimoquingentesimodecimo Regni vero nostri anno quinto presentibus Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus dominis Andrea Gneznensis et primate Bernardino Leopoliensis archiepiscopis Johanne Cracoviensis Vincencio Wladislaviensis Johanne Poznaniensis Erasmo Plocensis Mathia Premisliensis et Vicecancellario Regni nostri Episcopis Ac Nicolao de Koszyelecz electo Chelmensis ecclesiarum Necnon Magnificis venerabilibus et Generosis Spitkone de Jaroslaw castellano Cracoviensis Johanne filio de Tharnow Cracoviensis Nicolao Gardzyna de Lubrancz Calisiensis Jaroslao de Lasko Lanciciensis Johanne de Tharnow Russie Prandotha de Thrzyana Cameracensis Stanislao Kmitha de Wyschnycze Belzensis et Paulo Zola de Dalyeyow Podolie palatinis Otha de Chodecz Leopoliensis Mathia Zal de Nowotharnycz Sandecensis Stanislao Kuropathwa de Lanzuchow Chelmensis Jacobo de Syklina Woynicensis Jeronimo de Zobylany Kopernicensis Mathia de Costhyn Sremensis Paulo de Zhotzka Polanicensis castellanis Stanislao de Chodecz Marschalco Johanne de Lassko cancellario et Jacobo de Bythlowycz thezaurario Regni nostri Johanne Lathalski preposito Gneznensis Alberto Gorski scolastico Wladislaviensis Jacobo de Buzag secretariis nostris Nicolao Firley de Dambrowycza vexillifero Cracoviensis et capitaneo Lublinensis Mrzslao Wylzek de Lubyenye succamerario Leopoliensis et Stanislao Jarozki Marschalco […] curie nostre Ceterisque quamplurimis dignitariis officialibus et curiensibus nostris ad premissa testibus fidedignis sinceris et fidelibus nostris dilectis Datum per manus venerabilis Johannis de Lassko Gnesnensis et Regni nostri cancellarii sincere nobis dilecti

Fora Radimno et Iubliecz... Eppi Premisl.

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam quoniam
tunc optime rebus memoria perpetua indigentibus ne pereant
occurritur quando atque humani qui sub tempore fiunt script
ymonibus et testium annotacione confirmantur Proinde nos Ale
xander dei gracia Rex polonie Magnus dux Lithuanie Russie
terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Russie
prussie ac Culmen Elbingen et Pomeranie dominus et heres et
Significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis
presentibus et futuris harum noticiam habituris Quia consti
tuti in nra et consiliariorum nrorum hic nobiscum existencium
presencia Reverendissimus et Reverendus in xpo patres domini An
dreas Archiepiscopus Gneznen et primas ac Mathias Epus
premislien Regni que nri vicecancellarius Sincere nobis dilecti
retulerunt quod tempore superiori inimicis Regni sicut Turcis et
Thartaris Regnum nrum grassantibus vastantibus que et depopu
lantibus Oppidani oppidi Episcopatus premislien Radymno
dicti in terra que premislien siti certa privilegia et signanter
Nundinarum seu fori annalis et septimanalis Iuris que Theu
tonici quod Maydburgen dicitur casu infausto amisissent et quod
quidem sufficienti documento asserunt Supplicarunt que nobis
vt ciusmodi privilegia dicto oppido denuo dare ex munificencia
et liberalitate nra Regia dignaremur Nos tandem magnum
nobis imposite dignitatis debita animadversione et pro officio
cerlatum corporum custodire et commissi talenti dona certi dispen
sacionis ministerio in lucri comoda elargiri vt dum de factis
propriis reddituri simus racionem de lucris mereamur commendari
Ecclesiam premislien kathedralem ad quam ab exordio reg
nacionis nre zelo singularis devocionis more maiorum nrorum
commonemur pertinuisse nre custodia vt tenemur volentes commune
subditos que eius qui variis dampnis tam ab hostibus Regni
communibus tam viarum a milite Regni pro defensione communi con
ducto affecti sunt gracia nra prosequi vt tempore felicis nri
Regiminis ad pristinum possint devenire statum Oppido eidem
Radymno Nundinas seu forum annale pro festo Sancti
Mathei apostoli et ewangeliste Septimanale vero qualibet
feria quinta singulis annis celebrari prout ab antiquo hac
tenus tenta et celebrata sunt indicimus statuimus et impo
suimus Indicimus que statuimus et imponimus presentibus ab omnibus
et singulis mercatoribus victoribus Negociatoribus et cuiusvis
status et condicionis hominibus more aliorum opidorum et civi
tatum Regni nri tenen servari gaudere reali que existen
Sine tamen aliarum Civitatum et Opidorum in terra ipsa premis
lien existencium preiudicio decernentes presentibus scripti presidio
vt omnes et singuli qui ad huiusmodi Nundinas seu annalia
et septimanalia fora in Opidum prefatum Radymno gra
emendi vendendi vel que pro rebus commutandi et alia que
vis negociacionis officia exercendi accesserint in accedendo
et recedendo nra et successorum nrorum securitate plenaria
potiantur et gaudeant Nisi forte tales sint quos Iura
iam non tuerent et quibus merito fide dignorum consorcia
denegantur Impedimento preterea vberiore prerogativa gre

Nostre opidanos eosdem amplecti ipsos de certa sciencia nostra
et consiliariorum nostrorum Aggeralia ita prout antiquitus
exigi solita sunt pro aggeribus et viarum reformacione exi
genda et percipienda dedimus et presentibus damus perpetuo prefato
nostro opido Radymna necnon omnibus et singulis opidanis
et incolis ipsum opidum inhabitantibus collocatis et collocandis
presentibus et futuris de certa sciencia et voluntate nostra Regia
Jus theutonicum quod Maydburgense nuncupant et quo hactenus
ipsi opidani usi sunt denuo dandum et conferendum duximus damusque
donamus et conferimus presentibus perpetuo et inevum duratu
rum in omnibus suis condicionibus clausulis decretis premi
ssis et articulis sicut premisliensis civitas eorundem juris theuto
nici uti dinoscitur obtinere removentes ibidem omnia iura po
lonicalia et Rutenica ac modos et consuetudines omnes
que ipsum jus theutonicum plerumque perturbare consue
verunt eximimus prorsus absolvimus et liberamus perpetuo
omnes et singulos Opidanos et Incolas eiusdem Oppidi Radymna
ab omni jurisdiccione palatinorum castellanorum capitaneorum
Judicum et subiudicum ac quorumvis officialium et eorum
ministerialium Regni nostri ut coram ipsis vel ipsorum aliquo pro
causis tam magnis quam parvis puta furti incendii homi
cidii membrorum mutilacionis sanguinis effusione seu quibuscumque
enormibus excessibus citati minime respondeant nec ob id
aliquas penas solvere teneantur sed tantummodo Opidani et
Incole predicti coram ipsorum Advocato aut advocati vicesgerente
Advocatus vero aut advocati vicesgerens coram prefato domino Episcopo
et successoribus suis Episcopis premisliensibus pro huiusmodi causis
stare parere et respondere cuilibet Iure ipso theutonico debe
at sit astrictus In causis vero capitalibus et criminalibus supe
rius expressis liberum advocato pro tempore existenti aut ad
vocati vicesgerenti iudicandi sentenciandi puniendi corrigendi
plectendi et condemnandi in metis et graniciis Opidi eius
dem damus et conferimus omnimodam potestatem prout hoc ipsum
Jus theutonicum ut premissum est in omnibus suis clau
sulis et condicionibus postulat et requirit Iuribus tamen eiusdem
domini Episcopi et successorum suorum ecclesie premisliensis Episcoporum sal
vis remanentibus In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus est subappensum Datum in conventione generali
Lubliniensi feria tercia proxima post festum Conversionis
Sancti pauli Anno domini Millesimo quingentesimo decimosexto
Regni nostri quinto presentibus testibus supra

Forum opp[idi] Brzozow Ep[iscop]i Premislien[sis]

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam. Cum inter
humane nature comoda nichil dignius memoria rerum gestarum
habeatur, sagax regum et principum curavit prudencia ut
actus hominum qui sub tempore geruntur apicibus literarum
ac testium fidedignorum annotacione perhennentur. Proinde
Nos Alexander dei gracia Rex Polonie Necnon terrarum Cracovie
Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Magnus dux Lithuanie Russie
Prussieque ac Culmensis Elbingensis et Pomeranie dominus et heres
Significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis
presentibus et futuris horum noticiam habituris. Quia constitutus
coram nobis et consiliariis nostris tunc nobiscum existentibus Reveren
dus in Christo pater dominus Mathias ecclesie Premisliensis episcopus
et Regni nostri vicecancellarius Sincere nobis dilectus Supplicavit
nobis humiliter ut privilegium tenoris infrascripti oppidi
mense episcopalis ecclesie predicte Brzozow dicti de gracia et muni
ficencia nostris Regalibus confirmare approbare et Ratificare dig
naremur. Cuiusquidem privilegii tenor de verbo ad verbum
sequitur et est talis. In nomine domini amen ad perpetuam
rei memoriam. Ne actus hominum qui sub tempore fiunt successu
temporis e memoria hominum elabantur convenit ut literis et tes
tium annotacione perhennentur. Proinde Nos Kazimirus dei gracia
Rex Polonie Magnusdux Lithuanie Necnon terrarum Cracovie
Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Russie Prussieque ac
Culmensis Elbingensis et Pomeranie dominus et heres etc. Significamus
tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris
presencium noticiam habituris Quia ad peticionem Reverendi in Christo
patris domini Johannis de Thargovisko episcopi Premisliensis Sincere
nobis dilecti. Volentes oppidi ipsius Brzozow in terris Russie Nb.
constituti condicionem facere meliorem in ipso oppido Brzozow
forum annale pro die et festo Sancti Francisci singulis annis
Indiximus Instituimus et Imposuimus Instituimusque Indicimus
et imponimus tenore presencium mediante perpetuo et iterum ab
omnibus et singulis Mercatoribus vectoribus et hominibus cuiuscumque
status sexus et condicionis existant more aliorum oppidorum
Regni nostri teneri servari et realiter exerceri decernentes presentium
literarum patrocinio quod omnes et singuli homines qui ad huiusmodi
in hiis diebus Nundinas sive fora annalia pro die prefato
ad dictum oppidum Brzozow causa emendendi vendendi res
pro rebus commutandi accesserint in accedendo et recedendo
nostra et successorum nostrorum securitate plenaria potientur
et gaudebunt. Nisi tales sint quos Iura forum non debent
et quibus merito proborum hominum consorcium denegatur. Hoc tamen
expresso quod per hanc nostram concessionem alia fora annalia
aut septimanalia per nos predecessores eidem oppido
concessa non impediantur. In cuius rei Testimonium Si
gillum nostrum est presentibus subappensum. Datum in Conven
tione generali Pyotrkoviensi feria quinta ipso die Ascensio
nis domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo
Octuagesimoquarto per manus Venerabilis Gregorii
de Ludbrancz Vladislaviensis et sancti Floriani in Cle
parz prepositi ac Regni Polonie vicecancellarii presentibus
Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus dominis

Sbigneo archiepo Gneznen et primati petro wladislavien
vincen poznanien et Johanni premislien epis necnon Mag
nificis et Generosis Jacobo de dambno Castellano et Capit
Crac Mathia de Bnyn poznanien Johanne Camor de Char
now Crac Nicolao de Kutgno Lancicien et Johanne de
Opporowo Brzesten palatino Johanne de Ostrorog poznanien
Andrea de Szamotuli Calissien Nicolao de Krzesowanki
Siradien et Johanne de Coszczyelcz dobrinen Castellanis Ac
Venerabili Gregorio de Lubranyecz Regni polonie vicecancellario
Cuiusquidem Reveren domini Mathie epi supplicacionibus tamquam
iustis annuentes privilegium premissum ratum gratum et fir
mum habentes in omnibus eius punctis Condicionibus et arti
culis de certa sciencia et liberalitate nostris Regiis approba
vimus confirmavimus et ratificavimus approbamusque confirma
mus et ratificamus tenore presencium mediante decernentes vim
robur perpetue firmitatis obtinere In cuius rei testimonium
sigillum nostrum est presentibus subappensum Actum in Convencione
generali Lublinen feria tercia proxima post festum
Conversionis Sancti pauli Anno domini Millesimo quingentesimo
Sexto Regni vero nostri Anno quinto presentibus testibus supra etc

Poponum districtus Trembowlen

Alexander dei gracia rex polonie etc. Significamus etc. Quia
licet popones Ruthenicales in districtu Trebowlien tribu
ti wolpeculare de iure ac consuetudine dare non consueverint
nobis tamen quia ex Magnifico Stanislao de Chodecz Mar
schalco Regni nostri ac leopolien Camyenecen et Trebowlien
Capitaneo accepimus per quendam errorem non tamen de iure dun
taxat sed preterito tempore inducta in eos consue
tudine ut per Capitaneos predecessores suos coacti pro vol
pecula grossos sedecim eciam quilibet solverent annatim
Ideo Nos ex eiusdem Marsalci nostri Regni nostri testimo
nio prefati onus istud iniustum ex eisdem poponibus
Ruthenicis in districtu predicto Trebowlien deponendum duxi
mus et deponimus Constringentes presentibus et futuris temporibus in
districtu ipso existentes popones Ruthenos de hac pena solucionis
volpecule pro qua quilibet grossos sedecim dabat exempt
sive liberavimus eximimus tenore presencium mediante harum
etc. subappensum. etc. Dat in Convencione Lublinen
generali feria quinta ante festum purificationis gloriose
virginis Marie Anno domini Millesimoquingentesimosexto

Pensio in zuppis Crac. vp

Alexander etc. Significamus etc. Quemadmodum serenissimus olim princeps dominus Johannes Albertus Rex Polonie germanus noster Generoso Janussio Voczes de Farnesch Vngaro suo, nostroque curien. propter fidelia eidem olim principi necnon nobis exhibita servitia centum florenos in zuppis Cracovien. donavit per eundem Janussium singulis annis tollendos et percipien. ad extrema vite sue tempora. Sic nos quoque habito respectu ad ipsius Janussii virtute fidelia que olim principi ac fratri tandem nostre Maiestatibus impensa per eum servitia camipsam donationem centum florenorum duximus roborandam et confirmandam roboramusque et confirmamus ac solutionem eorum ratam annuam pro festo purificationis gloriosissime virginis Marie designamus. Tenore presentium mediante. Quocirca tibi Generoso Johanni Jordan etc. zuppario et aliis pro tempore existentibus zuppariis Cracovien.bus mandamus, quatenus eidem Janussio de ipsis centum florenis singulis annis pro festo predicto purificationis gloriosissime virginis Marie respondeas. Et quitantias super eorundem florenorum exolution. ab eodem Janussio recipiatis, quas nos tandem vobis in racion. vobiscum facienda computaturi sumus. In cuius rei testimonium etc. Datum in Conventione generali Lublinen. feria quinta post festum Sancte Agnetis proxima Anno domini 1506

Turze Comorniki Vyssokye Zupanye vh

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Semper animi auctoritas tanquam vniuersorum sibi subiectorum debitrix et patrona non solum commodis convenit rigoris et ordinationibus iuris veruntamen veritatis tamen quoque quorumque benivolentie et liberalitate et munificentia innata constantiarumque patrocinia prestitura etc. Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus tenore etc. Quod dum superiori tempore Nobiles Jaszko et Thador Komornyczski, Vaszko Thrzenszky et Domka Vyszoczensky terrigene nostri districtus Samboriensis suis et aliorum fratrum suorum coheredum nominibus querelentur nobis privilegia eorum que super villas hereditarias Turze Komorniki Vyssokie et Zupanije habuerunt in quodam privato opidi Sambor depositario servata per tartaros tunc terras nostras Russie vastantes simul cum toto opido nostro conflagrata esse, propterea quod supplicaverunt nobis ut eis nova privilegia super predictas villas concedere

dignaremur Nos de eorum que exponebant veritate apperiri cupientes certis
nostris commiseramus commissariis super ea et per eosdem Nobiles exposita proba
tiones et documenta recipi de iure consueta qui tandem Commissarii per certas eorum
litteras sigillis subappensis sigillatas significaverunt probationis et documenti
secretum nunc et ulterius tenor de verbo Nos Stanislaus de Chodecz Marschalcus
Regni Polonie et Capitaneus Leopoliensis ac Camenecensis generalis Felix de Kali:
zim Iudex et Ioannes de Dambolo Subiudex terrestres Leopolienses Recogno
scimus tenore presentium quibus expedit generaliter universis Quia dum et quando
per Serenissimum principem et dominum dominum Alexandrum dei gratia Regem Polo
nie Magnum Ducem Lithuanie Russie prussie que dominum et heredem etc. dominum nostrum
gratiosissimum fuimus Nobilibus Jaczko et Thador Komornyki Vasko
Turzenski et Domka Vissoczenski terrigenis districtus Samboriensis Commissarii
deputati et assignati qualiter testes et testificationes super villas Turza Ko
mornyki Vissokie et Zupanie qui de iure comprehendendi sufficerent medio
primo ab eis iuramento corporali recipiendi de privilegiis utrum illi prefati
Nobiles aliqua privilegia et munimenta super prefatas villas se habere pre
tenderint vel non vel si huiusmodi ville aliquando fuerunt Regales in
dagaremus et ab eis fidem reciperemus Nos itaque prefati Commissarii volentes
prefate commissionis effectum effici ac eidem satisfacere Mandato que sue
Maiestatis complere prefatis Nobilibus superius expressis vigore eiusdem
commissionis captato certo tempore mandavimus testes inducere et in presentia
nostra constituere ut fidem nobis de eisdem privilegiis facerent qui Nobiles
prefati hos testes induxerunt et in presentia nostra statuerunt omnes Nobiles
et bene possessionatos videlicet Jaczko de Comornyki Georgium de Vaczlow Iwa
schko de Costanowicze Andream Procz de Stupnicze Petrum de Monastyrzecz
Iwaschko de Blazow Vanko de ibidem Vanko de Kulczycz paulum de Ri
tarzowycze Olechno de Isdzay Fethko de Janow Roman de Zablocziecz
Nicolaum de Bylinyk Synko de ibidem Stanko de Sozanye Vasko de
ibidem Georgium de Radzylow hrydzkonem de podhorzniecz petrum de
Hoszilecz qui testes prefati stantes coram nobis una voce et unanimi vo
luntate retulerunt et fassi sunt in hec verba quod prefati Nobiles
videlicet Jaczko Comornyki Vasko Turzenski et Domka Vissoczenski ha
buerunt privilegia super villas prefatas sed eis sunt per Tartaros
tempore quo terras Russie vastabant conflagrata Et ipse ville
nunquam fuerunt Regales sed eorum Nobilium vera possessio paterna
lis et quibus prefatis testibus supra descriptis elegimus sex a
quibus iuramentum corporale recepimus eos iterum interrogavimus
si quid se de huiusmodi privilegiis scire pretenderent qui hec eadem
verba prout et antea prestitionem iuramenti cum aliis protulerunt
videlicet quod habuerunt prefati Nobiles privilegia super villas suprascriptas
sed eis sunt in quadam depopulatione Opidi Sambor conflagrata per Tarta
ros Unde Nos Commissarii antedicti iuxta commissionem et Mandatum Regie
Maiestatis has litteras nostris sigillis consignatas in fidem et testimo
nium premissorum que coram nobis ac prefato negocio acta sunt ussimus
et Mandavimus scribi et confici Datum et Actum Leopoli die Sabbato ante
festum Sancti Thome Apostoli Anno domini Millesimoquingentesimoquinto
Itaque nos attendentes testimonium in litteris premissis contentum iustum et
sufficiens esse easdem probationis et documenti litteras in omnibus punc
tis clausulis et Articulis confirmandas Approbandas et Ratificandas
duximus confirmamus que approbamus et Ratificamus presentibus preter
ea quod ipsis Nobilibus super villas predictas velut eorum hereditarias
presens novum damus privilegium decernentes eius tenore villas predictas
Turze Komornyki Vissokie et Zupanie per eos Nobiles Jaczko et
Tador Comornyki et Domka Vissoczenski eorum que coheredes atque per

per quolibet eorum suas in ipsis villis sortes cum omnibus utilitatibus
censibus fructibus redditibus serviciis laboribus advocatiis sculteciis kme
thonibus ortulanis edificiis domibus areis ovis allodiis agris pratis
campis silvis borris indaginibus rubetis quercetis querecetis usu glan
dinum aut ziri pascuis gaiptis mellificiis apibus et mellis ex eis
provenientibus aquis fluviis fluminibus stagnis piscinis torrentibus pis
cinis piscaturis molendinis aquaticis et ventilibus eorum quibus emolumentis
et qualibet in eum iure dominio et proprietate ita late longe et circum
ferentialiter prout ipse ville in suis metis et graniciebus ex antiquo
consistunt tenendum habendum utifruendum et possidendum dandum
donandum vendendum commutandum resignandum et ad suos suorumque
successorum usus beneplacitos convertendum litterarum presentium mediante in
perpetuum In cuius rei testimonium et Actum in conventione generali
Lublinensi feria sexta proxima ante festum Purificationis gloriosissime
virginis Marie Anno domini Millesimoquingentesimosexto Regni nostri
quinto Presentibus Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus dominis
Andrea Gneznensi et primate Bernardino Leopoliensi archiepiscopis Joanne
Cracoviensi Vincencio Wladislaviensi Joanne Poznaniensi Erasmo plocensi Mathia Prze
misliensi et Regni nostri vicecancellario et Nicolao Electo Chelmensi
Ecclesiarum Episcopis Necnon Magnificis Venerabilibus et Generosis
Spithkone de Jaroslaw Castellano Joanne de Tarnow pallatino Cracoviensi
Nicolao de Camieniecz Sandomiriensi et exercituum Regni ac Cracoviensi
generali Capitaneo Nicolao Gardzina de Lubrancz Calissiensi Jaro
slao de Lasko Lanciciensi Joanne de Tarnow Russie Paulo Cola
de Dalejow podolie Stanislao Kmitha de Visnicze Belzensi et Bran
dotha de Brzezinija Raviensi pallatinis Otha de Chodecz Leopoliensi
Petro de Nyemiglowy Raviensi Joanne de Slupcza Sandecensi Ja
cobo de Szydlow Voinicensi et Paulo de Choga Polanecensi Ca
stellanis Stanislao de Chodecz Marsalko et Capitaneo Leopoliensi
Joanne de Lasko Cancellario et Jacobo de Szydlowyecz Thezaurario Re
gni nostri Stanislao Lazeczski Marsalko Curie nostre Alberto Gorski Sro
Lasko Vladislaviensi et Jacobo de Bnyacz Secretariis nostris Nicolao Fir
leij de Dambrowyecza Vexilifero Cracoviensi et Capitaneo Lublinensi et Dzeslao
Velzek de Lubyen Succamerario ~~Lublinensi~~ Leopoliensi Aliisque plu
ribus consiliariis et Curiensibus nostris circa premissa testibus fidedignis Sin
cere et fidelibus dilectis Datum per manus eiusdem Venerabilis Joannis de
Lasko Ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellarii Sincere nobis dilecti

Costen

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quod licet Magnificus — Vpp rep
Spithko Jaroslaw Castellanus Cracoviensis Bona nostra Costen ad ultima vite sue
tempora tenere debeat de quibus bonis et eorum censibus ac proven
tibus Mille centum quadraginta marcas et unam ad Mandatum nostrum
expenditas pro nobis et successoribus solutas extimaturus erat et nisi eadem
summam aut aliquam illius partem exemisset Nos eam sibi successoribus

per unius earundem solutionem tamen in pecuniam parata persolvere Spithkone consensimus et consentimus presentibus Generoso Luce de Gorka Capitaneo Premislien. Spithkone predicto de tenuta et possessione bonorum predictorum redimere et pecunia eius ipse Lucas predictam summam pro nobis Spithkoni predicto solvit. Nos volentes Lucam ipsum pro eadem summa indempnem reddere dictam summam Mille octingentarum quadraginta unius marcarum monete et numeri communis in Regno nostro currentis quadraginta octo grossos Pragenses in qualibet computando Luce predicto et successoribus eius in bonis nostris predictis Lesten inscribendam duximus sub condicionibus extimacionis infrascripta per ipsum Lucam et successores suos tenuta et bona predicta Lesten cum omnibus et singulis opidanis censibus proventibus utilitatibus kmethonibus incolis agris pratis campis silvis molendinis equorum aquaticis et ventalibus ceterisque emolumentis tenendum habendum fruendum possidendum de quibus cum omnibus censibus et proventibus annuis summam predictam Mille sexcentarum quadraginta marcarum extimatorum erit et ea extimata ex integro extiterit vel nos quelibet non extimaverit sibi solventibus bona predicta ad nos et successores nostros devolventur pleno iure. Cum itaque summam ipsam extimatorum fecerit nos volentes Lucam predictum gracia singulari prosequi sibi pro castri et similiter conservacione quadraginta marcas pecuniarum monete et numeri predictorum de censibus et proventibus predictis singulis annis in predictis et molendinis ventali et aquatico ad Capitaneatum predictum spectantibus percipiendas tamdiu quousque non extimabit summam predictam aut eam sibi non solvemus pro ipsius utilitate dono damus de quibus quadraginta marcis et predictis et molendinis nullam nobis successoribusque nostris ipse Lucas et successores sui facient racionem sed de reliquis in bonis nostris percipiendis sub responsalitate et animarum suarum racio reddetur nobis successoribusque nostris iuribus nostris semper salvis harum quibus sigillum etc. Datum in Conventione generali Lublinensi feria sexta proxima ante festum Purificacionis Marie Anno domini 1 5 0 1

Rakolupi Texatin

Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quomodo dominus Nobilis Stanislaus Smok terrigena noster nobis exponeret qualiter Generosus olim Paulus Liczek de Ostrowo tribunus Chelmensis frater suus germanus certa per litteras in et super villis et hereditatibus suis videlicet Rakolupi et Thezatin tenuta generosi Barbare relicte olim Jacobi de Konieczpole sub summa pecuniarum in eisdem bonis in scriptis iudiciis terrestribus terre Chelmensis obtinuit tandem eidem relicte post Pauli mortem obvenit eadem pecunia per litteras ad eundem Smok devoluta

quorum quidem pargamenealem litteras coram nobis exhibuit petens illas per
nos approbari et confirmari ac inquantum se ad bona eorum extendunt admitti
ad ea que consensum prebere quarum tenor sequitur Nos Joannes de Byennyjcza
Judex et Petrus Wlzko de Szwiecze subiudex terre Chelmensis Generalis
Significamus tenore presentium quibus expedit universis et singulis presentibus et
futuris notitiam presentium habituris Quod vivente adhuc in humanis
Generoso olim Petro de Drabagola Judice et me Joanne de Byennyjcza
subiudice terre Chelmensis prefate tunc iudiciis terrestribus in Chelm
presidentibus Generosus Paulus heres de Ostrowo tribunus Chelmensis
Generosam dominam Barbaram relictam olim Generosi Jacobi de Komorz
polo tenutricem in Rakolupi et Wratijn citasset pro eo quia tu desequitans
de villa tenute tue Rakolupi cum triginta tibi in genere similibus
tuis coadiutoribus et supersequitans super hereditatem ipsius Ostrowo concul
casti alias podeptalas sibi siliginem laborem ipsius in predicta hereditate
ipsius Ostrowo seu in campo ipsius violenter in valorem triginta marcarum
et ipsum in totidem dampnificasti Item pro eo quia familiaris tuus Si-
mo desequitans de domo tua de Rakolupi cum triginta sibi in genere
similibus et totidem inferioribus tuis coadiutoribus et superequitans
super hereditatem et campum ipsius in Hostrowo tuo mandato et tua vo
luntate conculcavit alias podeptal sibi triticum pisum avenam laborem
ipsius in predicta hereditate seu in campo ipsius Ostrowo violenter in
valorem sexaginta marcarum et totidem dampni Item pro eo quia fami
liaris tuus impossessionatus alias Golotha Smck exiens de domo tua Ra
kolupi et superveniens super hereditatem ipsius seu campum in Ostrowo sci-
tu et mandato tuo recepit sibi duas equas et induxit eas castrum
Chelmensem nullo iure ipsum vincendo ita bonas equas sed duas sexagenas
et totidem dampni Item pro eo quia familiaris tuus impossessionatus
Simo exequitans de domo tua et de Rakolupi cum decem sibi similibus
in genere tuis coadiutoribus et superequitans in hereditatem ipsius Ostrowo
recepit sibi violenter decem securis et decem falces et unum bonem
glandem alias plonegos que omnia in domum tuam Rakolupi induxit et in
portavit et tu hec omnia in tuam utilitatem convertisti quo voluisti que
omnia per tuum familiarem sibi violenter recepta sunt in valorem trium
marcarum et totidem dampni Item pro eo quia familiaris tuus Nobilis
Joannes Drbijn existens procurator tuus in Rakolupi desequitans
de domo tua seu hereditate tua Rakolupi et supersequitans super here
ditatem ipsius seu mericam in Ostrowo tuo scitu et mandato et volunta
te recepit sibi violenter decem securis et importavit in domum tuam
~~tenute tue Rakolupi cum kmethonibus tuis~~ seu hereditatem Rakolupi
in utilitatem tuam convertit nullo iure ipsum vincendo que securis quas
sibi tuo mandato recepit sunt in valorem trium marcarum et totidem
dampni Item pro eo quia familiaris tuus impossessionatus alias Golotha
Smck tuo scitu mandato et voluntate exiens de domo tenute tue
Rakolupi cum kmethonibus tuis et aratris alias pluhy et superve
niens in hereditatem ipsius Ostrowo et super campum ipsius ac here
ditatem seu villam ipsius Ostrowo ex antiquo spectantem peraravit alias
poorał campum ipsius violenter nullo iure ipsum vincendo in valorem
quo ad unum annum ad utilitatem ipsius sed decem marcarum et totidem
dampni Item pro eo quia familiaris tuus impossessionatus alias Golotha
Smck exiens de domo tua Rakolupi et superequitans super here-
ditatem ipsius in Ostrowo scitu et mandato tuo recepit sibi violenter
decem sexagenas lignorum alias zerdzij in merica ipsius laboris ipsius

et induxit eas in domum tuam Rakolupi nullo iure ipsum vincendo que
legides alias zerdzi sunt in valore trium marcarum et totidem damni Item pro
eo quia Nobilis Simek familiaris tuus impossessionatus alias Golotha
existens procurator tuus in Rakolupi tuo scitu et mandato et voluntate
exequutans de domo tua seu hereditate Rakolupi et subsequutans alias Na
iechawszy in hereditatem ipsius Ostrow et in metam ipsius ibidem in Os
trow recepit sibi violenter decem semzes nullo iure ipsum vincendo et
in domum tuam importavit in Rakolupi que semzes sibi per prefatum
familiarem recepte sunt tum in valore trium Marcarum et totidem damni
Item pro eo quia tu sibi noluisti iuris ministrare laborioso Iwan alias kolsz kme
thoni tuo valacho in Rakolupi qui Iwan furatus est sibi sex equos
pro quo iure te amisit alias obeszlal Nobilibus Szbroszek et Seliga
de Czarnolozi ut sibi iuris prefato Iwan ius ministrares et tu noluisti
per quam tuam iuris non ministrationem alienasti ab eo sex Equos in va
lore octo marcarum et totidem damni et tandem in primo termino in
terminis terrestribus condemnalibus tunc in Chelm celebratis feria secunda
in vigilia sancte hedwigis Anno domini Millesimoquadringentesimo
nonagesimonono coram Iudicio terrestri prefato prefatus Paulus pre
fatam Barbaram contumaciam accusasset et ministeriali terrestri Chelmensi
Ioanne Lissolosky primo secundo tercio et ultra iuris quarto ipsam
proclamare mandasset quam proclamationem idem ministerialis coram
iure recognovit ipsa quod prefata Barbara nec per se nec per suum
procuratorem coram iure non compareret tunc in primo termino in pena
contumacie alias wamyestanem prefatus paulus condemnat alias szdal
secundum suas citationes et pro qualibet causa seorsum et specialiter tunc
prefatus Generosus paulus heres de Ostrow tribunus Chelmensis
tunc dominam Barbaram citavit secundario feria secunda ipso die
Sancte katherine Anno domini 1 c 9 9 prout ipsam condemnavit
alias szdal in pena non paritionis alias wamyestanem in primo termino
in terminis terrestribus in Chelm iuxta suas citationes originales pro
ut superius continetur et tandem in eodem secundo termino in terminis
terrestribus condemnalibus tunc in Chelm celebratis feria secunda in
crastino Concepcionis beate Marie virginis Anno domini 1 c 9 9 prefata
quod domina Barbara tenutaria de Rakolupi et Bratkow non comparuit
nec per se nec per suum procuratorem sine quecumque iuridica clamata est
per eundem ministerialem Ioannem Lissowski primo secundo tercio et
ultra iuris quarto quam proclamationem idem ministerialis recognovit
coram iure prefatam dominam Barbaram ipse Generosus paulus in
eodem termino secundo tanquam peremptorio condemnat alias yzwal
in Lucro et in amissione ipsius totius cause secundum omnes suas
citationes superius expressas et in penas trium Marcarum post quam
libet citationem seorsum et specialiter et deinde ipse dominus paulus de
Ostrow tribunus Chelmensis prefatus tunc prefatam dominam Bar
baram tenutariam de Rakolupi et de Batyn citavit alias przypowye
dzyal feria secunda ipso die festi trium Regum Anno domini 1 5 0 0
ad videndum et audiendum ferri sententiam et ad satisfaciendum
et ad solvendum penas exinde decretas prout ipsam condemnat
alias yzdwal in termino peremptorio in Lucro et in amissione ipsius
ipsius totius cause in terminis terrestribus condemnalibus in Chelm
iuxta omnes suas citationes et harum quamlibet seorsum prout
superius continetur Tunc prefata domina Barbara in termino
sibi assignato in terminis terrestribus condemnalibus tunc in Chelm

celebrate feria sexta proxima post festum Sancte Trinitatis Anno domini
1 7 0 1 ipsa quod domina Barbara in eodem termino vocatato alias Napirzypowyesz
rzonem Rokn nec per se nec per suum procuratorem non comparente coram nobis
idem prefatus dominus paulus astitit terminum contatum alias Rok przypowye
szony super eandem prefatam dominam Barbaram seruauit omnes suas contrario
nes et quamlibet earum seorsum et secundum omnes formas in eius proposicio
nibus contentas Unde nos visa ipsius prefate domine Barbare contumacia
et nostre inobediencia seruauit nostre formam ministerialem terrestrem Chelmensem
Joannem Lissowski prefato domino paulo addidimus de iure super ipsam pre
fatam dominam Barbaram ad pignorandum ipsam in bonis tenute ipsius
Zakolupi et Krzatyn in pertinenciis et aquisitis ipsius domini pauli que per eo
rum sibi sunt repermisse et non data violenter racione suis repercus
sionis et non dacionis pignorum prefatorum ipsam dominam Barbaram in
pena trium marcarum involuimus et eandem super ipsa decreuimus et demum iud
ministerialem Joannem Lissowski prefatum eidem domino paulo super ipsam
dominam Barbaram addidimus de iure ad intromittendum ipsum in bona tenute
ipsius domine Barbare in Zakolupi et Krzatyn in pertinenciis et aquisitis ip
sius domini pauli Qui intromissio est sibi denegata et repermissa vio
lenter racione nostre repercussionis et non admissionis intromissionis pre
fate ipsam prefatam dominam Barbaram in pena trium marcarum invol
uimus et eandem super ipsa decreuimus deinde ultimo nos visa tali inobe
diencia nostre ipsius domine Barbare prefatum paulum tribunum Chelmensem
ad Generosum dominum Georgium de Orchow Chelmensem et Belzensem Capi
taneum tanquam ad brachium regale aut ad ipsius Vicesgerentem ad ipsius
aquisita et Lucze alias przysyski per nostram presentibus nostre littere remissori
alibus sive executorialibus remisimus et remittimus tenore presencium nostra
sentencia diffinitiua mediante ut ipse dominus Georgius aut ipsius Vices
gerens tanquam Capitaneus qui residet in loco Regie Maiestatis et in Bra
chio regali ipsum prefatum dominum paulum in bona prefate domine Barbare
tenute ipsius in Zakolupi et Krzatyn intromittat intromissumque tueatur
et defendat in ipsius pertinenciis et aquisitis prout ad officium ipsius spectat
et pertinet in cuius rei fidem et testimonium Sigilla nostra presentibus sunt
subappensa Acta sunt hec in Chelm feria sexta proxima ante festum
Sancti Viti Anno domini 1 7 0 secundo presentibus Generosis et No
bilibus Georgio de Orchow Capitaneo Nicolao Woyszeski de Brzodowicz
Notario Chelmensi terrestri Stanislao de Celzyrze paulo de Pomiyanow
Mathia Starosziczky Joanne de Vereszyn Mathia Ozywissz Vate de
Chylyn Andrea et Mathia Wyszechowszky de Buszdowo et aliis
quampluribus fide et honore dignis ad premissa testibus Nos itaque et
debito Maiestatis nostre ad quam pertinet et specialiter pertinet coram et communem
patronam ut debemus ... causa pertinencia inquantum iuris ordine
sunt obtenta se quod ad bona nostra extendunt in omnibus punctis ... ta
continencia eorum duximus roborandam confirmandam et approbandam roborantes
quod confirmamus et approbamus ac inquantum ut prefertur ad ipsa bo
na nostra Zacolupi et Krzatyn tenute prefate Barbare se extendunt
dumtaxat tunc ad firmandis in eisdem bonis nostris iuris inscriptis non
excedendo admisimus et consensum nostrum Regium presentibus damus sic
... quod solutam per nos successores quod nos suis eundem
in bonis ipsis iuris inscriptis bona eadem nostra ad nos successores quod

ceros devolventur pleno iure Iuribus nostris semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum in Conventione generali Lublinensi feria tercia in Crastino purificationis gloriosissime virginis Marie Anno domini 1507

Rolie villa in terra et districtu Lukowien

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Sublimis Regum et principum principaliumque auctoritas universa decreta aut ea denuo statuendo aut vetera innovando perhennium commendare tenoribus literarum consueverunt. Proinde Nos Alexander etc. Significamus etc. Quod cum Nobilis Mathias Lanczki Anna filia olim Stanislai Madala Stanislaus Skoyik et sui nepotes Paulus et Joannes Nicolaus Joannes Georgius Andreas Georgius Jacobus filii olim Valzek, Nicolaus Petrus Zophia Katherina sorores olim Joannis Ligaza et Dorothea Spiczka ville et hereditatis Rolie heredes nobis exponerent qualiter Tartaris nobis annis proximis preteritis Regnum nostrum vastantibus privilegium super villam eorum hereditariam predictam Rolie in terra et districtu Lukowiensi sitam casu infelici in vonatibus fuge amisissent perdidissent quod eidem eis per nos sanctum privilegium Nos expeterent super dicta villa eadem Rolie ipsorum Nobilium et non vera aut nunquam alterius extat extitit et si unquam ipsi Nobiles privilegia super eadem villa et hereditatem habuerunt Commisimus certis Commissariis nostris documentum et testimonium ab eisdem Nobilibus, sic ut iure fit recipiendum Quiquidem Commissarii nostri per suas patentes literas nobis significarunt coram Nobiles coram illis per testimonium certorum Nobilium fidedignorum mediis iuramentis corporalibus testificancium probarunt documentum quod sufficiens fuisse Rolia villa predicta Nobilium suprascriptorum fuerit perpetuo hereditaria per eos quod et eorum antecessores iure hereditario possessa et possideri solita et habitum aliquando eius privilegium quod testes testificarunt aliquando vidisse realiter. Propter quod nos supplicibus Nobilium eorundem peticionibus annuentes predictis novum privilegium Nobilibus predictis super eandem villam eorum hereditariam Rolie duximus dandum et concedendum, damus quod et concedimus per presentes decernentes eandem villam Rolie super dictos Nobiles Mathiam Lanczki Annam filiam olim Stanislai Madala Stanislaum Skoyik et suos nepotes Paulum et Joannem Nicolaum Joannem Georgium Andream Georgium Jacobum filios olim Valzek Nicolaum Petrum Zophiam Katherinam sorores olim Joannis Ligaza et Dorotheam Spiczka eorum quod successores legittimos cum omnibus kmethonibus tabernatoribus ortulanis Advocatiis Sculteciis domibus curiis domibus pratis agris arvis Allodiis laboribus angariis cultibus seu ...ibus ...is decimis feminis agris cultis et incultis pratis campis silvis borris nemoribus gaiis rubetis piscinis piscaturis venacionibus

Aucupijs mellificijs apibus et melle ac eius prouentibus aquis riuis flu
minis et aquarum decursionibus lacubus piscinis piscaturis vmarijs et pis
cinarum demissionibus Molendinis et eorum emolumentis et generaliter cum
omnibus et singulis vtilitatibus vsibus et obuentionibus quolibet ab
antiquo ad dictam villam Dobije pertinentibus quibuscunque ipsi Nobilis
vsque ad prima tempora vsi fuerunt pacifice Ita late longe et circumferencia
liter prout ex antiquo ipsa villa consistit cum omni dominio et propric
tate prout in suis metis et graniciebus ab alijs villis distincta et
limitata extitit tenendum possidendum et vtifruendum vendendum commutandum
resignandum et in vsus beneplacitos eorum conuertendum prout sibi et eorum
successoribus melius et vtilius videbitur expedire tenore presencium me
diante in perpetuum In cuius rei testimonium etc Actum in conuencione
generali Lublinensi feria quinta proxima post festum Purificacionis Beate
Virginis Marie Anno domini 1506 Regni vero quinto Presentibus
Reuerendissimis et Reuerendis in Christo patribus dominis Andrea Gneznensi
et primate Bernardino Leopoliensi Ecclesiarum Archiepiscopis Joanne Crac
ouiensi Vladislauiensi Joanne Posnaniensi Erasmo plocensi Mathia przemisliensi
et Vicecancellario regni nostri Episcopis et Nicolao Electo Chelmensi Ecclesiarum
Necnon Magnificis Venerabilibus et Generosis Spithkone de Jaro
slaw Castellano Cracouiensi Joanne Feliz de Tarnow Cracouiensi Nicolao de Ca
mienyecz Sandomiriensi Nicolao Gardzyna de Ludbrancz Calisiensi
Jaroslao de Lasko Lanciciensi Joanne de Tarnow Russie prandotha
de Trzeziniec Trzemya Rauensi Stanislao Kmitha de Visnycze Belzensi
paulo Cola de Dalyeow podolie palatinis petro Schaffranyecz de
pijeskowaskala Visliciensi Stanislao de Mlodzyeyowic Radomiensi Otha
de Chodecz Leopoliensi Mathia Bal de Nowothanyecz Sanocensi Stanislao
Kuropathwa de Lancuchow Chelmensi Jacobo de Syklina Voyniciensi
Joanne Jordan de Zakliczijn Bieczensi Mathia de Costijn Kasperiensi
Sremensi paulo de Chocza polanecensi Castellanis Stanislao de Chodecz
Marsalko Joanne de Lasko Cancellario Jacobo de Sidlowiecz thezaurario
regni nostri Stanislao Jarozki Curie nostre Marsalko Joanne Lathalski
preposito Gneznensi Alberto Gorski Scolastico Vladislauiensi Secretarijs nostris
Nicolao Firley de Dambrowicza Vexillifero Cracouiensi et Capitaneo Lublinensi
Stanislao Schaffranyecz de pieskowaskala Succamerario Cracouiensi
Dersslao Vilczek de Lubyen Succamerario Leopoliensi Alijsque Consi
liarijs et Curiensibus nostris fidedignis fidelibus et fidelibus dilectis Datum per
Manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko Ecclesie Gneznensis et regni
polonie Cancellarij sincere nobis dilecti

Opus de villa Ochow

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Vtilitati Regie xlj
propriam fuerit in huiusmodi contractibus gratiosos munificos se esse et quando
pro eorum commodo consensum etiam prebemus prouide Nos Alexander etc
Significamus etc Quia habita consideracione fidedignorum fratrum olim
fratrum et tamen nostre nomine per Generosum Georgium Czapski de Ochow

capit. Kelzen fidelem dilectum impensam volentes quod eam ob id consolatum et ad rempublicam nostram quoque et successorum nostrorum servicia reddere promptiorem de certa sciencia gracia et liberalitate Regiis nostris presentibus privilegio nostro perpetuo dandum et concedendum duximus damusque et concedimus per quod eidem Georgio successoribusque suis legittimis de villa eius hereditaria Orchowo in terra Chelmensi consistente oppidum denuo locare ac erigere admisimus et admittimus presentibus Quodquidem privilegium opidum Orchowo prout in omnibus suis limitibus iure polonico Ruthenico et quovis alio in ius theutonicum quod Maydeburgense dicitur transponimus et transferimus tenore presencium mediante perpetuis temporibus duraturum Removendo ibidem omnia et singula iura polonicalia et Ruthenica modos et consuetudines universos que ipsum ius theutonicum impedire possent quolibet in futurum Absolvimus insuper et liberamus omnes et singulos ipsius opidi Orchowo opidanos et incolas ab omni iurisdiccione palatinorum Castellanorum Capitaneorum Iudicum Subiudicum aliorumque dignitariorum officialium et ministerialium Regni nostri ut coram eis aut eorum aliquo ad instanciam quarumcumque personarum pro causis tam parvis quam magnis puta furti incendii membrorum mutilacionis Sanguinis effusionis homicidii et quibuscumque aliis casibus et excessibus citati minime respondeant nec ob id aliquas penas solvere tenebuntur sed tantummodo opidani et incole predicti coram ipsorum advocato aut advocati vicesgerente Advocatus vero aut advocati vicesgerens coram prefato Georgio et successoribus suis eiusdem opidi heredibus pro huiusmodi causis stare parere et respondere tenebitur iure ipso theutonico debeat et sit astrictus Cui Advocato et heredibus universis causis capitalibus et criminalibus superius expressis et aliis in metis dicti opidi contingentibus iudicandi sentenciandi puniendi corrigendi plectendi et condempnandi damus et conferimus omnimodam potestatem prout hoc ipsum ius theutonicum in omnibus suis punctis capitulis clausulis et condicionibus postulat et requirit Propterea volentes huiusmodi opidi Orchowo condicionem facere meliorem in ipso fora annualia pro festivitatibus Michaelis et Iohannis Baptiste singulis annis perpetuo duratura Forum vero septimanale qualibet feria quinta indiximus instituimus et imposuimus Instituimusque indicimus et imponimus tenore presencium mediante in eodem ac omnibus et singulis Mercatoribus vectoribus et hominibus cuiuscumque Status sexus et Condicionis existentibus more aliorum oppidorum Regni nostri tenendi servandi et valeexercendum decernendo presencium Literarum patrocinio Quod omnes et singuli homines qui ad huiusmodi nundinas sive fora annualia pro diebus prefatis ad dictum oppidum Orchowo causa emendi vendendi res pro rebus commutandi accesserint in accedendo et recedendo nostra et successorum nostrorum securitate plenaria potientur et gaudebunt nisi tales sint quos iura forum non debent et quibus merito pro eorum hominum excessorum denegatur Insuper cupientes ut ad ipsum Opidum incolendum et inhabitandum quam homines eo liberius confluant quo maioribus graciis prerogativis quam iure aucti esse Nos benignitatem eiusdem Georgii respectu omnes et singulos incolas opidi ipsius presentes et futuros ab omnibus exaccionibus et contribucionibus nostris et reipublice Regni nostri institutis et instituendis quibuscumque nominibus vocitis solutos eximimus et liberos pronunciamus presentibus infra hinc et deinceps duodecim annorum sese immediate sequencium libertate premissa expirata dicti Orchowenses incole tenebuntur solvere quicquid communiter super omnes Regnicolas

institutum fuerit et in ipsa terra Chelmensi per alios subditos nostros
ex decreto publico solvetur. Que omnia premissa quo ad ipsum
iure et forma concessionis decrevimus tenore presentium eciam decernimus
In cuius rei testimonium sigillum est appensum. Actum in conventione generali
Lublinensi feria quinta post festum purificationis Marie Anno
domini 1506 Regni vero quinto presentibus ut supra

Plebani Hrodlensis

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Sublimis Re-
gum et precipue principantium auctoritas non solum novis sed eciam
antiquis quamquam vetustate demolitis decretis ordinationibus ac
concesso restaurationis patrocinio quicquid propterea decreverit vel
per adminicula literarum pergamenarum confirmavit. Proinde Nos
Alexander dei gratia Rex significamus etc. Qualiter coram nobis honorabilis
Michael plebanus in Hrodlo nobis exponeret quod pontale
in fluvio Bug circa opidum nostrum prefatum Hrodlo plebanorum
in ecclesia Hrodlo antecessorum eiusdem Michaelis semper esse con-
sueverit ipsi quoque predecessores eiusdem Michaelis plebani
in dicta Hrodlo huiusmodi pontale absque quovis impedimento
percipiebant. Nihilominus uti exponebat illud ipsum pontale
Capitanei Hrodlenses pro tempore existentes ipsis plebanis ad-
imebant nec in hactenus exigere consueverant in preiudicium
dicte ecclesie in Hrodlo rectorumque eius. Unde nos qui commo-
ditati ecclesiastice patrocinari et eorum commoditates augere cupimus
nimis sufficienti ex Magnifico Joanne de Tarnow palatino
Sandomiriensi habito testimonio qui palatinus quondam Belzensis
et Hrodlensis Capitaneus ante tempora gessit et coram nobis in
presentia testificatus est pontale predictum ad ecclesiam predi-
ctam de iure pertinere et illius esse. Ideo nos de benignitate
regia nostra huiusmodi pontale Hrodlense eidem ecclesie parro-
chiali in Hrodlo ac modernis et pro tempore existentibus eius
rectoribus duximus restituendum et restituimus perpetuo et in
evum decernentes illud per ipsum Michaelem et alios pro
tempore existentes plebanos Hrodlenses cum omnibus et sin-
gulis introitibus obventionibus et solutionibus ex eodem
provenientibus tollendum percipiendum tenendum ac
possidendum presentium tenore mediante in perpetuum. In
cuius rei testimonium etc. Actum in conventione generali Lub-
linensi feria quinta proxima post festum purificationis glo-
riosissime virginis Marie Anno domini Millesimo quingen-
tesimo sexto Regni vero quinto presentibus ut supra

rh.

Consensus obligationis molendini et piscinae Parczoviensis

Vol.

Anno quo supra et loco feria sexta in festo sancte
Dorothee Regia Maiestas consensit super obligatione
molendini et piscine parve inferioris Parzowicz
per Generosos Hedvigim Curopatnina vidua et Sta-
nislaum Curopathewa de Lazuchow providis Martino
Czetross opidano parzovicensi suisque successoribus facta
et tantique in exemptam bonorum parzow summa
in molendino predicto inscripta de summis in quibus
bona parzow obligata sunt ipsi Czetross seu suis
successoribus solvenda sexit

Incorporatio ecclesie in Gorzice vicaryis Sandomirien.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Liberalitas
et beneficentia inter ceteras virtutes que principibus peculiares sunt
id immerito numerantur quia opera ex omnes ipsis laudabile
et gloriosum est, nunquam tamen si in personas ecclesiasticas que
et sacrarum rerum et salutis omnium cura est ita sunt munifici
ut melius liberius se hisdem rebus quibus prepositi sunt
et earum adimere vacare possint. Proinde Nos Alexander
dei gratia Rex Polonie etc. Significamus quomodo singulari huius
respectum ad Ecclesiam Collegiatam gloriosissime Virginis Mari-
e in Civitate nostra Sandomiriensi Attendentes quoque fructus red-
ditus et proventus vicariorum perpetuorum eiusdem Ecclesie
adeo decrevisse ut nisi illis de munificentia nostra subveniatur
vereretur fortasse vicarii ipsi inopie causa residentiam
ad illam Ecclesiam hactenus continuatam relinquere circa quam
cultus divini honor eorum impositi negligi prout veri-
similiter neglectus esset. Quapropter pio permoti respectu
cupientes cultum divinum in Ecclesia Collegiata Sandomiriensi
Sancte Marie vicariis perpetuis impositum non diminutum
iri ex speciali clementia et pietate regia nostra Ecclesiam par-
rochialem in villa Gorzycze Capitaneatus Sandomiriensis
iurispatronatus nostri universitati eorundem vicariorum perpe-
tuorum Ecclesie collegiate Sancte Marie Sandomiriensis dispo-
nendam annectendam incorporandam uniendam et inni-
ferandam damus et donamus incorporamus annectimus
univimus et inviscerarimus tenore presentium mediante
dantes ... vigore Reverendo in Christo patri domino Joanni mo-
derno aut pro tempore existenti Episcopo Cracoviensi et cuilibet
ad id potestatem ordinariam seu apostolicam Ecclesiasticam
habenti Ecclesiam ipsam in Gorzycze ad primam sui per cessum
sive decessum Venerabilis Clementis de Krussyna Gnezn.
et Crac. Canonici moderni eiusdem illius Ecclesie in Gorzycze
Rectoris vacare contingat eisdem vicariis totum et in se
unum universitati et incorporandi perpetuo per ipsos
vicarios perpetuos Ecclesie predicte Sandomiriensis pro tem-
pore existentes ipsam Ecclesiam in Gorzycze cum omnibus
suis decimis theloneo seu pontali fructibus redditibus
et obventionibus ad illam antiquitus pertinentibus tenen-
dam possidendam et utifruendam temporibus perpetuis

duraturos, sic tamen quatenus ordinentur ipsius Ecclesie in Korzyczye
vicariorum canonici ac ipsius fructus redditus et proventus pro
commoditate vniusstatus vicariorum prefatorum commertat prout
eidem Episcopo pro utilitate eorundem vicariorum videbitur condu-
bilius volumus, aut per ipsum dominum Episcopum Cracoviensem
pro tempore existentem providere et consuleri per se circa animarum
et aliarum divinorum in eadem Ecclesia Korzyczye de iure et con-
suetudine compleri solitus non minuatur. Quodque ipse dominus
Episcopus Cracoviensis certam partem omni anno veri valoris eiusdem
Ecclesie in Korzyczye pro fabrica Ecclesie predicte collegiate San-
domiriensis auctoritate ordinaria reservet et in sue incorporacionis
ordinacione literis eum exprimat atque designet ad cuius solu-
cionem vicarios oneramus quos nos quoque oneramus pre-
tibus presentibus in perpetuum iuxta ordinacionem per ipsum
Episcopum faciendam. Et item quod ipsi vicarii tam in par-
rochiali quam in collegiata predictis Ecclesiis in singulis domi-
nicis ostiarum nobis feliciter viventibus pro felici statu nostro
regni quoque nostri, Nobis quoque morte obeuntibus pro salute
nostra commemoraciones facere teneantur. Super quo tamen consil-
dominum Episcopum ipsum vicariorum predictorum pro tempore exist-
encium conscienciam oneramus. In cuius rei testimonium etc.
Actum in conventione generali Lublinensi die dominica post festum
sancte Dorothee virginis Anno domini 1506 Regni
vero nostri quinto presentibus ut supra

Diakowcze

V

Alexander dei gratia Rex polonie etc. Significamus etc. Quia attendens
fidelia servicia Nobilis Georgii Zolthnich de Dziakowcze tenu-
tarii nostre ville Dyakowcze in terra podolie et districtu Chmiel-
nicensi sibi hactenus exhibita, volentes eum consolatum efficere et ad
futura servicia reddere obligaciorem, sibi et successoribus suis
de speciali gracia [illegible] Viginti marcas Monete et
numeri polonicalis communis quadraginta octo grossos marcam in qualibet
computando in et super villa predicta nostra Diakowcze inscripsimus
dedimus et donavimus, inscribimus quoque damus et donamus pre-
sentibus per ipsum Georgium Zolthnich et ipsius legittimos successores
villam ipsam Diakowcze iuxta originales literas per prius
super eo habitas tenendam, habendam et utifruendum pacifice
quiete et possidendam tamdiu donec sibi et suis successoribus
per nos aut nostros successores dicte viginti marce plenarie et
integre fuerint persolute, quibus solutis possessio ville prefate
ad nos et nostros successores iure convertetur pleno iure. Harum
nostrarum semper salvis harum etc. Datum in conventione generali Lu-
blinensi feria tercia in festo sancte Scolastice Anno domini 1506

Lr̃ passus

Mp Alexander dei gratia Rex Polonie et Magnus dux Lithuanie et singulis Principibus Spiritualibus et Secularibus ac Palatinis Comitibus Castellanis Capitaneis Locumtenentibus Civitatum Opidorum et locorum quorumlibet prefectis Thelonariis pontium passuum et Gabelle custodibus Ceterisque cuiuslibet Status et Conditionis hominibus ad quos presentes pervenerint fidelibus amicis et benivolis Sinceris gratiosisque nobis dilectis Salutem [illegible] et [illegible] in Christo patres Illustrissimi quoque et preclari principes domini ac Magnifici Spectabiles [illegible] Generosi Strenui Nobiles et famati fideles amici et Benivoli Sinceri Grati quoque nobis dilecti Generosus et Strenuus Cristoforus Noszeyssky [illegible] subditusque noster fidelis dilectus [illegible] bitur pia devotione ductus Limina Sepulcri Cristi [illegible] in Jerusalem visitaturus peregre proficiscitur Itaque eum vobis commendamus rogantes [illegible] vobis mandantes ut eundem Cristoforum cum eius comitiva sua rebusque omnibus per [illegible] loca districtusque [illegible] permittatis et permitti faciatis absque Theloneorum et [illegible] solutionibus transire stare et pertransire De salvoconductu vobi necesse habuerit sibi provisuri contemplacione nostri quod vestris [illegible] tatibus [illegible] studiis complacere Regie [illegible] Datum in arce nostra Lublinensi [illegible] februarii anno domini 1506

Conservacio in possessione Advoca: Buscen.

v pl. Alexander etc. Significamus etc. Quia ad petitionem Reverendi in Christo patris domini Bernardini archiepiscopi Leopoliensis nobis pro parte providi Michael advocati opidi nostri Bussko oblatam ipsi Michaeli prerogativam graciamque nostram [illegible] [illegible] damus et inscribimus Quia nulli subditorum aut quorumcumque hominum eum de ipsa sua advocatia Buszko [illegible] de parte advocatie quam possidet eximere [illegible] neque [illegible] nullum ad exemendum eum [illegible] neque [illegible] terminum usque ad extrema vite sue ipse Michaelis [illegible] [illegible] et [illegible] nostram [illegible] firmam esse [illegible] presentium mediante [illegible] aliis nostris [illegible] salvis [illegible] et subappensum [illegible] Datum [illegible] Lublinensi [illegible] v. post [illegible] [illegible] anno domini 1506

Nominatio Alberti de Gora ad Ecclesiam Gneznen

Alexander dei gratia Rex Polonie etc.

Reverendo in Xpo patri dno Erasmo Episcopo plocen litte
rarum Apostolicarum Indulti seu facultatis decem personas
Ecclesiasticas idoneas nominandi ad beneficia Ecclesiastica videlicet
decem in Gneznen videlicet metropolitana ac Cracovien Wladisla
vien Poznanien et Warmien cathedralibus Ecclesiis consistentia
vacantia seu vacatura executori Domino nobis dilecto Salutem et
nrm favorem ~~nostrum~~ Reverende in Xpo pater Domine nobis dilecte
Grata obsequiorum studia que nobis Venerabilis Albertus
de Gora Scolasticus Wladislavien et Secretarius noster sol
licitis studiis impendere consuevit et multiplicia probitatis
atque virtutum merita quibus maiestati nostre plurimum ex
titit commendatus nos inducunt ut sibi reddamur ad gra:
ciam liberales. Hinc est quod nos ad unum ex istis decem
Ecclesiasticis beneficiis scilicet quod in Ecclesia Metropolitana Gne:
znen primo loco vacaverit aut in futurum vacabit
quod Albertus predictus postquam sibi vacacio illius
innotuerit infra unius mensis spacium duxerit acceptandum
etiam si beneficium huiusmodi Canonicatus et prebenda
aut dignitas personatus administratio vel officium curatum
vel electivum in eadem Ecclesia Gneznen fuerit et generaliter
seu specialiter sedi apostolice reservatum existat et ad
collationem presentacionem seu quamvis aliam disposicionem
Reverendi in Xpo patris domini Andree seu pro tempore exi
stentis Ecclesie eiusdem Archiepiscopi vel alterius cuiuscumque spe
ctet et pertineat dictum Albertum de Gora Secretarium
paternitati vestre nomine nostro duximus nominandum et no
minamus. Nominatumque ad eandem paternitatem Reverendam
litterarum vestre pro institucione obtinenda dirigimus Aucto
ritatis eiusdem, quatenus ipsa vigore predicti indulti
nominandi nobis per dictam sedem Apostolicam concessi de
uno beneficio ~~Eccle~~ huiusmodi, quod videlicet primo loco in
eadem Ecclesia metropolitana vacaverit provideat illud
que sibi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ac iure
canonicum plenitudine conferat et ipsum de eodem instituat
Regimen et administracionem spiritualium et temporalium eius
committendo. Et alia que in premissis necessaria fuerint
iuxta mandatum Apostolicum faciendo et exequendo, hoc de officio
paternitatis vestre committimus et nobis gratum erit. Datum
in Conventione generali Lublinen feria tercia in festo Sancte
Scolastice virginis Anno domini 1506

~~Eodem die data est Nominacio similis suprascripte venerabili domino Theodorico de Przilanka notario regie Maiestatis ad ecclesiam cathedralem Wladislaviensem super quolibet beneficio primo loco vacaturum~~

Vidi

Eodem die data est alia nominacio similis suprascripte venerabili Nicolao de Zukow cantori Wislicensi et regie Maiestatis secretario ad ecclesiam cathedralem Varmiensem super quodcumque beneficium secundo loco vacaturum

Ms

Vidi

Anno die et loco quibus supra data est similis Nominacio suprascripte venerabili Ade de Kochen phisico regie Maiestatis ad ecclesiam cathedralem Varmiensem super quolibet beneficium primo loco vacaturum

Ms

Vidi

Eodem die data est Nominacio similis suprascripte venerabili Nicolao de Lazanow notario regie Maiestatis et canonico Leopoliensi ad ecclesiam cathedralem Wladislaviensem super quolibet beneficium primo loco vacaturum

Vidit

Eodem die data est Nominacio similis suprascripte venerabili Joanni Chrzastowski notario regio ad ecclesiam cathedralem Chelmensem super quolibet beneficium secundo loco vacaturum

Ms

Ms

a bello

Alexander dei gratia rex Polonie

Significamus etc. Quia de certa scientia nostra consensu et consiliariorum
Regni nostri nobilem eximium Nobilem Joannem Kaliński ab omni expe
ditione bellica generali vel particulari ad quam faciendam debi
tus sive more aliorum terrigenarum Regni obligatur quam
sub absentia Generosi Stanislai de Chodecz capitanei Vielunensis
et Czepinensis tenetur quotiescunque instituti contingeret absoluimus
et libertamus per presentes hunc ipsum ad eundem Stanislaum de
externis partibus vel eundem in militari gerend peregrinatio
fecerit esse reditum Ita tamen quod ipso tempore expeditionis hu
iusmodi in castro Czepinsko residere et manere eius intencione
debebit personaliter Datum in Conventione generali Lublinensi
feria sexta ante festum sancti Petri Anno domini 1506

Ms

a bello

Alexander dei gratia rex Polonie

Significamus etc. Quia effectum boni desiderii Generosi Ingenui
Stanislai de Chodecz capitanei Vielunensis commendatum habentes
qui ad exteras nationum partes causa actionis militaris
investigande proficisci deliberavit sibi licentiam de regno
recedendi et peregrinandi concedentes ipsum de consensu prelato
rum et baronum Regni nostri consiliariorum hic nobiscum existentium
ab omni expeditione bellica tam generali quam particulari quam
infra tempus peregrinationis sue tociens quotiens instituti
contingeret ad quam iuxta constitutionem Regni nostri communem
more aliorum terrigenarum et officialium de bonis suis obliga
retur faciendam absoluimus et libertamus per presentes Ita tamen quod
ipso stante huiusmodi expeditionem bellicam quotiens sub sua
absentia instituetur per alias personas idoneas iuxta
suorum exigentiam bonorum satisfacere debebit Datum in Con
ventione Lublinensi generali feria sexta ante festum sancti
Petri in Cathedra Anno domini 1506

a bello

Ms Similis expeditio bellica data est Nobili Stogneo Sedrowski
terrigene nostro Anno domini et loco quibus supra est in alia
his similis

Alexander dei gratia   Salvus conductus

Significamus etc. Quia de certa nostra scientia famosis Amando   r f
Hersch et Iozeph alias Czarny Iudeis Poznaniensibus nostris Regiis salvumconduc-
tum perfectam et securitatem in regno nostro et signanter civitate
Poznaniensi loco domicilii eorum ubi quidam odia et insidias
suscepisse se asserunt standi morandi negotia sua quecunque
disponendi personis et rebus eorum salvis existentibus duximus
dandum et concedendum damus et concedimus tenore presentium me-
diante infra hinc ad festum sancti Joannis Baptiste proxime futu-
rum duntaxat valituram. Proinde vobis universis pallatinis
castellanis capitaneis dignitariis et quibuscunque subditis nostris
cuiuscunque status et conditionis existentibus et signanter Ge-
neroso Joanni Zaramba de Calinowa capitaneo Maioris Polonie
generali ac proconsuli et consulibus Poznaniensibus Mandamus quatenus
presentem salvumconductum in omnibus punctis articulis et con-
ditionibus observetis et observari mandetis inviolabiliter
et irrefragabiliter. Illum quoque per publicam proclamationem
in civitate Poznaniensi ac ubi opus est faciatis ad notitiam
omnium deducatis. Aliud non facturi pro gratia nostra. Datum in Co-
nventione generali Lublinensi Sabbato post sancti Valentini
Anno domini 1506 Regni vero anno quinto.

Jasienski in officio capitaneatus ac villis

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia ad instantiam
Magnifico et Generoso Nicolao de Czesko pallatino Plo-   r p reg
censi et Andree de Rzeczyczany castellano Sochaczoviensi bona
nostra capitaneatus in terra Sochaczoviensi sitta de manibus gene-
rosorum testamentariorum successorum et legittimorum Generosi olim
Pauli Jassienski famuli nostri Illorumque bonorum nostrorum tenutarii
redimendi consensimus prout redemerunt consentientibus
nobis et specialiter in premissorum annuentibus petitionibus Nicolai
et Andree predictorum, quas inscriptiones et consensus sui

ipsa bona tenentes eorum nobis et consiliariis nostris exhibitis
quas tandem cassamus presentibus vero originales inscriptionis
literas easdem supra bona predicta eorum dandum et firmam per-
mansuram per ipsos Vincentium et Andream genitoribus et pro-
genitoribus dicti olim Solitarum in ipsis bonis dicto olim
Paulo inscriptarum videlicet Septingentos viginti florenos per
mediam sexagenam in mediis grossis computatos et Nongentas
quinquaginta octo marcas eorum in mediis grossis quadraginta octo
grossos marcam in qualibet computandam eisdem Vincentio
et Andree successoribusque eorum legittimis de consilio con-
siliariorum nostrorum hic nobiscum existentium in et super bonis
predictis nostris Opido Capnios ac in villis Veresza Walkow
nym nemore seu deserto Glust maior Gluste minor
Nonadiesz Czocholo cum flumine Vysla et ripa eiusdem
fluvii in terra et districtu Sorhazoniensi sitis inscribendum
duximus damusque et inscribimus tenore presentium mediante
per ipsam Vincentium et Andream eorumque successores le-
gittimos bona predicta eorum in predictis florenorum et pecu-
niarum summis presentium vigore tenendum cum omnibus et singulis
censibus proventibus redditibus pertinentiis attinentiis ob-
ventionibus ac utilitatibus omnibus agris pratis campis
fluviis borris silvis indaginibus rubetis piscinis, gratiis
nemoribus kmethonibus servitoribus laboribus et
angariis stationibus theloneis ac quibuscunque aliis solu-
tionibus consuetis atque iure bellico et generaliter cum
omni iure dominio et proprietate nichil excipiendo tenendum
habendum utifruendum pacifice et quiete possidendum tandiu
quousque Septingenti et viginti floreni per mediam sexa-
genam computando et Nongente quinquaginta octo marce
in mediantibus grossorum et summarum suprascriptorum Vincentio
et Andree predictis eorumque successoribus legittimis plena-
rie fuerint persoluti, Quibus solutis possessio tandem
bonorum prefatorum ad nos et successores nostros pleno iure
redibit et revolvetur iuribus nostris regalibus per omnia sal-
vis remanentibus harum etc Datum in conventione generali
Lublinensi feria quinta post festum purificationis Marie
Anno domini 1 7 0 6 Regni vero quinto

Ordinacio cum Judeis Leopo:

Alexander dei gratia etc

Significamus etc Quia attenta extrema destructione et conditione
pauperum Judeorum nostrorum Leopoliensium quibus nobis pro censu
annuo ducentos florenos dissolvunt talem cum eis gratiam
ordinationemque fecimus Quod si infra quatuor annos immediate
futuros a festo beati Martini proxime venturo inchoandos
contributionem seu exactionem similem cuiuscunque tamen pro

subsidio publico super Ciuitates et Opida et alios Judeos Regni
nostri imponemus, ipsi Judei Leopolien(ses) dumtaxat Centum flor(enos)
pro exactione nobis Successoribusque nostris dantes erunt Prefatis
vniuersis exactoribus ad colligendum similem prefatam Judaicam
exactionem futuris deputandis qui pro tempore fuerint requisiti
Mandamus quatenus prefatos Judeos Leopolien(ses) iuxta presentem
ordinacionem conseruando ab ipsis Judeis pro qualibet vice
per Centum florenos recipiatis usque ad decursum eorundem quatuor
annorum harum quibus vigore etc Datum in Conuencione
generali Lublinen(si) Sabbato festi beati Valentini Anno domini 1506

Judeorum Leopolien(sium)

Alexander dei gracia Rex Polonie etc Significamus etc Quod Judei Leo v. h.
polien(ses) coram nobis personaliter constituti exhibuerunt litteras infrascriptas
a nobis superiori tempore sub Secreto nostro obtentas petentes illas tran
sumi et sub nostro Sigillo maiori transcribi ac confirmari quarum te
nor est talis Alexander dei gracia Rex Polonie etc Vniuersis et sin
gulis cuiuscunque Status et condicionis existentibus Subditis nostris fi
delibus dilectis graciam Regiam fideles nostri dilecti Intelleximus quod
Judeis nostris Leopolien(sibus) quod impediuntur a quibuscunque subditis nostris
in negociacione sua [illegible] quod ab eis sine iure etc [illegible]
in annalibus foris emunt id quod faciunt absque omni iusticie or
dine, Vnde nos volentes eosdem Judeos sic conseruare prout olim
predecessores nostri eos conseruare consueuerunt Mandamus quemad
modum olim Maiestas fraterna Regia Mandauerat vobis omnibus
et singulis Maiestatibus dignitarijs et officialibus quorumque iuri
pares et quacunque auctoritate presidentibus quod dictis Judeis nostris
Leopolien(sibus) libere permittatis exercere negociaciones eorum in annali
bus et liberis foris, Quod si aliquis in dampnum eorum aliquid
facere attentauerit dabimus operam quod intelligat se contra volun
tatem nostram fecisse pro gracia nostra aliter non facturi Datum in Lub
lijn die dominico post festum beati Martini Anno domini 1503 Re
gni vero nostri anno secundo Ad Mandatum domini Regis Quorum
peticionibus annuentes premissas litteras duximus transsumendas
et transscribendas ac confirmandas transsumimusque transscribimus et con
firmamus per presentes decernentes eas obtinere robur perpetue debite
firmitatis In cuius rei testimonium etc Datum in Conuencione generali
Lublinen(si) Sabbato ipso die Sancti Valentini Anno domini 1506

Succamerariatus Siradien.

Datus est succamerariatus Siradien. per mortem olim Sinconi de Charthlopya eiusdem ultimi possessoris Petro Lutkowiczski cubiculario regie Maiestatis sub forma consueta. Dat. Sabbato die s[anc]ti Valentini anno et loco quibus supra.

Libertas Belzen.

Anno et loco quibus supra datum die dominico in crastino sancti Valentini. Rex ad peticionem consiliariorum indulsit exactionem gospodarskiej anni oppidanis et incolis Belzen. qui annus incipere debet ab expiracione prioris libertatis ab eiusdem exactionis eis prius date, sic tamen quod consules illius oppidi eam exigent et pro municione oppidi fideliter convertent.

Consens. Custodia Crac. pro Zanfret et pro consulibus

reemere

Alexander Dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. quod quemadmodum superiori tempore famosis proconsuli et consulibus nostris Cracovien. custodiam prius de manibus famosi Petri Salomonis consulis Cracovien. quam in summa ducentorum florenorum hungaricalium in auro iusti ponderis et quadringentorum viginti florenorum in moneta per medios grossos datarum obligatam habuit reemere consensimus cum consensu Gregorii [illegible] apud consules custodiam predictam a Petro ipso exemerunt et exemptam tenuerant. Nunc in presenciarum annuentibus dominis consiliariis peticionibus famosi Zanfredo Betman consulis Cracovien. custodiam eandem de manibus eorundem consulum et insuper omnes census provinciales personis spiritualibus vel secularibus ex quacunque causa et cuius [illegible] inscriptos ab eisdem personis reemendi consensimus, consentimus ex quibus literas originales quondam [illegible] Petrus Salomonis custodia tenuit mortificamus et annullamus decernentes per ipsum Zanfred Betman

consulum Cracoviensium eiusque successoribus legittimis custodiam ipsam
postquam ipsam redimit, pro qua vigore literarum quas ei super eadem
custodiam damus in summa predicta septingentorum florenorum
hungaricalium in auro et quadringentorum viginti florenorum in
moneta per mediam sexagenam numeri consulibus Cracoviensibus
tam a Petro Salomonis exemerant quam summam sibi suis
que successoribus in eadem custodia usque ad exemptionem tenore
presentium inscribimus, Excepto censu quinque marcarum de ipsa custodia perpetuo
ad pretorium Cracoviensem dari solito, in quo proconsulem et con-
sules ipsos conservamus Censibus vero si quos in eadem cu-
stodia et Wyrzeza redimit illos ipse Zayfert et sui successo-
res in summa permanendo quos census ipsos redimendo expo-
suit iuxta tenorem literarum originalium super inscriptos census
illos antea iuste datarum tenendum habendum et possidendum
pacifice usque ad exemptionem custodie et censuum predictorum
qua per nos facta ad nos eorum possessio devolvetur Iuri-
bus nostris semper salvis Preterea fidelitatem et benemeritorum
intuitu Proconsulis et Consulum predictorum eius de Spenalh
grad circa custodiam predictam pensum et census si quos in
ea primi inscriptos idem Zayfredus exemerit de manibus
eiusdem Zayfredi et successorum suorum quandocumque voluerit
simul et semel redimendum admittimus et consentimus, sub tabula
salva redemptione nostra harum quibus sigillum nostrum Datum in Con-
ventione generali Lublinensi die dominica in crastino festi
Valentini Anno domini 1506

Trat 200 marcarum in Molendino circa valvam S. Nicolai inscriptio

Alexander dei gratia rex etc. Significamus etc. Quia quemadmodum
superiori tempore famosis Proconsuli et Consulibus Craco-
viensibus Molendinum nostrum Cracoviensem in flumine Rudawka
circa valvam sancti Nicolai situm in certa pecuniarum summa
inscripsimus Cum vero molendinum illud ruinosum et annihilatum
erat iam, illud ipsis inscripsimus pro eius reedificatione quod
quicquid exposuissent illud nos illis aut soluturi aut in eodem
molendino inscribere summam polliciti Itaque in presentiarum inspectis
expensis de diversis ... per eosdem Proconsulem et Consules
in reparatione eiusdem molendini eius expositis Nos illis inscrip-
tionem nostram in hac parte satisfacere et eos pro expositis illis in-
demnes reddere cupientes predictis Proconsuli et Consulibus Cra-
coviensibus predictas ducentas marcas pecuniarum monete et
numeri communis quadraginta octo grossos marcam in qualibet
computando de certa scientia nostra et de consiliariorum nostrorum
consensu in et super ipso molendino nostro circa portam Sancti
Nicolai foris muros sito ipsis proconsuli et consulibus
duximus inscribendas et inscribimus tenore presentium mediante per

eosdem Proconsulem et Consules mollendinum illud in forma
predicta et aliis formis prius per nos inscriptis usque ad eorum
beneplacitum tenendum habendum et possidendum iuxta vim formam
et tenorem inscriptionis litterarum originalium earundem
harum quibus sigillum nostrum est appensum. Datum in Conventione generali Lubli
nensi die dominica in crastino Sancti Valentini Anno domini 1506

Scrinificum Lanciciensium

Ex In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Auctoritas principis
et omnium dominantium inter ceteras temporales sollicitudines illud
singulariter observat ex virtute et consuetudine qualiter inter
subditos fideles que suos et eos presertim qui usu laboreque manuum
victum queritare solliciti sunt ordinem instituat convenientem
in quo ut quietius tutius et ordinatius sub comodis atque laboribus
intenderent et exinde uberiores publicum accrescerent profectus consue-
ipsa auctoritas quicquid ea racione constitueret perpetuo duraturum decrevit omni
inter presentibus. Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie Magnusdux
Lithwanie ~~Russie~~ Necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie
Cuiavie Russie Prussie ac Culmensis Elbingensis Pomeranieque dominus
et heres Significamus tenore presencium notum facimus quibus expedit quomodo pro parte
universitatis scrinificum Lanciciensium supplicatum nobis fuisset quatenus illis
privilegium nostrum perpetuum super statutis modis et consuetudinibus fraternitatis
artificii eorum dare et concedere ipsamque eorum fraternitatem confirmare dignare-
mur. Nos huiusmodi eorum supplicacioni benigniter annuentes presertim volentes
controversias et dissensiones complanare easdem que inter eos et fabros
Lancicienses origabantur hactenus fiebat propter indivisam fraternitatem in qua
dum simul tam tenebat altera fraternitatis universitas alteri dominari et
oppressa contendebat. Iam vero Commissariis certis nostris decernentibus
universitas fabrorum et universitas scrinificum suas speciales habituri
sunt fraternitates. Pro eo ex certa scientia et gratia nostris presentibus nostrum privilegium
super fraternitatem scrinificum eisdem scrinificibus universitati et fratribus eorum oppidi
predicti nostri Lanczicia dandum duximus dannusque presentibus per quod
et cuius tenore quemadmodum ipsi artifices inter se statuta observare
convenerunt sic nos statuimus quod nullus scrifex aut artifex eius
artis scrinia magna parva generalia facta ad fora tam annualia quam septimanalia
illuc ducere vendere exponereque debeat, nullus etiam laborem seu artificium
scrinificii in oppido ipso et extra illud aut suburbio eiusdem oppidi
sine fraternitate exercere presumat. Foro tamen quolibet annuali excepto
qui in Civitate ipsa habebit tunc et scrinia et huiusmodi artificii res
ad forum annuale ad oppidum ipsum ducere vendere et exponere libere

absque cuiuscumque decisione inquietacionibus. Item statuimus et decernimus quod si aliquis
frater fraternitatis eiusdem artificii dicte se a fraternitate suscepta ad aliam
transferet, aut si aliquis eorum aliquos excessus fecerit. Item si contra
statuta fraternitatis dixerit penam nostram regalem quatuordecim marcarum
per Capitaneum Lauuensem exigendam. Fraternitati vero penam unius marce persoluat.
Item cum aliquis voluerit suscipere eandem fraternitatem talis debet esse legittime
thori peritus et doctus in artificio suo, qui dabit fraternitati sex duas
cere et pawlogne sex grossos ac unum aetuale [?] cerusie. Item cum fratres
sederent in fraternitate nullus illorum audeat armatus aut cum cultellis
intrare. Et si talis sufficienter convincetur cuiuscumque fratrum testimonio
alterius, fecisse extunc pro pena fraternitati dabit grossum unum. Et si aliquis
frater fraternitatis eiusdem verbis impetuosis rixosis et vituperiosis in fratrem
insurrexerit et testibus convictus fuerit dabit libram cere. Et si manum
violentam in fraternitate in aliquem fratrem iniecerit lapidem cere fraternitati persoluet.
Et cum signum fraternitatis illius ad aliquem ex fratribus ipsis missum fuerit
et absque mora ad congregacionem fratrum non venerit dabit pro pena medium
grossum. Si aliquis vel aliqui ex fratribus quitpiam contra fraternitatem
verbis iniuriantibus dixerit ille et quilibet eorum seorsum duas duas
cere persoluat. Item si aliquis fratrum funus fratris defuncti non conduxerit
seu priusquam sepelliatur abierit ille dabit fraternitati unum grossum. Item
nullus cuiuscumque fratrum audeat prouocare alterum fratrem pro iusticia ad
aliam civitatem sed coram ipsis fratribus petat iusticiam ministrare, si
quis autem prouocauerit et prius querelam coram fraternitate non posuerit
lapidem cere persoluet. Et nullus vagabundus seu advena scriptor
imperatus in artificio scriptorii eorundem fratres laborare impedire audeat. Et
cum aliquis ex fratribus aliquem adolescentem in eodem artificio erudiendum
quesierit coram tota fraternitate et non alibi conuenire debet. Si secus
fecerit non computabitur talis adolescens membrum artificii eiusdem.
Et adolescens qui se tradiderit artificio erudiendum dabit duas
duas cere fraternitati et medium aetuale [?] cerusie. Et si aliquis
ex fratribus predictis senioribus et fraternitati fratrum esset inobediens huiusmodi
fraternitas artificium prohibebit et claudet cum auxilio proconsulis et
consulis Lauuensis illudque tantisper seruabitur prohibitum quousque satisfaciat
fraternitatis decreto. Et si quispiam fratrum predictorum secreta que agerentur
in fraternitate reuelauerit et desuper testibus conuictus fuerit pro primo et secundo
medium lapidem cere soluet fraternitati. Si vero tercio conuictus fuerit in eodem
extunc de fraternitate eiciatur, nisi scientia et ingenium tale esset, quod contingeret
aut aliquid mag(is) aut minus [?]. vel persona consulares Ciuitatis predicte
Et quilibet non audeat laborare in eodem artificio qui imperatus esset. Et
~~alius~~ quilibet frater ad quatuor tempora anni quolibet det duos grossos fraternitati. Et pro
lectore missarum que apud fratres tenebuntur solite duos grossos. Et quedam et
licenciam damus ipsis fratribus fraternitatis eiusdem eligere et inter se constituere
seniores fraternitatis qui coram proconsule et Consulibus Ciuitatis eiusdem Lauuensis

Facere ea debebunt que seniores et sui vniuscuiusque terris fratres consenserint
qui seniores vna cum fraternitate ipsa parere debebunt iussis et mandatis
proconsulis et Consulum Ciuitatis Laur. presentis, quamquidem fraternitatem ac institutiones
ordinationesque eiusdem suprascriptas atque omnes consuetudines laudabiles decer-
nimus perpetuo duraturas tenore presenti mediante Iuribus tamen et iustitia nostris
ac vniuscuiusque saluis. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum
Actum in Conuentione generali Lubliniensi Sabbato in festo Sancti Valentini
Anno domini 1506 Regni nostri anno quinto presentibus Reuerendissimis et
Reuerendis in Christo patribus dominis Andrea Gnesnensi et primate Bernardino
Leopoliensi archiepiscopis Ioanne Cracouiensi Vincentio Wladislauiensi Iohanne Posnaniensi Erasmo
Plocensi Mathia Premisliensi et Regni nostri vicecancellario et Nicolao electo
Chelmensi episcopis Necnon magnificis et Generosis Spithkone
de Iaroslaw castellano Cracouiensi Andrea de Schamotuli Posnaniensi Iohanne filio
de Tarnow Cracouiensi Nicolao de Camyenyecz Sandomiriensi exercituum Regni
Cracouiensi et capitaneo generali Nicolao Coszczyna de Lubrancz Calisiensi
Iaroslao de Lassko Lanciciensi Iohanne de Tarnow Russie palatinis de
Trzyana Rauensi Stanislao Kmytha de Wysnicze Lublinensi et Paulo Cola
de Dalejow Podolie palatinis Petro Schaffranyecz de Pyeskowaskala
Wisliciensi Otha de Chodecz Leopoliensi Mathia Bal de Novrtange
Sanocensi Iacobo de Syekluka Woynicensi Iohanne Iordan de Zakliczyn
Bieczensi et Mathia de Costhyn Srzemensi castellanis Stanislao de Chodecz
Marsalco Iohanne de Lassko Cancellario et Iacobo de Schydlowyecz Thezau-
rario Regni nostri Iohanne Lazoczky Curie nostre Marsalco Iohanne La-
thalsky preposito Gnesnensi Alberto Borsky et Scolastico Wladislauiensi Secretariis
nostris Nicolao Firley de Dambrowicza Vexillifero Cracouiensi et Capitaneo
Lubliniensi Stanislao Schaffranyecz de Pyeskowaskala Curie nostre Volczek
de Lubiczn Leopoliensi et Stanislao de Cazanow Lubliniensi Succamerariis
aliisque quampluribus Consiliariis et Curiensibus nostris circa premissa
existentibus fidedignis Sincere et fidelibus dilectis Datum per manus eiusdem
venerabilis Iohannis de Lassko electi Gnesnensis et Regni nostri Cancellarii nobis sincere
dilecti

Libertas Leopolis

Alexander dei gratia Rex Polonie
Universis et singulis pallatinis Castellanis Capitaneis tenutarijs Burgra-
bijs teloneariis thelonaetoribus Civitatum et opidorum Consulibus Ceterisque
subditis nostris cuiuscumque status et condicionis existentibus ubique in regno
nostro constitutis presentibus requirendis fidelibus nostris dilectis Gratiam
Regiam Magnifici Generosi Nobiles et Circumspecti Sincere et fideles nostri
dilecti Quoniam in Conventione generali anno proxime preterito in Radom
celebrata Universos et singulos Cives et incolas Civitatis nostre Leopoliensis pro
pter ipsius Civitatis in confinijs hostilibus consistentis fortificacionem quam pro
salute conservacione ac reipublice regni nostri faciunt et prosequuntur a solucione
theloneorum naulorum aggeralium et pontalium nostrorum regalium quae
a rebus et mercibus ipsorum nobis successoribusque nostris erant impendenda
ad intercessionem prelatorum et Baronum Regni nostri consiliariorum nobiscum
tur ~~hinc~~ existencium perpetuo libertavimus et exemimus prout id per litteras
nostras prefate Civitati datas universitati vestre innotuit. Verum cum
incole Leopolienses cum rusticanis et aliorum etiam personis illuc commorantibus
equaliter Civilia ferunt onera Sumptus ac pares ad reformacionem Civitatis
tribuunt et impendunt merito eadem libertate cum conincolis suis sunt po-
tituri Utque et libertas per nos concessa ad exemcionem quo ad incolas
ipsos ponatur effectualem Vobis mandamus quatinus a modo et deinceps
futuris temporibus perpetuis Judeos Leopolienses prefatos in predicta
libertate a solvendis theloneis aggeralibus Naulijs et pontalibus per
nos concessa plene conservetis thelonea ac naulia Aggeralia et po-
talia a Curribus bobus Mercibus et rebus eorum quibuscumque nomi-
nibus generis speciei vel materiei existentibus non recipiatis neque exigatis
Sic ut ipsorum Civibus et alys Civitatis incolentibus fieri consuevit ~~quin absque omni impedimento et arresto libere et pacifice per et infra Regnum~~
~~nostrum ire stare et redire cum eorum mercibus et rebus suis possint et~~
~~valeant prout eis videbitur utilius expedire~~ Harum quibus sigillum nostrum est
Datum in Conventione generali Lublinensi die dominico in Crastino Sancti Valentini
Anno domini 1506

Nobilitas Venerabili Michaeli Starud de Leopoli

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Constat divina Imperiali
et Regie viros preciarum tam tunc Regis ve militaribus illustratos exornari
in sublimes atque nobiles supremis actis familias suas et per privilegia solita
condidit Regia et spontanea quos virtus extollit eosdem Nobilitas atque
honor ac virtutes mutatum consilium prebeat in futurum Proinde Nos
Alexander dei gratia Rex Polonie etc Significamus tenore etc. quod cum in nostra
Maiestatis conspectu consistentes Magnificus Jacobus de Szydlowiecz

Regni nostri thezaurarius Sandomiriensis et Leopoliensis capitaneus pro
et germanorum suorum absentium nominibus perpendens eximias pre-
claras quoque virtutes Venerabilis Michael Hanel de Leopoli
artium et medicine doctoris ac phisici serenissimi principis domini
wladislai dei gratia hungarie et bohemie etc regis germani nostri cha-
rissimi archipresbiteri quoque ecclesie maioris Sancte Marie Budensis
qui eam virtutum et in primis liberalium et medicine scientiarum
racione nobis quoque singulariter et cunctis eius notitiam habentibus
commendatus existat eum ipse Jacobus pro et familie odrowasz
fratrum nomine in fratrem et totius eiusdem familie fratrem adoptavit
nobis supplicavit ut supplicationem eius approbantes eundem Micha-
elem Nobilem dicte familie fratrem crearemus Quapropter Nos
scientes adoptiones huiusmodi ex vetustioribus moribus saltem quoque legibus
constitutas Regie quoque auctoritati a quo omnis procedit Nobilitas pecu-
liare ac proprium esse eos qui vel rebus strenue gestis vel scientiarum
catholicarum ac virtutum ornamento pollent honore debito et prestan-
tium ad Nobilitatis ordinem attollere de certa scientia et auctoritate
regia nostra prefatum Magistrum Michaelem de familia eiusdem Jacobi
benemeritum nobis quoque pro ipsius virtutibus et scientijs et arte
medicine prestantia ingenue commendatum in Nobilem creamus ac
eum familie predicte odrowansz federe fraternitatis perpetuo asso-
ciamus ipsumque Michaelem omnibus in orbe terrarum Nobilibus
status utriusque spiritualibus et secularibus de Nobili stirpe
claro quoque genere ab eorum avis atavis et athavis per lineam dere-
ctam descendentibus et procreatis parentibus et sectoribus assimilantes
parificantes volentes ac decernentes ut eius condicio status et perso-
ne eque similis quoque nunc omnis eadem quoque competentie in titulo vere
Nobilitatis Propterea quoque sibi arma familie eiusdem odrowasz in
clipeo seu campo blaveo prout in pictura hac videbitur damus
decernentes quod ipse Magister Michael isto hoc insigni odrowasz tanquam
proprio et naturali in sigillis annulis cortinis
velis tentorijs scutis papilionibus tabulis vexil-
lis picturis et reliquis ornamentis rebus quoque sol-
lemniter uti gaudere et potiri valeat quoque arma pin-
gere et deferre debeat perpetuo Eum quoque propterea
velut adoptivum assumptum quoque odrowansz fratrem
et Nobilem per nos creatum habilitantes et dignum facientes ad omnes
dignitates honores et officia spiritualia et secularia prout ha-
bilitamus et dignum facimus deponentes ab eo omnem plebei generis
defectum naturam et alia eiusdem quomodolibet obstacula que iure ac
Nobilium ac puri privilegio obstaria forsan esset Que omnia presentis
quoque privilegium nostrum decernimus perpetuo valiturum tenore presen-
tium In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum Actum in Civitate
nova Lubliniensi generali Sabbato in festo Sancti Valentini Anno
domini 1506 Regni vero nostri quinto presentibus etc Rdo in xpo pre
Magnifico Venerabili et Generosis domino Mathia Epo premisliensi
Regni nostri Vicecancellario Jaroslao de Lasko Lanciciensi Prandota
de Trzyana Kanensi(?) pallatinis Jacobo de Szydlow Wisniciensi An-
drea de Radzeyow Sochaczoviensi castellanis et Joanne de Lasko
Ecclesie Gneznensis et Regni polonie cancellario testibus fidelibus ad premissa
Sincere et fidelibus nostris dilectis Datum per manus eiusdem Vene-
rabilis Joannis de Lasko Ecclesie Gneznensis et Regni polonie cancel-
larii nobis dilecti

Metica Misski prope Olschowiecz in districtu Luceoriensi

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Sublimis Regum et prin-
cipum principaliumque auctoritas Uniuersa decreta aut ea denuo celebrando
aut vetera innouando perhennitati commendat tenoribus literarum conscribere.
Proinde Nos Alexander dei gratia Rex polonie etc Significamus tenore presen-
cium Nobiles paulus Schadow Schichowicz Mathias Janowicz
alias Trabuchowicz et Joannes Martini Szwizgon de olschowiecza
terrigene nostri fideles dilecti deposuerunt coram Nobis quod licet quondam
certa habuerint priuilegia per predecessores nostros Reges polonie super
meticam eorum hereditariam dictam Missky iacentem inter limites
villarum Moszyska et olschowiecza terre predicte, tn quia illa igne
infelici casu conflagrata essent, quorum tamen copiam coram nobis exhi-
bebant Quamobrem nobis supplicarunt vt nouum eis priuilegium super
meticam eandem quoniam essent possessores concedamus Nos ex speciali nostra
et metica eadem eorum Nobilium et hominum partem alteram constat
et si aliqua apud Nobiles priuilegia super eandem meticam habuerint
eius possessores essent, certis nostris commisseramus commissarijs, docu-
mentum et testimonium ab eisdem Nobilibus sic ut iure fit re-
quirendum Qui quidem Commissarij per suas patentes literas nobis
significauerunt eosdem Nobiles per testimonium certorum Nobilium medijs
iuramentis corporalibus testificantium probacione sufficienti ex suis
finibus fuisse coram eis commissarijs sic quia Metica predicta No-
bilium suprascriptorum fuerit perpetuo hereditaria per eosdem et eorum ante-
cessores Iure hereditario possesa et possideri solita et habita aliquo
eius priuilegium illud coram nobis exemplum exhibebant quod et
ceteri testificarunt se aliquando vidisse realiter propter quod Nos Nobilium
eorum peticionibus annuentes hoc nouum priuilegium Nobilibus pre-
dictis super eandem meticam eorum hereditariam duximus dandum
et concedendum, damus et concedimus per presentes decernentes eandem
meticam per dictos Nobiles paulum Schadowicz Mathiam Jano-
wicz alias Trabuchowicz et Joannem Martini Szwigon de olschowie-
cza eorumque successores legittimos cum omnibus Iuribus Redditibus cer-
tis et incertis venacionibus Aucupijs Mellificijs Apibus et Melle ex eis pro-
uenientibus Aquis Riuis fluuijs et aquarum decursibus lacubus
piscinis piscibus Vinarijs et piscinarum demissionibus molendinis
et eorum emolumentis Et generaliter cum omnibus et singulis

utilitatibus usibus et obvencionibus quibuslibet quocunque ad dictam
Mezeriam pertinentibus quibuscunque ipsi Nobiles usque ad presens tempora
usi sunt pariter Ita late longe et circumferencialiter prout quocunque
hereditas Mezeria consistit Cum omni iure, dominio et proprietate
prout in suis metis et graniciis ab adiacentibus hereditatibus
est distincta et limitata salvo iure nostro quolibet et nostro tenore
habendam possidendam et utifruendam vendendam condonandam et com-
mutandam, ac in usus beneplacitos eorum convertendam, prout eis
et eorum successoribus melius et utilius videbitur expedire tenore
presencium mediante in perpetuum In cuius rei testimonium sigillum etc.
Datum in conventione generali Lublinensi feria sexta post festum
Sancti Valentini proxima Anno domini 1506 presentibus ut supra

Lassyn Rogozno etc.
Schimwolt, lamo Bluminowo, Jankowicze, Widzino

Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc. Venerabili Honorato
Joanni Conopaczki canonico Culmensi notario nostro fideli dilecto pro
parte ~~...~~ Nobilis Georgii Zak terrigene nostri Prussie sum-
Ap resp mopere nobis supplicante quod inscripciones nostras in quibus nos que-
dam causa quod racione quorundam fuerint transferendum et innovandum
dignaremur quarum sequitur tenor Kazimirus dei gracia Rex Polonie Signi-
ficamus tenore presencium etc. Quod postquam Nobili Joanni Zak de
Lhotha servitori nostro fideli dilecto opidum ~~Lasthyn~~ in terra Po- Lassyn
mezanie situatum, de manibus Nobilis et Strenui Gotarczi de Kad-
lyn Capitanei in Rogozno exemimus et redimi consensimus sibi quod super
opido ~~Lasthyn~~ Lassyn sexingentos florenos hungaricales grossos donatos
ac ducentos florenos hungaricales puri auri veri et iusti ponderis
in quibus eciam eodem servitori eidem Nasmin obligati inscrip-
sissemus et demonstravissemus Tandem nobis hic deo volente exi-
stentibus coram nobis ex utraque parte constituti tam Gotardus quam
Joannes Zak predicti de nostra voluntate et consensu speciali in huius de-
venerunt finem quod remansit Gotardus cum opido Lassyn pro
castro Rogozno quatuor vero villas videlicet Schinwold sub
Bluminowo Jankowicze et Widzino tenute sive ad castrum Rogozno
spectantes cum omnibus suis pertinenciis attinenciis appendiciis et adherenciis
universis prout in suis metis limitibus et graniciis sunt circum-
ferencialiter distincte prefato Joanni Zak cessit et condescendit in
tenutam Nos autem huiusmodi eorum voluntatibus annuentes pre-
dictum Joannem Zak de huiusmodi octingentis florenis hun-
garicalibus quos sibi super opido Lassyn inscripseramus volentes eciam
ad cautionem sibi eosdem octingentos florenos hungaricales in et
super villas iam prescriptas Schinwold Bluminowo Jankowicze et Widzino

rum eorum patencium transposuimus et transtulimus transferimusque et trans
ponimus per presentes. Et nichilominus volentes prefatum Johannem Zak
favoribus prosequi graciosis eundemque ad servicia nostra alacriorem ac prompto
fiant promptiorem sibi et successoribus suis legittimis pro suis me-
ritoribus et maiori merito quingentos florenos hungaricales puri auri
veri et iusti ponderis in et super easdem villas Schrindold ac ... kln
nynodo Zankbirze et Wulzno asscripsimus dedimus donavimus damus
que donamus ascribimus et largimur tenore presencium mediante per ipsum
Johannem Zak et suos legittimos successores in omnibus et singulis ip-
sarum villarum utilitatibus fructibus redditibus proventibus censi-
bus agris pratis campis arvis silvis gajis borris nemoribus
mellificiis et mellificaturis aquis rivis rivulis torrentibus fluvijs
fluminibus piscinis piscaturis lacubus magnis et parvis stagnis
stenis paludibus sarepis venacionibus aucupacionibus gurgiti-
bus ceterisque obvencionibus generaliter universis nullis penitus exclu-
sis molendinisque et eorum emolumentis ventilibus et aquaticis iam
constructis et construendis alijsque appendencijs pertinencijs et usibus
generaliter universis hactenus in dictis villis existentibus et in posterum arte
ingenio et humano studio humanis exquirendis prout dicte ville in
suis ambitibus circumferencialiter sunt distincte et limitate in dictis
quingentis florenis hungaricalibus et quingentis quinquaginta florenis
nunc per nos sibi ascriptis tenendum habendum gubernandum pacifice
et quiete possidendum tamdiu quousque sibi aut suis legittimis successo-
ribus dicte ville tricentos [illegible] florenorum per nos aut nostros
successores plenarie fuerint persoluti quibus solutis dictarum villarum
possessio ad nos et successores nostros redibit pleno iuribus nostris regali-
bus semper salvis harum quibus sigillum nostrum ... Actum et Datum
Cracovie feria quarta infra octavas penthecosten Anno domini 1 c 6 a
Relacio venerabilis Alberti de Zechlijn Regni polonie Vicecancellarij Itaque
supplicacionem Johannis Notarij nostri petencium iamdictas suprascriptas in-
scripciones huiusmodi in presentes nostras transcribimus easque innovamus et confirmamus
decernentes eas obtinere vim et robur debite inviolabilitate que firmitatis
et insuper ad vota consiliariorum nostrorum hic ad ... Johanne nobis
supplicante bona predicta nostra Jure ipso Georgius sive affinis ...
eidem Georgio sibi ... tantisper donec ad ...
... in humanis ... volentes quod per neminem ...
... possit ... tempore nisi nos pro mensa sua nostra
redimere possit ... bona essemus redempturi quod preco
pro usu quo proprio nostro illa bona ... tenere tenore presencium
... per successores nostros tenere tenore presencium
mediante harum quibus sigillum nostrum ... Lubli-
nii feria tercia post festum sancti Valentini Anno domini 1706

Obligatio et Inscriptio molendini Crac. Betman et Bonar.

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quod
dum anno superiori Millesimo 1 5 0 2 feria sexta ante festum Sanc-
torum ~~Simonis et Iude apostolorum~~, Philippi et Iacobi apostolorum
famosi Severinus Bethman et Ioannes Bonar consules Craco-
vienses ad vota petitionis que nostre Mille florenos hungaricales in
auro et pondere bono, per nos apud Generosum Hieronimum Cra-
niczki antea mutuatos pro nobis fideiubentes nobis que non sol-
ventibus ipsi fideiussores pro nobis persolverant. postea vero Millesimo
Anno 1 5 0 5 feria quarta post festum Sancte Agnetis, dic-
ti ipsi consules scilicet Severinus Bethman et Ioannes Bonar
aliud Mille florenorum hungaricalium in auro et pondere bono
pro nostris et reipublice necessitatibus nobis in mutuum dedissent
sicut nos medio mutui eorundem consulum promittendo utraque illa
duo Millia florenorum hungaricalium utrisque predictis consulibus
per tenores duplicium litterarum nostrarum, quarum una summam
Mille altera aliud Mille continebat inscripsimus in et super re-
liqua una parte seu una mensura de duabus partibus seu
mensuris emolimentorum et proventuum omnium ad nos in Molendino
communi extra muros Civitatis pertinentium, aliis quandam unam
partem seu mensuram unam emolimentorum et proventuum de duabus
partibus seu mensuris nostris molendini eiusdem, quarum partium
seu mensurarum unam partem seu mensuram unam famosus Pe-
trus Morsztyn consul Craco habuit habet que a nobis inscriptam
Tum quia alter eorundem consulum videlicet Ioannes Bonar Severino
Bethman pro parte florenorum ad eum spectantium in inscriptionibus pre-
dictis pertinentium satisfecit eumque de omnia tenuta illius partis
seu mensure emolimentorum per nos ipsis utrisque inscriptorum redemit
consensu accedente nostro quem damus presentibus atque petente eodem Ioanne
Bonar tum propter eius in nos singularem virtutem bene nostre et serenissima-
rum voluntate nostra per eum non nobis solum verum etiam Serenissi-
mis consiliariis Cracoviensibus que nostre exhibita solita favores et grati
debemus nostram regalem utrasque illas duas inscriptiones dictum per
unum Mille flor. continentes in unas presentes inscriptiones literas et in so-
lius eiusdem Ioannis Bonar personam successorum que suorum per nos sub-
scribendas et transcribendam duximus transferimus que et transcribimus il-
las duas inscriptiones cassando et annullando prout cassamus et annul-
lamus per presentes Ideoque presentium tenore literarum predicto Ioanni Bo-
nar et eius legittimis successoribus predicta duo Millia floreno-
rum hungaricalium in auro et pondere bono exinde suprascripta,

in et super reliqua suprascripta vna parte seu vna mensura de duabus
partibus emolumentorum et prouentuum omnium ad nos ut premittitur in
molendino Cameneri extra muros Ciuitatis nostre pertinentium alias ipsam
vnam partem seu mensuram vnam emolumentorum et prouentuum
de duabus partibus seu mensuris nostris molendini eiusdem quarum partium
seu mensurarum prout nuper vnam partem seu mensuram vnam
famoso Petro Morstyn predicto Consuli nostre inscripsimus sic presentibus
eam nostram reliquam ipsam vnam partem seu mensuram emolumentorum seu
prouentuum omnium de duabus partibus ad nos in eodem molendino Cameri-
ensi pertinentium predicto Joanni Bonar successoribusque suis inclusa etiam men-
sura quarterna in predicta summa duorum Millium florenorum hungari-
calium inscribendum et resignandum duximus inscribimusque et resignamus
presentibus sub condicione reempcionis per ipsum Joannem Bonar successo-
resque suos dictam vnam partem seu mensuram in Molendino predicto
cum eo iure emolumentis prouentibus, et in parte emolumentorum quarte-
norum prout nos antecessoresque nostri eam tenuimus hucusque possidere et percipere
consueuerunt tenendum habendum possidendum percipiendum et in
suos successorumque suorum vsus beneplacitos conuertendum pacifice
tamdiu quousque prefata duorum Millium florenorum summa eidem Joan-
ni Bonar successoribusque suis per nos successoresque nostros non esset
soluta qua existente soluta possessio predicte vnius mensure seu partis
vnius predicte emolumentorum predictorum in molendino suprascripto ad
nos successoresque reuertetur pleno iure. Verum quia procuratores Cra-
couienses generales partes seu mensuras molendini predicti sed et aliorum
molendinorum nostrorum sub istius attentas procurare percipere que
regio nomine et dicte procuracionis nostre ex officio consueuerunt Ideoque
prouidere cupientes ut ipse Joannes Bonar ordine debito ad possessionem
et percepcionem reliquae vnius partis seu mensure molendini predicti se
intromittat decreuimus committendum et mandandum Committimusque et
Mandamus presentibus Magnificis et Generosis modernis et pro tempore
et in futurum existentibus Capitaneis et procuratoribus generalibus
Cracouiensibus Nicolao de Camyenyecz pallatino Sandomiriensi et Capita-
neo ac Joanni Jordan de Zaklyczyn Castellano Bieczensi Zuppario
et procuratori nostris generalibus quatenus tu Joannes moderne et alij
pro tempore et in futurum existentes procuratores prefatum Joannem
Bonar ad possessionem percepcionemque dicte reliquae vnius partis seu
vnius mensure molendini suprascripti cum emolumentis et prouenti-
bus integris ad illam atque illud ex antiquo et consuetudine pertinenti-
bus quam quidem vnam partem seu mensuram vnam intelligi volumus intelligique
volumus de illis duabus partibus seu duabus mensuris in eodem
molendino ad nos pertinentibus reliqua super vna parte seu vna
mensura esse que post inscripcionem predicto petro Morstyn in Mo-
lendino illo per nos factam reliqua seu vltima ad nos pertinebat
et pertinet vestro nomine et premissa vigore quemadmodum simul cum
predicto Sewerino Bethman intromissus erat et nunc eam partem
emolumentorum possidet sed in omnem euentum etiam eciamque eundem
solum Joannem Bonar ad ad eam solum successoresque suos presentibus
scripsimus intromittatis intromissosque ad percepcionem admittatis et in
eadem percepcione non impediatis Vos vero predicte Nicolae moderne
et pro tempore existentes Cracouienses Capitanei dum presentibus requisiti eritis
Joannem Bonar predictum et successores eius in possessione et per-
cepcione reliquae vnius partis seu mensure vnius predicte

molendini suprascripti per nos ipsi Joanni Konar successoribusque eius presentibus
inscripte presenti vigore literarum tuebimur et defendemus usque ad exemp-
cionem suprascriptam quam inscripcionem in presentibus contentam in omnibus
punctis et condicionibus tenere promittimus Nos quoque et successores
nostros ad tenendum obligamus Et insuper propter fidelia servicia eiusdem
Joannis Konar servitoris consensimus et consentimus eisdem presentibus supradictam
unam partem emolumentorum molendini suprascripti presenti vigore sibi
per nos inscriptam personae cuicunque voluerit nobis tamen subdite fideli
et regno nostro utili vendendi inscribendi et obligandi summam in argenti
ultra summas per presentes eidem Joanni Konar inscriptas consentientes quatenus
unam partem emolumentorum molendini suprascripti per eam et succes-
sores eius in ipso Konar eam inscribet presenti vigore tenebit et pos-
sidebit pacifice usque ad exempcionem per nos faciendam Qua facta
devolvetur ad nos successoresque nostros tercia una pars emolumento-
rum molendini suprascripti Juribus nostris semper salvis In quorum
omnium robur suprascriptorum robur ac testimonium sigillum nostrum est
Datum in conventione generali Lublinensi Sabbato ipso die sancti
Valentini Anno domini 1506

Leynowicz Sczedrowo

Anno et loco quibus supra Datus est consensus exemendi villas nostras
videlicet Leynowicz et Sczedrowo in districtu derschowiensi sitas Nobili
Othoni Machwicz terrigene nostro de manibus Nobilium Joannis
Cznarowski et Joannis Kuchowski earum modernorum tenutariorum
in conventione generali Lublinensi In forma communi Feria tercia
post festum sancti Valentini

Schroppe

Datus est consensus Nobili Joanni Kuth advocato Maydeburgensi
exemendi villam nostram Schroppe in insula minori sitam de ma-
nibus famosi Henrici Rober civis Elbingensis eius moderni tenutarii
In conventione Lublinensi generali Anno quo supra Feria sexta proxima
ante festum sancti Petri ad Cathedram

Curia Nezalaw

Datus est consensus Generoso Georgio de Baysen Succamerario
Maydeburgensi exemendi Curiam Nezalaw cum villis ad eam spe-
ctantibus ex antiquo et pertinentibus de manibus Nobilis Michaelis
Zelislawski Generosi et earum curie ac villarum Nezalaw tenutarii
moderni In Lublin in conventione generali feria sexta post Valen-
tini Anno quo supra

Domus in Obrarib

V

Alexander dei gra

Significamus etc Quia licet superiori tempore Generoso Petro Schorcz de Obrarib medietatem domus nostre ad nos post mortem providi olim Thome opidani Nadaburgen ibidem site iure mediante devoluta dederimus, tamen quia supellectilis domus et res alie domestice illius olim Thome quas ipsi Petro non dedimus ad nos eciam pertinent. Itaque de certa sciencia et speciali gracia nostra eandem supellectilem domus per nos Petro Schorcz date cum omnibus rebus domesticis quecumque ad nos in illa domo devolute sunt Honorabili Joanni Konopaczki plebano Maydeburgensi dandam duximus damus et presentibus dantes et concedentes omnimodam facultatem Joanni predicto illam supellectilem et res quascumque alias et bona mobilia et immobilia ad nos pertinentes recipiendi et ad usus proprios prout sibi melius et utilius videbitur applicandi et convertendi presencium mediante testimonio etc

Datum in Conventione generali Lublinensi feria sexta proxima post festum Sancti Valentini Anno domini 1506

RP

Custodia piscium Crac

In nomine domini Amen ad perpetuam rei memoriam Maiestas principum quicquid pro sincera voluntate fidelium aut sermo dederit aut concessit corroborat perpetuo duratura id litterarum apicibus et munimine sigillorum ut duraturum perhenne quod esset roborare consueverunt. Proinde Nos Alexander etc Significamus etc Quia Nobiles famosi Proconsul et Consules Civitatis nostre Crac censum annuum perpetuum quinque marcarum in custodia nostra piscium Cracoviensi habuerunt in cuius quidem pacifica possessione absque ullo impedimento esse consueverunt. Et in eventum rei memoriam privilegium quoque ipsis super censu predicto dandum et innovandum privilegium eorum super censu predicto dandum et in ...

es censu ipsos ac Civitatem predictam Cracoviensem confirmavimus damus et confirmamus presentibus decernentes per ipsos Proconsules et consules ac Civitatem Crac censum predictum quinque marcarum perpetuum tenendum habendum possidendum percipiendum dandum donandum commutandum assignandum vendendum et in usus ac utilitates Civitatis convertendum. Quod presentium vigore in perpetuum ... Cuius rei testimonium etc Actum in Conventione generali Lublinensi feria quinta ante festum Sancti Petri in Cathedra Anno domini 1506 presentibus ut supra

RPG

Nyczecza fluvius Crac Civibus

~~Alexander etc.~~

vi. (margin)

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Maiestas principum christianorum pro futura felicitate ac commoditate subditorum vinculo etiam debet perpetuo donatione et largitionem operibus et illorum subditorum meliorationibus pertinentia consistunt. Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia attendentes diligentiam solita que studia famosorum Proconsulis et Consulum Civitatis nostre Cracoviensis quae circa munitionem et reformationem Civitatis eiusdem nostre fere nosuntur presertim vero quia aquas fluvii Nyczecza ad defensionem et necessitatem commodum Civitatis illius adducere intendunt quotquidem ut sciremus ad effectum deducerent et in proposito munitionem eiusdem Civitatis ferventes et constantissimi efficiantur. Harumque nos eius operi subventionis et liberalitatis nostre Regie tribuendo considerantes ipsis Proconsuli Consulibus toti que communitati Civitatis Crac de certa scientia et gratia nostra et consilio eorumdem nostrorum consensu fluvium predictum Nyczecza cum aquis gurgitibus ipso defluentibus cum piscinis ipso existentibus in antiquo Cracoviensi versus Scale per villam eandem atque Clomije fluentem ad custodiam nostram piscinam hactenus pertinentem ab ipsa custodia illius alienantes dandum et donandum duximus damus que et donamus presentibus in perpetuum decernendo per ipsos Proconsulem et Consules Civitatis Cracoviensis fluvium fluvium illum Nyczecza cum omnibus eius gurgitibus decursibus atque aquis ipso fluentibus ac cum piscinis piscaturis [superscript: ipsis] que piscinis et piscinulis in eodem fluvio consistentibus et construendis tenendum habendum et possidendum in usus que ac utilitates Civitatis illius Cracoviensis prout ipsis melius et utilius videbitur expedire convertendi tenore presentium mediante in perpetuum. In cuius rei testimonium sigillum etc. Actum in conventione generali Lublinensi feria quinta proxima ante festum Sancti Petri in cathedra Anno domini 1506 Regni vero anno quinto Presentibus ut supra.

Cum omni iure dominio et proprietate (margin)

tamen absque preiudicio ...initatis (margin)

Capitaneo Radomiensi

vi. (margin)

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quod similiter superiori tempore Generoso Petro Schatzkamyecz de Pyeskowa Scala Castellano Vislicensi de speciali favore nostro pro que eius meritis in nos et rempublicam Regni nostri non minus fideliter

quod constanter exhibitis Capitaneatum Radomiensem Regendum gube-
rnandum et providendum dedimus et contulimus sic impignorando eun-
dem, de certis debitis nobis pro nostra et Reipublice ardua necessitate
per ipsum mutuatis Duo Millia et ~~trecentos~~ quadringentos viginti florenos hungaricales
per mediam sexagenam computatos in toto collecto facientibus per nos
sibi solvendis talem ordinationem et compositionem fecimus quod sibi
et suis successoribus Ducentas Marcas polonicales quamlibet in Mar-
cam quadraginta octo grossos computando de proventibus et censi-
bus eiusdem Capitaneatus Radomiensis omni anno usque ad exstinctionem
dicte summe Duorum Millium et ~~trecentorum~~ florenorum hungaricalium per-
cipiendas nunc prout ex tunc demonstravimus et consignavimus demonstra-
musque et consignamus per presentes Consilio consiliariorum nostrorum super
hoc accedente de reliquis vero redditibus censibus et proventibus
dicti Capitaneatus dictas Ducentas marcas superexcrescentibus
prefatus Petrus Castellanus et Capitaneus suique successores tene-
bitur nobis et successoribus nostris sufficientem facere rationem ex-
clusis tamen a ratione proventibus ad officium Capitaneatus
sui per nos ei specialiter designatis. Et ut ipse Petrus de hac so-
lutione sibi designata certius per nos reddatur promittimus ~~et spo~~
et spondemus quod ipsum successoresque suos in dicto Capitaneatu
tenutaque eius ~~conservabimus~~ conservabimus et ab ea non amovebimus
donec suprascriptam summam ordine prescripto integre plene que
exstinxerit. Et si interim permittente deo, mori contingeret summa
integre non exstincta extunc nos obligamus et successores nostros
obligatos facimus quod alium Capitaneatum nemini conferemus
aut conferent sed in provisione gubernationeque eius aliquem
ex consanguineis propinquis ipsius ad id idoneum conservabimus
et conservabunt quousque ratione sufficienti de summa non exstincta
facta Residuum quod remanserit effectualiter per nos aut successo-
res nostros sibi successoribusque suis fuerit persoluta quo facto
perceptio dictarum Ducentarum Marcarum ad nos successores
nostros devolvetur pleno iure Iuribus nostris semper salvis harum
quibus etc Datum in Conventione generali Lublinensi feria sexta pro-
xima post festum Sancti Valentini Anno domini 1506

(margin: quadringentorum viginti)

Quiet°

Vp

Alexander dei gratia Rex Polonie etc Significamus etc quod nos intromittendo
thelonium Radomiense nobili Generoso Nicolao Jordan de Zaklyczyn
arendavimus per decursum trium annorum integrorum se se immediate sequentium
videlicet incipiendo ab anno domini Millesimo quingentesimo octavo
usque ad annum Millesimum quingentesimum undecimum Anno ipso
decimo incluso Sic quod ipse Nicolaus Jordan anno quolibet non plus

quam ducentos florenos nobis dare tenebatur et debebat Nam soluto
per eum ducentorum florenorum anno quolibet susscepto pro nobis reser-
vato ipse Nicolaus Jordan per nos successores que nostros impediri
inquietari non debeat Quia tandem Nicolaus Jordan ad manda-
tum nostrum sese nobis benivolum exhibuit et ostendit seque pro
nostra et reipublice necessitatibus nos adiuvantibus exactas solutionis
nongentos florenos ungaricales in moneta per mediam sexagenam
nobis dedit solvit cum effectu quos per spacium trium annorum sus-
scriptorum persolvere debuit Ideo ut ipse Nicolaus Jordan pro sua
liberalitate et benivolencia occasione accomodo susscepte ad predictorum no-
ningentorum florenorum aliquod impedimentum aut damnum dampnum
haberet Nos de certa sciencia nostra et consiliariorum nostrorum consensu
Nicolaum ipsum Jordan successores que suos de eisdem Nongentis
florenis sunt premittitur per nos receptis et per ipsum nobis integre
solutis presentibus literis nostris quittamus perpetuo tenore presencium mediante
In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum testimonio literarum
Datum in Conventione generali Lublinensi feria tercia post festum Sancti
Valentini Anno domini 1506

Libertas a Theloneis Mislimicze

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Actiones
quantumque humane nisi industria et munimento literarum essent
firmate oblivionis consumerentur errore Proinde Nos Alexander
dei gratia Rex Polonie etc Significamus etc Quod dum Magnificus
Spithko de Jaroslaw Castellanus Cracoviensis suum nobis delectus
cum Generoso Nicolao de Zakliczyn Advocato Mislimicensi he-
reditario et theloneatori nostro fideli delecto nomine promdorum
Proconsulum Consulum et totius communitatis incolarum oppidi
Mislimicze peticiones porrexissent nobis quatenus iuxta literas
theloneis serenissimi olim Joannisalberti Regis predecessoris que
nostri quibus consistit eosdem oppidanos theloneorum theloneorum
solucionibus liberatos esse universos dicti oppidi incolas ab universis
theloneorum solucionibus eximeremus Nos prefatorum Spithko-
nis Castellani et Nicolai Jordan annuentes peticionibus ratam que
et gratam habentes libertacionem ab eisdem theloneis per ipsam
olim Maiestatem fraternam Regiam incolis predicti oppidi con-
cessam eisdem que fraterne olim Maiestatis literas in ea re illi
oppido date inherendo quarum effectum in presentibus differimus

illas vero cassamus prefatum vero exprimentes. Oppidanos et incolas oppidi il
lius gratia singulari prosequi de certa scientia nostra et consiliariorum nostrorum con
sensu universos et singulos oppidi Mislimicze incolas presentes et futuros ab omni
et singulorum theloneorum nostrorum solutionibus de rebus omnibus vena
libus et quibuscumque mercanciis et negotiationibus eorum propriis per et infra
Regnum et dominia Regni nostri in toto absolvimus et liberamus te
nore presentium mediante absolvimus et liberamus. Mandantes universis et
singulis pallatinis castellanis tenutariis dignitariis officialibus capitaneis
burgrabiis theloneatoribus ac eorum vicesgerentibus consulibus et com
munibus civitatum et oppidorum ac aliis subditis nostris per et infra Regnum
et dominia nostra ubilibet constitutis presentibus requirendis Et signanter
tibi ipsi Nicolao Jordan theloneatori Crac moderno et aliis pro tempore
existentibus Mandantes quatenus prefatos universos oppidi Mislimicze
incolas in hac libertate et gratia Regiis nostris conservando eaque tenendum
inviolabiliter de illis bonis ac mercibus ipsorum venalibus cuiuscumque
generis speciei et materiei existentibus ipsorum tamen propriis quocumque
ipsi incole aut factores eorum cum eisdem rebus et mercibus mercando
per dominia nostra iverint proficiscentur quod nulla thelonea tam per aquam
quam per terram exigere recipere et tollere presumatis, sed eosdem et eorum
quemlibet absque theloneorum solutionibus negotiari libere et secure permittatis
et permitti faciatis Volumus insuper et prefatus Nicolaus Jordan
Advocatus et sui successores advocati in Mislimicze ea gratia et liber
tate thelonei gaudeant in eadem Quinquidem gratiam et libertatem nostram
decernimus robur obtinere perpetue firmitatis tenore presentium mediante
In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum Actum in conventione generali
Lublinensi feria tertia post festum Sancti Valentini Anno domini 1506
Regni vero nostri quinto Presentibus Reverendissimis et venerabilibus in Christo patribus
dominis Andrea Gneznensi et primate Bernardino Leopoliensi Archiepiscopis
Joanne Cracoviensi Vincentio Wladislaviensi Joanne Posnaniensi Erasmo
Plocensi Mathia Przemisliensi et Regni nostri Vicecancellario Episcopis Et Nicolao
electo Chelmensi Ecclesiarum necnon Magnificis Venerabilibus et Generosis
Spithkone de Jaroslaw castellano Crac Andrea de Schamotuli Posn
Joanne Feliri de Tarnow Crac Nicolao de Camyenyecz Sandomiriensi Ni
colao Carzkyna de Ludbrancz Calissiensi Jaroslao de Lasko Lanciciensi
Joanne de Tarnow Russie Prandotha de Trzyna Ravensi Stanislao
Kmytha de Visnycza Belzensi et Paulo Cola de Dalewyczo Podolie
pallatinis Petro Schaffranyecz de Pieskowaskala Wisliciensi Otha
de Chodecz Leopoliensi Mathia Bal de Nowotanecz Sanocensi Jaco
bo de Szczekocina Voynicensi et Joanne Jordan de Zaklyczyn Bieczensi
castellanis Stanislao de Chodecz Marsalko Joanne de Lasko Cancellario
Jacobo de Szydlowyecz Thezaurario Regni nostri Stanislao Jarocki Curie
nostre Marsalko Alberto Scolastico Gorsky Scolastico Wladislaviensi Joanne
Lathalsky preposito Gneznensi Secretariis Nicolao Firley de Dambrowicza
Vexilifero Crac et Capitaneo Lublinensi Drslao Wilczek de Lubien
Leopoliensi Joanne Kmyk(?) de Vrzeczye Lanciciensi Stanislao Schaffra
nyecz de Pieskowaskala Curie nostre Succamerariis testibus fidedignis
ad premissa Sincere devotis et fidelibus nostris dilectis Datum per manus
eiusdem venerabilis Joannis de Lasko Ecclesie Gneznensis et Regni Polonie
cancellarii Sincere nobis dilecti

Lubowla Podoliniecz

v G

Alexander dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lithuanie etc. Significamus etc.
Quomodo de certa sciencia nostra ac de consensu unanimi Consiliariorum nostrorum
Spiritualium et secularium Baronum pro tunc nobiscum Regni nostri Polonie
in hac Conuencione generali Lublinensi congregatorum terram Scepusiensem et Castra
nostra Lubowla et Podoliniecz vna cum Ciuitatibus Oppidis ac villis
ad ea spectantibus Spectabili Generoso Joanni Jordan de Zakliczyn Castel-
lano Biecensi promotori pro generali et Zuppario Cracoviensi in duodecim
Millibus florenorum hungaricalium auri puri veri et iusti ponderis cum
omnibus et singulis vtilitatibus fructibus redditibus prouentibus pro-
vinciarum et quibuscunque aliis pertinenciis prediis allodiis censibus theloneis
siluis gaiis nemoribus mericis borris agris pratis campis aquis pascuis pis-
cinis piscaturis fluuiis fluminibus Riuis torrentibus venacionibus aucupaci-
onibus ac molendinis constructis et construendis eorum pro emolumento
daciis mineralibus grani mellificiis et generaliter cum omnibus et singulis ob-
uencionibus vsibus condependenciis coherenciis pro vniuersis quibuscunque
nominibus et vocabulis exprimi et nuncupari queunt vel sunt et in fu-
turum humana industria excogitari possunt demonstrauimus assigna-
uimus inscripsimus et obligauimus demonstramusque assignamus inscri-
bimus et obligamus tenore presencium mediante per ipsum Joannem Jordan Suc-
cessoresque suos dictam terram Scepusiensem cum castris Ciuitatibus op-
pidis villis et thelonio spectantibus ad terram et castra ipsa spectantibus
cum iure dominio et proprietate in prefata summa duodecim Millium
florenorum hungaricalium tenendum habendum regendum gubernandum
et possidendum pacifice prout sibi successoribusque suis melius et uti-
lius videbitur usque ad exempcionem vel exoneracionem summe predicte
duodecim Millium florenorum sub condicionibus infrascriptis. Quod videlicet
idem Joannes Jordan et Successores sui tenebuntur singulis annis de cen-
sibus eiusdem terre Scepusiensis Mille ducentos florenos hungarica-
les nobis soluere aut ad racionem summe prefate duodecim Millium
florenorum percipere et defalcare usque ad totalem et integram summe pre-
fate exoneracionem Ita tamen quod si quis aliquando libertates Ciuitatibus
Oppidis aut villis terre illius Scepusiensis nos successoresque nostros dare
contingat nos quoad eas ad racionem summe nostre Mille ducentorum flore-
norum predicte ad nos sic ut prefatur annis singulis pertinenciorum com-
putabimus successoresque nostri computabunt Et si aliquas Guerras bella
aut dissensiones per quempiam aduersum nos Regnumque nostrum terramque

depopulata fulciarentur occiderentur aut morerentur quibus ipsa terra respublica
in suis proventibus et introitibus damnificaretur attenuaretur vel annichilaretur
ipse Joannes Jordan et sui successores pro defensione et tutela terre predicte
et castrorum omni opera modo studio et resistentia insistere debebit et tenebitur
durante tali huiusmodi bello guerra et diffensione ipse Joannes Jordan
et sui successores nullas pecunias de illis mille ducentis florenis pro
nobis ac pro reformatione reservatis nobis solvet neque ad reformationem
defalcabit sed solum pro castrorum conservatione tuitione terre defensione
ac resistentia eiusdem mille florenos ducentos florenos computare debebit et
tenebitur cessantibus vero guerris predictis ipse Joannes et successores sui
summam predictam mille ducentorum florenorum debebit et tenebitur
taliter ut premissum est quolibet anno ad summam sibi debitam et inscriptam
defalcare aut nobis persolvere imminentibus vero talibus bellis guerris
et diffensionibus in prefata terra quibus ipse Joannes sui que successo-
res sufficere et resistere non possent Nihilominus ipse Joannes Jordan et
successores sui tenebuntur nobis successoribusque nostris ad minus in uno quar-
tali anni illud intimare et manifestare Et nos pollicemur et promittimus
verbo nostro Regio eundem infra illud quartale anni adiuvare et oppu-
gnatorem terre et castri castrorum que illorum repellere atque rethorquere
Quod si eidem Joanni Jordan successoribusque eius auxilium infra illud
tempus et necessitatis tempore prebere aut hostem repellere ab oppugna-
tione negligeremus et quod absit si castra [illegible]
vel aliquod damnum illis eveniat aut si ipse Joannes Jordan in il-
lius damnum perciperet illud istud non deberemus nos successores que
ipsius nostri referre ad ~~ipsum~~ Joannis et successorum eorum culpam sed ad negli-
gentiam nostram et si quod illis castris propter violentiam ac potentem
desperatam que oppugnationem defendere eum contigerit non prius tamen
quam post unum quartale anni per quod castrum et castra tueri et
defendere debebit istud ei facere licitum erit tandem que non ipsius Jo-
annis Jordan et successorum eius sed nostrum successorumque nostrorum
damnum esset fieri que deberet pro quo sibi imputare non debemus
nec honori suo quovis modo istud nocere poterit Quinimmo sumus ob-
ligati et tenebimur ipsius damnum negligentia nostra factum reformare
ac summas florenorum ipsius suprascriptas sibi et successoribus suis realiter
et cum effectu aut solvere aut eas in aliis bonis nostris regalibus in
tali casu debite reformare ita ut quod nobis successoribusque nostris Joannes
ipse successores que sui dignam et iustam prout decet recompensam
et ad talem decebit formam habere et haberent / que omnia et
singula premissa volumus et decernimus esse firma promittentes ea
per nos successores que nostros teneri iuxta conditiones et articulos
suprascriptos In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testi-
monium Sigillum nostrum est subappensum Actum et datum in conventio-
ne generali Lublinensi feria quinta ante festum Sancti Petri ad Cathe-
dram Anno domini 1506

Arenda thelonei Crac[oviensis] Nicolao Jordan de Zaklicziin ad annum decimum et libertas a terrestri et generali simul expedicione dat[a]

Alexander etc. Significamus etc. Quia attenta fidelitate et industria ac in rebus gerendis fidei integritate Generosi Nicolai Jordan de Zaklicziin zupparii et thelonatoris terrigene nostri fidelis dilecti theloneum nostrum Crac[oviense] cum omnibus juribus proventibus emolumentis et modis, quibus illud alii thelonatores ad manus fideles theloneum commissum habebant, tenere consueverant, eidem ipsi Nicolao duximus arendandum, dandum, committendum et conferendum, damusque committimus conferimus et arendamus tenore presencium mediante ad decem annos sese immediate sequentes, decursum incipiendo ab anno Millesimo quingentesimo octavo usque ad quingentesimum decimum, annis ipsis octavo decimo et decimo inclusive. Ipse quidem Nicolaus de annis preteritis usque ad annum Millesimum quingentesimum octavum nobis satisfactionem impendit, sicut et litteras quittancie nostre satisfactionem continentes impendimus. Quamobrem dicto tempore ab tempore suprascripto anno octavo incipiendo theloneum cum parte arende vigore decreti nostri et inscripcionis thelonei predicti Crac[oviensis] per ipsum Nicolaum tenendum, regendum et dirigendum sub ordine quibus alii thelonatores Crac[ovienses] illud in fidelitate fidelem manum tenentes dirigebant et tenebant ac sub condicionibus infrascriptis. Imprimis itaque ipse Nicolaus omnes et singulos census annuos in theloneo ipso Crac[oviensi] pro spiritualibus et secularibus dignitariis et personis designatos plene et integre pro rata temporis deputata sine difficultate et gravaminibus solvere debet, circa ultra totam impensam quam pro familiaritatibus ad illud theloneum providendum necessario consistendis de proventibus thelonei expendet. Insuper nobis omni anno tenebitur dare et solvere trecentos florenos in medietatibus per mediam septimanam, quousque census et proventus ac eosdem trecentos florenos solvet, circa si eos in theloneo non perciperet, quibus annuatim solutis eum de theloneo non tenebitur reddere, dummodo de solutione eorundem trecentorum florenorum nobis, ut autem hee arende partis nostre pro litteris super theloneo ipsi Jordan datis in aliquo derogare videant[ur][2]

omnes et singulos articulos et condiciones in prioribus litteris
descriptas presentibus arende litteris confirmavimus et confirmamus
tam eos qui pro nostra parte sunt, quam eciam illos quos pro
persona ipsius Nicolai inscripsimus, firmiter promittimus
observare. Et cum idem Nicolaus Jordan, tenebit ipsum
theloneum regere et providere posse, promittimus ipsum non
amovere a thelonio predicto, nisi prius summa arende
sive tam prioris quam presentis integre sibi fuerit restituta. Tempore
vero elapso nostre arendacionis presentis et plurium
non alii ipsum theloneum de manibus suis recipere poterimus
neque successores nostri non poterunt, nisi prius solutis
mille florenis Ungaricalibus in prioribus litteris ipsi Jordan
inscriptis, ad quorum florenorum solucionem nos et successores nostros
ipsi et successoribus suis per has priores arende inscripciones
obligavimus. Si vero infra tempus arendacionis huiusmodi nostre
ex quibuscunque certis causis aliquam civitatem vel oppidum
a predicto thelonio liberum effecerimus, extunc totum prelibato
Nicolao Jordan iusto modo confirmare poterimus. Ut autem
idem Nicolaus Jordan liberius utatur, quod contendat possessioni
thelonii predicti nostri, apud quemdam theloneum predictum permittet
ad expensas conductoris nostre ab omni expedicione bellica
generali et terrestri liberum facimus et liberamus presentibus.
Que omnia rata et firma esse volumus, harum quibus sigillum
nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in conventione generali
Lublinensi feria quinta ante festum sancti Petri in Cathedra
anno domini 1506.

Dapiferatus Belzen[sis]

Datus est dapiferatus Belzensis Andree Stanczyk tribuno
Crasnostaviensi per mortem Bernardi de Podhorze eiusdem
ultimi possessoris. Datum in Proszowice feria sexta
post Valentini.

Canonie Leopoliensis

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi rerum vetustas
humanorum actus gestorum oblivionis absorberet nisi scripturarum mu-
nimine essent patrocinati. Proinde Nos Alexander etc. Significamus etc.
Quod venerabilis Joannes [illegible] decanus Leopoliensis notarius noster
devote dilectus coram nobis personaliter constitutus exhibito certo nostro
scripto privilegio ex causa vetustatis perijt illud per nos approbari rati-
ficari et confirmari cuius tenor est talis. In nomine domini Amen. Ad
perpetuam rei memoriam. ~~Kazimirus dei gratia~~ Wladislaus dei gratia Rex Polo-
nie Magnusque dux Litwanie et heres Russie etc. Significamus tenore pre-
sentium [illegible] nobis ad salutem nostre et eterne vite gaudia credimus provenire
cum personis Ecclesiasticis [illegible] qui in orationibus vacantibus pietate
et largitate nostre dexteram porrigimus et eis favore regio liberaliter im-
partimur. Sane considerantes inopiam et defectum decem Canonicorum nove
fundationis nostre Ecclesie Metropolitane Leopoliensis dum et quando pre-
venit ad quos et ipsam Ecclesiam specialis favoris gerentes affectum ze-
lo devocionis accensi cupientes divini [illegible] pietatis operibus
premire ipsi et Ecclesie predicte Leopoliensis dum et quando prestetit
nobis [illegible] feliciter successus nominatus et relatio de hostium nostrorum
tartarorum Ruthenorum et Valachorum victoria et triumpho per exercitum
Militie et Baronum Regni nostri ad illis congressioni [illegible] circa castrum
et Civitatem Braczlaw in terra podolie voluntate altissimi obtento
quatuor marcas salis bonum in Zuppis nostris Drohobiciensibus singulis annis
deputavimus damus et donamus [illegible] perpetuis temporibus et in
edum mandamus omnibus Zupparijs Drohobicensibus modernis et in futurum
constitutis quatenus decem Canonicis Leopoliensibus de [illegible] qua-
tuor marcabus salis bonum ad quelibet quatuor tempora per [illegible]
marcam recipere ab eis recognicionibus [illegible] super eodem quas in ea
nominibus nostre robur volumus obtinere firmitatis assignando singulis
annis perpetue debeat ad [illegible] Zupparum [illegible] respondere sub
censure Ecclesiastice quas eis [illegible] si fuerit neglectum
Premissa ex parte harum quibus sigillum [illegible] Actum Leopoli ipso die
Conceptionis Sancte Marie Anno domini [illegible] presentibus [illegible]
in Christo patre domino Joanne Archiepiscopo Leopoliensi Magnificis et Strenuis
Joanne de Ostrorog Marsalko Regni polonie Alberto Malski
Camineciensi Domarath de Cobylany Bieczensi Castellanis Stanislao Kr[illegible]
lawski Camineciensi et Stanislao [illegible] Succamerarijs et
alijs fidedignis. Datum per manus domini Joannis Episcopi Vlad[illegible] Cancellarij
et Vladislai de Opporow decani Cracoviensis Vicecancellarij sincere dilectorum.
Unde nos inclinati [illegible] Joannis decani peticionibus annuentes premissum
privilegium contenta que eius duximus dignum confirmandum appro-
bandum et ratificandum. Ratificamus que approbamus et confirmamus

tenore presencium mediante. Verum quia hactenus dubia fiebant pro quatuor
mensuris salis bonum in privilegio descripte, pro quibus zupparii
nostri mensulas ad mensuras dare nitebantur, Ideo nos ipsa dubia vo-
lentes eliminare declaramus mensuram et ad mensulas quatuor bonus
exhibebunt pro quolibet quartali anni ipsis prelato et canonicis
dandis, decernentes premissum privilegium in omnibus punctis, clausulis,
condicionibus et articulis ad nostram declaracionem presentem obtinere
robur perpetue firmitatis. In cuius rei testimonium etc. Actum in
conventione generali Lublinensi feria quinta proxima ante festum beati
Petri in Cathedra anno domini 1506 presentibus ut supra

Tusskow molendinum

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Consuevit re-
gie et quorumvis principum auctoritas quitquid commoditatibus subdi-
torum fieri concedit, perhennium commendare tenoribus literarum. Proinde
Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia quon-
dam Generosus olim Henricus de Samsinycz capitaneus Belzensis
Molendinum in nova radice in villa nostra Regali dicta Thuschkow
capitaneatus eiusdem Belzensis providolo Nicolao Piathka civi Belzensi
admisit erigendum et construendum. Sic nos providi Iohannis Syskowka
moderni molendinatoris molendini eiusdem predicti vero Nicolai Piath-
ka successoris legittimi peticionibus permoti eandem admissionem
et donacionem duximus ratificandam et approbandam, Ratificamus quoque
et approbamus super illud quoque Molendinum presens nostrum privilegium
eidem Iohanni Syskowka suisque successoribus dandum decernimus
prout damus tenore presencium mediante. Permittimus Iohanni et suis
successores legittimos Molendinum ipsum more aliorum molendi-
norum in eodem capitaneatu in bonis nostris existencium tenendum
habendum et possidendum ac nostro et successorum nostrorum accedente con-
sensu vendendum et resignandum et in suos suorumque successorum
usus beneplacitos convertendum emittere. Verum quia contigit aliqua
difficultas pro valore dum nos aut aliquos commissarios nostros
illud molendinum empturus esset, Ideo valorem eiusdem molendini predicti
ad viginti Marcarum perpetuum constituimus, in quo damus facul-
tatem et licenciam eidem molendinatori et suis successoribus firmita-
tem et licenciam eidem molendinatori emolumentorum omnium Molen-
singuli grani molendini a quibus circumvicinorum omnium Molen-
dinatorum eidem parte una damus pro nobis et successoribus
nostris duas reservando. Et si unquam molendinum istud reforma-
cione egeret, Nos successores quoque nostri pro illa ac pro sarcis Mo-
laribus et ferramentis denarios duos, ipse vero Molendinator
et successores sui unum pro sarcis molaribus ac pro ferramentis
denarium tercium dare tenemur, dabit quoque eundem. In quo molendino

de bonis sagimandis et crescentijs emolumentorum perpetuis dic-
tam volumus observari consuetudinem que fit et servatur in necnon
dominus alijs bonorum terrarum istis nostrarum dominiorum quibus
privilegium hoc nostrum decernimus perpetuum esse tenore presencium mediante
In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum Datum in conventione generali
Lublinensi feria quinta proxima ante festum Sancti Petri in
cathedra Anno domini 1506 presentibus ut supra

~~Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia quadam~~
~~nunc in conventione Radomiensi generali proxime preterita coram nobis~~
~~controversia inter Nobiles Nicolaum de~~

Pomorzany

Alexander dei gratia Rex Polonie Magnus dux etc. Significamus etc. Quod
comparens personaliter coram nobis Nobilis Cristinus Crupski publice
fassus est et recognovit quia totam sortem suam omnium bonorum suorum
maternalium quamque habet in opido Pomorzany et villis ad illud spe-
ctantibus cum omnibus successionibus super eum devolutis vel
postea devolvendis Generosis Joanni et Victorino de Szyczno donavit de-
dit et inscripsit dat donat et inscribit donacione perpetua irrevocabili
recedendo a districtu suo Leopoliensi nichil sibi in eisdem bonis nec
suis legittimis successoribus et in eisdem successionibus per eum nunc
habitis eiusdem devolutis vel postea devolvendis nec titulo dominij
et proprietatis penitus reservando quam sortem bonorum prefatorum domini
Generosi Joannes et Victorinus tenebunt habebunt possidebunt ac
eis utifruentur perpetue et in evum cum plena vendendi dandi do-
nandi commutandi obligandi alienandi et in usus eorum beneplacitos
prout eis melius et utilius videbitur convertendi et ad
quos coram nostra Maiestate Regia dedit realem et actualem intromissionem
in prefata bona per ministerialem sibi per nos addendum et debet
eos tueri et intercedere a quolibet impedimento cuiuslibet persone cui
quod ad quam personam pertinet prescripto seu cum intromissionem sub ...
dicto vadio ... pro quo vadio se eis frater prefati Cristini
coram nobis personaliter stans Generosus Georgius de Crupije capud
suum inscribit et inscripsit se summittens, ut se pro vadio ...
in primo termino ... debet sed in peremptorio et quotquot in subse-
... sibi receptum hoc non debet ei prodesse sed obesse in quocunque iure
castrensi aut terrestri ... districtus ... et ... ad vadium
prefatum ... In cuius rei testimonium etc. Datum in conventione
generali Lublinensi Anno domini 1506

Provisio in Zuppis Crac

Alexander dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus tenore presentium etc. Quia perpendentes
venerabilis Mathie de Blonije artium et medicine doctoris Canonici ecclesie Cracoviensis phisici
nostri specialis doctrinam virtutem et diligentiam et quandam singularem industriam
in custodienda conservandaque felici valitudine nostra qui anno proxime preterito et
hac hieme nobis hic in profectione versus Lithuaniam periculosa egritudine oppressis
sua diligenti cura subvenit et ab aliis adversis valitudinibus occurrentibus salu-
bribus remediis nos sepius liberavit nec minus sese universis Curie nostre aulicis
status utriusque in eorum egritudinibus benivolum humanum facilem et semper paratum
intuitu gratie nostre se exhibuit que sua benemerita dum eum nobis adeo commendant:
nos horum rationem habentes consolatumque propterea efficere cupientes sibi de certa scientia
et matura deliberatione speciali que gratia nostra certum salarium et tanquam censum
annuum centum florenorum hungaricalium quemlibet florenum in mediis grossis seu in
moneta communiter in Regno nostro currente per triginta grossos computando Item quatuor
mensuras salis minuti seu corti alias czwiertnije quatuor mensuras pisi qua-
tuor mensuras milii et quatuor parnas lardi in et super zuppis nostris Cracoviensibus
et presertim in zuppa sua Vieliciensi inscribendum dandum et donandum duximus
inscribimusque damus et donamus tenore presentium mediante per ipsum doctorem
Mathiam phisicum nostrum usque ad tempora vite sue extrema singulis annis ad
quodlibet quatuortempora cuiuslibet anni per viginti quinque florenos unam mensuram
salis unam mensuram pisi unam mensuram milii alias czwierthnije et unam
parnam lardi a zuppario Cracoviensi pro tempore existente incipiendo a quatuor-
temporibus sancti Spiritus proxime futuris ad extremum sue vite percipiendum tollendum
et pro sua privata necessitate ac arbitrio convertendum. Quocirca vobis
generoso Joanni Iordan de Zaklyczyn Castellano etc. moderno aliisque pro tempore
existentibus zuppariis seu factoribus zupparum Cracoviensium alias vyelyczky
mandamus omnino prefato doctori Mathie de Blonije dictum censum centum
flor. et predicta sal pisum milium et lard. exhibeatis solvatisque in expressis
terminis percipiendo ab ipso doctore suas quittancias quas vobis ad rationem presentium
zupparum nostrarum seu computationem sumimus et computare volumus ac ad
computandum nos successoresque nostros inscribimus tenore sub titulo et sigillo
nostris Regiis successive subscribentur Harum etc. Datum in Conventione generali
Lublinensi Sabbato proximo ante festum Sancti Mathie apostoli Anno domini 1508

R ss

Alexander dei gratia Rex
manu propria subscripsit

~~In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Edax vetustas cunctorum actus gestorum oblivione absumeret nisi scripturarum munimine essent perhennati proinde nos Alexander etc. Significamus etc. Quod venerabilis Johannes Crowyczki decanus Leopoliensis noster ut devote dilectus devote dilectus coram nobis personaliter constitutus exhibito texto infra~~

Predicatoris ecclesie Leopoliensis

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Omnium benignitas principum actus donacionum decreti que firmiter roborare consueuit eis tamen que in favorem ecclesiarum religionis quoque et fidei ortodoxe fiunt diligencius litteris autenticis perhennare debeat proinde nos Alexander etc. Significamus etc. Quia ex singularis devocionis affectu in ecclesiam Leopoliensem Metropolitanam in terris Russie et gente scismatica consistentem simul considerantes que in eadem nove plantacionis ecclesia officia ecclesiastica pro cultu divino augendo insufficienti ordine instituta presertim videlicet dotacionem predicatoris qui illic verbi dei populo communi dispensator fieret salutaris non esse factam Itaque cupientes huic defectui in eadem ecclesia succurrere et salutem animarum et religionem christianam auditu verbi dei afflatu que spiritus almi providere de certa sciencia nostra canonicatum et prebendam in ipsa ecclesia primipatam per mortem vel liberam resignacionem ad effectum presentium faciendam vacaturam pro perpetuo predicatore ad effectum presentium faciendam... pro perpetuo predicatore ... preposito in eadem ecclesia erigendum duximus dandum donandum largiendum incorporandum et annectendum damus que donamus largimur incorporamus et annectimus eiusdemque tenore presentium medio te cuiusquidem canonicatus et prebende iuspatronatus ad nos pertinens cum ipsius vacacio nunc et expost futuris temporibus quocumque contingerit Reverendo in Christo patri domino Bernardino moderno et pro tempore existentibus Archiepiscopis et venerabilibus prelatis et canonicis toti que capitulo ecclesie Leopoliensis pro tempore existentibus damus donamus et largimur ut illi quociens illa officii predicatoris et canonicatus predicti vacacio occurret predicatorem illi ecclesie et populo idoneum ac utilem eligant et de illo eidem electo provideat temporibus perpetuo duraturis. Quam donacionem nostram decernimus esse perpetuam In cuius rei etc. Actum in conventione generali Lublinensi feria quinta proxima ante festum Sancti Petri in Cathedra Anno domini Millesimo quingentesimo Sexto Regni nostri quinto presentibus ut supra

Crzogultcz

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quamvis in
conventione Piotrkoviensi ultimo celebrata famoso Petro alias Pyotrassek
theloneatori Camenecensi villam seu vastitatem predictam possessionatam
essent ipsius Piotrassko quam nobis exhibent et in futuram cessit nunc de
fecit sibi centum sexagenas numi Camenecensis terre Cosrecht in villa seu
vastitate predicta inscribendum duximus inscribimusque tenendam possidendam
dimittendam per ipsum Piotrasko et ipsius legittimos successores vastitatem seu
villam predictam vigore et effectu literarum originalium tenendam
habendam et possidendum pacifice usque ad ipsius ultima vite tempora.
Defuncto vero Piotraskone prefato extunc possessio vastitatis seu vil-
le prefate Crzogultcz ad successores ipsius redibit et revolvetur quam
tamdiu tenebunt et possidebunt usque ad solutionem prefatarum centum
sexagenarum numi Camenecensis ipsius aut ipsius posteris per nos aut
successores nostros factam qua facta possessio vastitatis eiusdem ad nos et
successores nostros redibit et revolvetur pleno iure iuribus nostris semper
salvis harum quibus sigillum etc. Datum in conventione generali Lublinensi
sabbato ante festum sancti Mathie apostoli anno domini 1506

Halicz

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia attendentes
oppidum nostrum Halicz in terra nostra Russie consistens per Turcos et
Tartaros Valachos Sanctos et nostros hostes ferro et igne vastatum et deserta-
tum propterea quod homines illud inhabitantes depauperatos et egentes
esse sed quod impotentiam neque reipublice onera ferre neque sue reipublice
prodesse possint Itaque nos volentes providere ut homines ad incolendum
oppidum illud tantominus se conferant et rei sue private intendant
ad consequendum prioris conditionis statum quanto maiori gratia
se adiutos senserint de certa scientia et speciali gratia regia nostra ac de
consilio consiliariorum nostrorum universis dicti oppidi Halicz inhabitatoribus
et oppidanis libertatem dedimus a solutione omnium et singulorum censuum
solutionum et exactionum nostrarum et reipublice quacunque causa
institutorum et instituendorum per decennium A Czopove vero per qua-
driennium dandum duximus quod presentibus Quocirca vobis omnibus
exactoribus nostris terrarum Russie nunc et pro tempore existentibus man-
damus habere volentes quatenus ipsos oppidanos et incolas oppidi Halicz
in presenti libertate per nos ei concessa conservetis et conservari faciatis
nullas quod exactiones et censuum solutiones nostras et reipublice quacun-
que causa institutas et instituendas per decem annos exactionem
vero Czopove per quatuor annos ab eis exigentes aliud non facturi etc.
harum etc. Datum in conventione Lublinensi generali feria quinta proxima
ante festum sancti Petri in Cathedra anno domini 1506

Mandatum ad Palat. Sandom.

Alexander dei gratia Rex Polonie etc.

Magnifica Elizabeth de Tarnow pallatina Sandomiriensis et Capi-
tanea Wislicensis Sincere nobis dilecta. Fideles nostri Magnifice Sincere
nobis dilecte. Providi Joannes Cherzusch Joannes Kulka et Nico-
laus Soyka opidani nostri Sczadrow exposuerunt querulose coram
nobis Quod temporibus pauloante defuncti Serenissimi Imperatoris fra-
tris nostri Wislicensis iussu forsan et voluntate tua eos querentes
ad nundinas fora et annualia libera ad opidum Wislicense profesto
Sanctorum Simonis et Jude Apostolorum proxime preterito cum rebus
et mercancijs suis euntes in via publica arrestaverunt et ab eis
ex homullas persolvere decem Stamina panni et Nonaginta
tunicas pro foro expositas in eum non solucionis thelonij recu-
perunt ad quod secundum regni nostri consuetudinem in eo casu non
tenerentur cum liberi esse debeat subditos nostros ad opida nostra
et circumiacentia pro nundinis huiusmodi, insuper illos ipsos querentes
thelonium solvendum et si ita foret prout ipsi querentes exponunt
actum esset cum non modica iniuria preiudicio et eorum Mandamus
propterea Sinceritati tue quatenus res huiusmodi tante per factores tuos
recepte dictis opidanis Sczadrowiensibus restituat et restitui mandet Et
si que eam forsan destracte fuerint Volumus ut satisfactionem
eis impendat et hoc sub vadio Mille florenorum que partibus nostris ap-
ponimus et aliud non facturus Datum in Conventione generali Lublinensi
feria sexta ante festum Sancti Petri ad Cathedram Anno domini 1506

Relatio venerabilis Joannis de
Lasko Regni Cancellarii

Libertatis Busen.

Anno et Loco quibus supra data est Libertatio Incolarum et Opida-
norum Opidi nostri Buszen ab omnibus Contribucionibus Tributibus
sectionis et alijs per octo annorum a tempore dato postea quam Ciu-
tatis Nicolaus Lanczkoronski et cetera debita eriget designata
per duorum quartalium anni decursu feria tercia festi Sancti
Mathei apostoli

Busko

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Principantium provinciis
auctoritas quitquid pro commoditate suorum concedat subditorum ut Litte-
rarum apicibus perhennari conveniunt Proinde Nos Alexander dei gracia
Rex Polonie etc. Significamus tenore presencium volentes Oppidi nostri Busko in eo
situ consistentis quo hostes nostri Tartari progredi illud per aggredi (?) super-
numero consueverunt conditionem facere meliorem sicque per prerogativa sin-
gulari nostra eos consolatos animos per reddere ut ipsi ad muniendum fortificandum
et defendendum oppidum illud alacriores constanciores per esset ipsis de
certa sciencia et liberalitate Regiis nostris [illegible] torculare aliis vosko
boynia ad exprimendum ceram temporibus perpetuis duratura dumtaxat
construendum et constituimus per presentes dantes illis facultatem in
eodem torculari cerato ceras exprimendi ac alia illarum voskobojnia
concernencia faciendi et exercendi excepta ipsius cere fusione que
nulli absque Leopoliensis Civitatis preiudicio fieri minime possit Quamquidem
concessionem nostram decernimus perpetuis temporibus duraturam tenore presencium
In cuius rei testimonium Sigillum nostrum Actum in conventione generali Lubli-
nensi feria sexta in vigilia Sancti Mathie apostoli Anno domini 1506 Regni
vero nostri Anno quinto Presentibus Reverendissimis et Reverendis in Christo pa-
tribus dominis Andrea Gneznensi et primate Bernardino Leopoliensi Eccle-
siarum Archiepiscopis Joanne Cracoviensi Vincencio Wladislaviensi Joanne Poznaniensi
Erasmo Plocensi Mathia Przemisliensi et Regni nostri Vicecancellario Episcopis
Nicolao de Coszyelecz Electo Chelmensi Ecclesiarum Necnon Magnificis
Venerabilibus et Generosis Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracoviensi
Andrea de Samotuly Poznaniensi Nicolao de Camyenyecz Sandomiriensi Ni-
colao Gardzyna de Lubrancz Calisiensi Jaroslao de Lasko Lanciciensi Ni-
colao de Coszyelecz Brzestensi Pramsota de Trzyana Raviensi Paulo Cola
de Dalejowo Podolie Palatinis Petro Schafranyecz de Pyeskowaskala Vysliciensi
Otha de Chodecz Leopoliensi Stanislao Kal de Nowotancze Sanocensi Jaco-
bo de Szczekocina Woynyciensi Joanne Jordan de Zaklyczyn Biecensi Castella-
nis Stanislao de Chodecz Marsalko Joanne de Lasko Cancellario Jacobo de
Szydlowyecz Thezaurario Regni nostri Stanislao Lawosky Curie nostre Marsalko
Alberto Gorski Scolastico Wladislaviensi Joanne Lathalski Preposito
Gneznensi Secretarijs Nicolao Firley de Dambrowicza Vexilifero Cracoviensi
et Capitaneo Lublinensi Stanislao Welzek de Lubyen Leopoliensi Joanne
Hynek Lanciciensi et Stanislao Schaffranyecz de Pieskowaskala Curie nostre
Subcamerarijs testibus fidedignis Sincere devotis et fidelibus dilectis
Datum per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Lasko Ecclesie Gneznensis et Polonie
Regni Cancellarij Sincere nobis dilecti

à bello

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia propter minorennitatem Generosorum Joannis et Stanislai filiorum Magnifici olim Nicolai de Tanczyn pallatini Russie nobis et reipublice Regni nostri benemeriti ad petitiones nonnullorum consiliariorum nostrorum meram solatudinem (?) ac amicabilem pro eisdem pueris gerentium et eosdem pueros ad exteras partes pro capessendis virtutibus transmittere volentium eosdem Joannem et Stanislaum germanos de certa scientia et gratia nostra ac de consensu consiliariorum nostrorum tum a bellica expeditione in Regno nostro quacunque necessitate reipublice instituenda quam ab omnibus iudicijs secularibus quorumcunque dignitariorum et iudicum ubicunque in regno nostro existentium occasione quarumcunque causarum eximimus et liberavimus eximimusque et liberamus hinc ad quatuor decim (?) annorum, quocirca vobis omnibus et singulis dignitarijs et officialibus bellice expeditioni presidentibus mandamus quatinus eosdem Joannem et Stanislaum occasione expeditionis bellice non inquietetis, vos vero iudices eosdem ad instantiam quarumcunque personarum occasione quarumcunque actionum non iudicetis nec iudicare presumatis, quia si secus feceritis nos id totum quidquid contra eos decreveritis irritum inane et nullius roboris esse volumus et presentibus decernimus hinc usque ad supra scriptorum quatuor decim (?) annorum, harum quibus sigillum etc. Datum in Conventione generali Lublinensi feria quarta (?) Cinerum Anno domini 1506

Soton

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Gesta hominum sub tempore labuntur redigunt (?) ac in oblivionem que literarum apicibus non fuerint perhennata. Proinde nos Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia attendentes fidelia servicia famosi Iwasko Tech (?) notarij armeni Leopoliensis nunc alias (?) fidelis dilecti interpretis (?) per nos ad imperatorem Turcorum missi sibi de speciali gratia ac scientia Regie nostre villam Szolowo (?) in terra et districtu Leopoliensi consistente spectante (?) castri Leopoliensis obnoxiam apud providum Ylko Olechnowicz (?) emendum (?) consensimus et presentibus consentimus, cuiusquidem emptionis resignationem coram Magnifico Stanislao de Chodecz Marsalko Regni nostri et Capitaneo Leopoliensi recognoscimus faciendam commisimus et

demandamus decernentes per ipsum Crasko Telnudorum et suos legittimos successores prefatam villam Szilow ymo ipsa dum tenutam et effectum tenutam resignacionis per eundem Stanislaum Marschalcum desuper datam tenendam habendam pacifice possidendam utifruendam ac consensu nostro successorumque nostrorum ad id accedente dandam donandam vendendam et in suos successores quos suorum usus beneplacitos convertendam tenore presencium mediante in perpetuum iuribus nostris semper salvis existentibus In cuius rei testimonium Sigillum nostrum est Actum in conventione generali Lublinensi feria tercia in festo Sancti Mathie apostoli Anno domini 1506 presentibus ut supra

Approbacio recognicionis et quietacionis

Alexander dei gracia Rex polonie

Significamus etc. Quia constituti personaliter ante Maiestatem nostram conspectum Nobiles Joannes Kusziynski et Paulus Gnydzianski eius gener et Nobilis Dorothee coniugis sue eiusdem vero Joannis germani nominibus talem coram nobis recognicionem fecerunt et in effectu recognoverunt et quilibet recognovit Joannes videlicet Kusziynski Paulo predicto Gnydzianski genero suo racione dotis quam Dorothee predicte sorori sue eiusdem vero Pauli uxori debuit quingentos florenos hungaricales in moneta tam et uno consimili necnon tibus ipsi Paulo suo et consorti Dorothee advenit tollere et propterea apud Magnificum et Generosos Stanislaum Regni nostri Marschalcum Leopoliensem et Camenecensem Capitaneum Ottonem Castellanum Leopoliensem Andream Petrum Raphaelem et Spithkonem de Chodecz germanos tunc coram nobis presentes et ad pro quingentis florenis recognicionem ratam habentes eosdem quorum ad racionem mille florenorum quos ipsi Joanni Kusziynski debent soluturos se obtulerunt ipse vero Paulus eandem recognicionem acceptando recognovit non quod super sibi pro dote uxoris predicte quingentorum florenorum per Joannem ipsum satisfactum Itaque ipse Joannes de Kuziemyn predictos germanos de Chodecz eorumque successores de quingentis florenis ad racionem mille florenorum per eos sibi debitorum Paulus autem Gnydzianski Joannem Kuzinski et successores eius de quingentis florenis pro dote uxoris sibi debitis solutos habere se quittaverunt in perpetuum que omnia et singula tali coram nobis facta nos partibus suprascriptis omnibus petentibus approbandum approbamus per presentes decernentes recogniciones quittancias per suprascriptas perpetuo valituras harum quibus Sigillum nostrum est subimpressum testimonio literarum Datum in conventione generali Lublinensi feria sexta in vigilia Sancti Mathie Apostoli Anno domini 1506

Drogynya Banowicze Zaklicziu Lanki Branczowicze Targoszhina Poponicze

Alexander Rex Significamus etc. Quod Generosus Joannes Jordan de Zaklyczyn Castellanus Biecensis et Zupparius Cracoviensis fidelis noster dilectus quemadmodum tunc cum Capitaneatum Scepusiensem sibi committebamus sollicitus erat et promiserat soluturum se pro nobis debitum Mille septingentorum et sexaginta florenorum Ungaricalium in auro quod nos Generoso Stanislao Schaffraniecz de Pieskowaskala tunc nostro Sandomiriensi iuste obligamur Ita nunc quoque idem ipse Joannes Jordan in presentia nostra constitutus ad faciendum id ipsum libere palam quod et expresse se submisit summisit et obligavit ordine infrascripto Quia ipse Joannes Jordan Scepusiensis Capitaneus dare debebit et obligabitur ipsi Stanislao Schaffraniecz singulis sequentibus annis de provenientibus seu censibus Capitaneatus Scepusiensis ad quodlibet festum Natalis domini Mille et Ducentos florenos ungaricos in auro usque ad plenam solutionem prefate summe tunc Mille septingentorum sexaginta florenorum Ungaricalium in auro Cuius quidem solutionis incipere debebit a proximo festo Natalis domini anni currentis et terminabit per subsequentiam singulorum annorum proveniendum festa Natalis domini tamdiu donec ipse Stanislaus Schaffraniecz plenam sui debiti solutionem fuerit consecutus Ad cavendum tamen istud ne quando ordo solutionis prefate aliquo annorum sequentium negligatur Inscripsit idem Generosus Joannes Jordan de Zaklyczyn obligavit se ac resignavit inscripsit quod ac resignat per presentes Juribus et litteris cautelis denique omnibus remanendum bona sua omnia quecumque in Regno nostro habet signanter tamen villas suas hereditarias Drogynya Banowicze Zaklyczyn Lanki Branczowicze Thargoszhina Poponicze in omnibus et singulis censibus redditibus proventibus et provenimentibus quibuscumque et quavis ad eas utilitatibus iuribus et pertinentibus proprietatibus prout solus tenuit et possedit per dictum Stanislaum Schaffraniecz de Pieskowa Skala villas prefatas habendum tenendum possidendum pacifice et quiete tamdiu donec sibi debitum eius Mille septingentorum et sexaginta florenorum Ungaricalium in auro vel quicquid superfuerit solvendum ad plenum fuerit persolutum Ad que quidem suprascripta sua bona idem Joannes Jordan Stanislao Schaffraniecz predicto coram nobis dedit et dat tenore presentium realem intromissionem Generoso Magnifico Nicolao de Camyenyecz Pallatino Sandomiriensi et Capitaneo Cracoviensi aliisque omnibus Capitaneis Cracoviensibus pro tempore existentibus nulla eius contradictione apud se reservata Una si a prestanda intromissione prefata vel tutari nollet vel defendere ut eundem Stanislaum Schaffraniecz intromittat intromissum quod tueatur et defendat si ut premissum est ipse Joannes Jordan solutionem eius Stanislao Schaffraniecz non impleverit In cuius rei testimonium Sigillum nostrum est appensum Datum in Conventione generali Lublinensi Sabbato ante Carnisprivii proximo Anno domini 1506

Busko

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Regia Maiestas quicquid un-
quam pro subditorum felicitate vel votis aut decernit aut concedit perpetuo dura-
turum ut perhennitatem literarum munimine roborari consuevit Proinde Nos
Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia attendentes incolas
oppidi nostri Busko et incolarum eius ad quod per devastationem et crebram incur-
sionem Tartarorum terras nostras Podolie vastantium pervenerunt quod per oppidum
illud eo fiunt quod ipsi hostes nostri Tartari progredi illud per aggredi
se primo consueverunt Itaque oppidi eiusdem condicionem facere volentes melio-
rem prerogativa per nostram singulari eosdem oppidanos consolatos adiutos-
que reddere ut ipsi ad muniendum fortificandum et defendendum oppidum illud
alaniores constantiores que efficiantur ipsis de certa scientia et liberalitate
Regia nostra pontale ibidem in Bussko dandum et instituendum duximus
damusque et instituimus per presentes ita videlicet quod a quolibet curru
mercatorio mercibus quibuscumque onusto quilibet mercator per idem op-
pidum transiens medium grossum a quolibet autem pecore per quatuor
denarios a pecude aut duos denarios solvituri erunt cuiusque quidem
dem pontale decernimus per eosdem oppidanos cum omnibus eius utilita-
tibus introitibus proventibus et quibuslibet emolumentis tenendum
habendum et convertendum ad usum nostrum vendendum commutandum et assi-
gnandum temporibus perpetuis duraturis quamquidem donationem nostram
decernimus robur perpetue firmitatis obtinere tenore presentium mediante
In cuius rei testimonium etc. Datum in conventione generali Lublinensi feria
quinta Cinerum Anno domini 1506 subditus ut supra

Rubyeschow

Alexander dei gratia Rex Polonie etc. Significamus Quamvis superiori tempore
proconsulibus oppidanis et incolis oppidi Rubyeschow per hostes nostros Tartaros in-
cendio conflagrati nostras libertationis literas ab omnibus censibus dacijs
contributionibus et exactionibus sub sigillo secreti nostri dederimus tamen
petitionibus per consiliarios nostros pro eis nobis porrectis moti eramus
ut easdem literas de sigillo secreti nostri in maius sigillum transsumi
decrevimus Quarum tenor sequitur Alexander dei gratia Rex Polonie
Significamus etc. Quia postquam nobis nomine universorum incolarum oppidi nostri
Rubyeschow expositum est plane intelleximus quod quamvis Serenissimus olim
Joannes Albertus Rex antecessor et frater noster charissimus dicto oppido Ru-
byeschow dederat libertatem ad certum tempus duraturam propterea quia

medietas eiusdem opidi igne fuit cremata tamen prima littera [illegible]
litterarum libertatum ab olim Maiestate concessa per alteram cremationem
tocius opidi illius necnon per tartaros saevissimos Turcos cristi communes
hostes factam una cum omnibus suis bonis eorum opidanorum mobilibus
sunt cremate. Unde nos paupertati eorum volentes consulere quod sic ex
combustione miserabiliter illos contingit mediante de speciali gratia nostra libertatem
et immunitatem eidem opido nostro Rubyeschow duodecim annorum dandam
et concedendam duximus damusque et concedimus tenore presencium mediante
liberando eosdem omnes opidanos nostros Rubyeschowienses ab omnibus ipsorum
dacijs contributionibus et exactionibus singulis quibuscunque nominibus
vocatis seu vocandis et pro quacunque necessitate institutis et instituendis
ea tamen condicione quod thelonea ad duorum dumtaxat decursum anno
rum ubilibet in regno nostro exigi solita ipsi Rubyeschovienses non debeant
solvere. Podwodas vero ab hinc ad quinque annos non debent dare neque
de illis providere. Ab aliis vero dacijs sicut premissum est ad duodecim
annos volumus eos esse penitus liberatos. Quocirca vobis omnibus
et singulis dignitarijs et officialibus nostris et signanter vobis Gene
roso Generoso Crupsky Capitaneo nostro Chelmensi exactoribus quoque terra
rum Russie nunc et in futurum pro tempore existentibus mandamus
hac voluntate quatenus eosdem cunctos opidanos nostros de Rubyeschow
contra presentem libertatem nostram hinc usque decursum duodecim annorum
aliquo modo supradicto conservetis ad nullas quoque eos exactiones interim com
pellendo auctoritate aliud non facturi pro gratia nostra harum quibus sigillum nostrum est
Datum in Mynsko feria sexta proxima post festum Sancti Bartholo
mei Anno domini 1502 Regni vero primo Joannes de Lasko Supremus
Secretarius manu propria subscripsit Relatio eiusdem Joannis de Lasko Supremi R M
secretarij. Nos itaque ea racione easdem litteras libertatis opidi eiusdem
innovando eas de sigillo secreto nostro in sigillum maius Regni decrevimus
transferendum transferimusque in presentis quarum tenore omnes dicti opidi
incolas ab omnibus et singulis contributionibus exactionibus censibus
podwodis et alijs solucionibus annuis et publicis dicatis et decernimus ad
quatuor annorum decursum a Czopowe vero ad biennium eximimus et
liberamus omnibus exactoribus nostris presentibus requirendo mandamus ut
premissam libertatem nostram dictos opidanos de Rubyeschow conservetis usque
ad expiracionem annorum suprascriptorum harum quibus sigillum nostrum est Datum
in conventione generali Lublinensi feria quarta cinerum Anno domini 1506

Subscripta manu propria domini Cancellarij in hunc
modum Joannes de Lasko R. P. Cancellarius subscripsit
et correxit in quatuor annis die date presentis
asscriptis que incipient post suprascriptos duodecim
ut supra

~~Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quod Generosus
Jacobus Sydlyczki Castellanus Voyniczensis fidelis noster dilectus coram
nobis personaliter constitutus exhibuit literas infrascriptas a nobis sup~~

a bello

Anno et Loco quibus supra feria sexta post Simonis data est libertas ab expedicione bellica Nobili Raphaeli Goluchowski ad quatuor annorum decursum Ita tamen quod ipse Raphael tempore huiusmodi expedicionis bellice in Castro Glogouiensi per Illustrissimum Sigismundum Ducem sibi designato residere defensionis gracia debebit Statuto tamen ad expediciones bellicas et liberaciones a liberacionibus earum hic in futurum sancito salvo

Leopoliensis teloneum

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Regia Maiestas quicquid decernit vel constituit perpetuo durabitur Sed ne e memoria humana que labilis est evanescat literis autenticis solemniter confirmari. Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quod intelligentes publicas stratas circa Civitatem Leopoliensem consistentes et in ipsam Civitatem tendentes adeo fractas et destructas difficiles esse quod pro earum reparacione non parvi sumptus annis singulis necessarii sint exponendi. Et insuper famosos proconsules et consules Leopolienses circa munitionem murorum menniorum propugnaculorum et fossatorum hac tempestate diligentissimos esse Ideo propter eam viarum reparacionem certa sciencia gracia et deliberacione Regiis nostris ac de consilio et consensu consiliariorum nostrorum theloneum seu pontale ibidem in Leopoli eisdem Proconsuli Consulibus totique ~~communitati~~ Civitati Leopoliensi dandum et instituendum duximus, damus quod et instituimus presentibus imperpetuum decernentes et statuentes huiusmodi pontale per Consules Leopolienses pro tempore existentes modo infrascripto tollendum exigendum habendum tenendum et pacifice possidendum Sic quia a quolibet curru vectorum Mercatorum et negociatorum quibusuis rebus venalibus onusto Leopolim quod venientes et intrante unum grossum polonicalem exactori

sunt emergere, pecunias, introitus et omnes census pontalis provenientes pro utilitate civitatis et reparatione viarum ipsarum convertere quas quidem vias ubique in circuitu civitatis intra limites seu granicies civitatis reparare tenebuntur tenore presentium mediante. Iuribus nostris et cuiuslibet salvis. In cuius rei testimonium etc. Datum in conventione generali Lublinensi feria tercia festi Sancti Mathie Apostoli Anno domini 1506 Regni vero quinto. Testibus ut supra

Tutoria

Alexander dei gracia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia Nobiles Nicolaus et Andreas germani militis de Iarnye(?) et bonorum nostrorum in Ossyek(?) tenutarii personaliter coram Maiestate nostra constituti de sua libera et spontanea voluntate sanoque amicorum suorum salubri freti consilio de speciali voluntate nostra fecerunt constituerunt et prout melius de iure potuerunt ordinaverunt tutorem actorem promotorem et rectorem omnium et singulorum bonorum suorum ubivis in dominio nostro consistentium et eos concernentium Nobilem Generosum Karolum Demian(?) de Pradkowicze(?) seu de Unasth(?) curie nostre fidelem dilectum dantes ei omnimodam et plenam facultatem potestatemque eadem bona sua mobilia et immobilia tam hereditaria quam obligatoria ubivis terrarum in dominio nostro consistentia promovendi regendi tenendi defendendi pro eis quoque agendi Et generaliter omnia et singula agendi et faciendi que tutores de iure aut de iure constituti agere facereque consueverunt ac debent et possunt quemadmodum ipsi germani de Iarnye(?) solent facere in premissis promiserunt omnia rata grata atque firma esse quecumque per memoratum tutorem actorem et gubernatorem acta facta et disposita fuerint Quam quidem tutorie ordinationem constitutionemque sic ut premissum est coram nobis legittime factam et recognitam ratificamus et approbamus decernentes eam valorem et robur obtinere hinc usque ad sex annorum decursum iuxta nostrum stilum solitum ac secundum tenorem suprascriptum tenore presentium mediante harum quibus sigillum Datum in Conventione Lublinensi feria sexta in Capite Quadragesime Anno domini 1506

Radimna

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Excelsa Regia Maiestas non ob alia nisi ob id [illegible] Magnis solet laudibus extolli quam quod ut in eo se attenciores reddant [illegible] ut perpetuum fiat [illegible] sigillis testibus [illegible]. Proinde Nos Alexander dei gratia Rex Polonie [illegible] supplicationibus Reverendi in Christo patris domini Mathie Episcopi Premisliensis et Regni nostri Vicecancellarii sincere nobis dilecti [illegible] quod difficillimum et incomodum ac periculosum sit navigium per flumen Shan [illegible] et quondam facultatem pontem in dicto flumine Shan loco navigii penes oppidum mense Episcopalis Przemisliensis Radymna dictum eo loco quo sibi aut eius successoribus Premisliensibus Episcopis commodius videbitur construendi erigendi et instituendi de certa sciencia et gratia Regie Maiestatis ac consensu consiliariorum nostrorum [illegible] dedimus et concessimus damusque et concedimus presentibus perpetuo. Racione vero constructionis et erectionis huiusmodi pontis ac reformacionis eiusdem quam ipse dominus Mathias aut sui successores Episcopi Przemislienses pro tempore existentes circa eundem pontem facturi sunt eidem domino Mathie Episcopo et aliis pro tempore existentibus Episcopis exactionem pontalium atque Mostowe in recompensam exactionis a navigio quantumque solvi solite a curru vecto magno et onusto per ipsum pontem eunte unum grossum a parvo vero et levi curru medium grossum item ab equo quatuor denarios a bove denarios et ab homine pedestri denarium unum ab omnibus et singulis tam Regni nostri incolis tam extraneis hominibus quibuscunque [illegible] tollendi et levandi perpetuis temporibus dedimus et donavimus prout eadem racione navigii huiusmodi exactio antiquitus exigebatur damus et donamus tenore presencium mediante. In cuius rei testimonium sigillum etc. Actum in conventione generali Lublinensi feria quinta proxima ante festum Sancti Petri in Cathedra Anno domini 1506 testibus ut supra.

Consensus Brudzewicze redimere

Anno et loco quibus supra feria sexta ante [illegible] datus est consensus redimendi villam Brudzewicze ad capitaneatum [illegible] spectantem de manibus Nobilium [illegible] Andree de Szmogorzow consencientibus [illegible] Generosis Joanne et Stanislao de [illegible] capitaneatus [illegible] villis eiusdem [illegible] cum augmento [illegible] Generoso Adam [illegible] de [illegible] cum augmento summarum per ipsum Adam [illegible] per Regem vel per [illegible] [illegible] capitaneatus [illegible] [illegible]

a bello

Alexander etc. Significamus etc. Quia constituti personaliter coram nobis Generosi Joannes Andreas Senior subpincerna et Joannes Michael minor fratres germani de Buczacz indivisi fideles nostri dilecti non compulsi nec coacti neque aliquo errore decepti, sed ex bona deliberatione fructuque amicorum suorum consiliis sponte et libere recognoverunt et quilibet eorum per se et pro se ac pro parte sua recognoscit quia ipsi unum alter alterum de bonis mobilibus et immobilibus quecunque invenerint seu ex successione habent vel habituri sunt ac quilibet eorum habiturus est ac de aliis que quilibet eorum quacunque industria acquisivit et in futurum acquiret, quibus ipsi de iure communi regni nostri velut fratres indivisi inter se unum dividere deberent de illis omnibus se et suos successores libere quittaverunt et quittant. Ita quoque unum alter alterum bonis desertis et quocunque modo acquisitis pro se et pro suis successoribus abrenunciaverunt et abrenunciant sic quoque quia unus alium de divisione bonorum predictorum ex successione vel quocunque modo preter patrimonium acquisitorum dimisit et dimittit in perpetuum neque illa bona tali acquisita inter se pro patrimonio censebunt et nominabunt. Sed si ipsis aliquis eorundem germanorum sive emendo sive redimendo sive per favorem alicuius amici assecutus fuerit aliqua bona aut legata aut hereditaria que olim aut genitor aut maiores seu consanguinei eorum habebant et tenebant consecuti sunt illa ad eundem ut ipsos fratres paterna divisione cedere debebunt. Eo quoque specialiter expresso quod si Venerabilis Jacobus Secretarius noster communis eorum germanus cum eis indivisus aliqua bona paterna alteri eorum fratrum obligare aut resignare voluerit extunc liberum unique eorum inscriptionem et obligationem ab ipso Jacobo suscipere et possessionem bonorum paternorum obligatorum manu tenere pariformiter ita tamen quod illa bona paterna seu porciones in eis descripte alteri eorum vel utrique per Jacobum obligata in divisionem paternorum bonorum cum ceteris sicut alia patrimonii bona cedent et illis indivisim dividi debebunt absque quavis alterius eorum contradictione. Quamquidem recognicionem prefati fratres per nos coram nobis factam voluerunt esse perpetuam et per nos confirmandam quam quidem petentibus eis in omnibus articulis et punctis suprascriptis confirmamus et approbamus decernentes eam vim perpetue firmitatis habituram tenore presencium mediante. Harum quibus sigillum etc. Datum in Conventione generali Lublinensi die Dominica Reminiscere Anno domini 1506

Alexander dei gratia etc. Significamus tenore presencium etc. Quod pro parte
nobilium Petri Nicolai Petri Stanislai et Pauli Smyotanky fratrum
expositum est nobis. Qualiter ipsi in pacifica fuerint possessione Regalis
ville nostre Chodecz in terra Chelmensi sitte. vigore litterarum inscripcionum
olim divi Kazimiri Genitoris et predecessoris nostri coram nobis exhi-
bitarum. tamen quia consensum eiusdem Genitoris nostri Regis mediante
quo Generosus olim Petrus Smyotanka Subiudex terre Chelmensis pater
Petri et avus Nicolai Petri Stanislai et Pauli germanorum predictam
villam de manibus olim Helie Luska redemerat Superiori tempore hostibus
tum nostris et crucis christi communibus terras Russie invasissent castrensibus
sicuti se amisisse. Itaque peticionibus pro parte eorundem Smyotanky
prefate ville modernis possessoribus nobis oblatis annuentes ipsos
de speciali gratia et clemencia Regiis nostris ac de consilio et consensu
consiliariorum nostrorum presentem consensum nostrum super possessione
predicte ville dandum donandum duximus. damusque et donamus
presentibus decernentes per ipsos Petrum Nicolaum Petrum Stanislaum et
Paulum Smyotanky dictam villam Chodecz iuxta dictam formam et effectum
litterarum originalium inscripcionum tenendam habendam possidendam et
pacifice utifruendam tamdiu donec per nos aut successores nostros
summa peccuniarum iuste et legittime in eadem villa inscriptarum dictis
fratribus Smyotanky et eorum successoribus simul et ex integro solvatur
Quo facto possessio eiusdem dicte ville ad nos et successores nostros re-
vertetur pleno iure Iuribus nostris Salvis remanentibus harum
quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum Datum
in Conventione Generali Lublinensi feria tercia ipso die sancti Mathie
Apostoli Anno domini Millesimo quingentesimosexto Regni nostri quinto

de villa oppidum Bylow

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Virtus principum munifica quicquid
pro suorum consolatione fidelium vtiliter concedit perpetuo duratur id literarum apicibus committi
ad aeternam rei geste memoriam convenire consuevit. Proinde Nos Alexander dei gratia
Rex Polonie etc. Significamus etc. Quia annuentes votis Nobilium Margarethe relicte
olim Generosi Johannis Radzanowsky dapiferi ploczensis felicis et prouidi heredum de Bylow
ipsius et eorum successoribus legittimis de villa ipsorum Bylow hereditaria prefata In terra
Gostiniensi consistenti denuo opidum locare et erigere admisimus et consensimus, admittimusque
et consentimus per presentes. Hicque opidum illud novum prout in suis est limitibus de iure
polonico et quouis alio in Jus Theutonicum quod Culmense dicitur transponimus et trans-
ferimus tenore presentium mediante perpetuis temporibus duraturum. Removentes vbique omnia iura
polonica et quevis alia ac modos et consuetudines vniversas que ipsum Jus Theutonicum
consueverunt plerumque perturbare ac impedire. Et propterea vniversos et singulos dicti
opidi incolas presentes et futuros ab omni iurisdictione et potestate omnium et singulorum pallati-
norum Castellanorum Capitaneorum Terrestrariorum Burgrabiorum Vicecapitaneorum Judicum
Subiudicum aliorumque dignitariorum et Ministerialium eximimus et liberamus atque eos
Juri et Judicio Jurisdictionis theutonici predicti subiicimus decernentes quod ad instantiam quarumlibet
personarum cuiuscumque Status et conditionis existentium pro causis tam magnis quam paruis
puta furti incendii homicidii membrorum mutilationis et aliis quibuscumque enormibus casibus
et excessibus citati coram ipsis aut ipsorum aliquo minime iudicare aut comparere Neque
proinde aliquas penas soluere tenebuntur. Nec propterea Ministerialis contra eos penas paratas
nadzgya extendet Sed ipsi incole vniversi opidi eiusdem duntaxat coram Aduocato suo pro
tempore existenti pro omnibus causis predictis atque aliis iuxta consuetudinem Juris eiusdem
Theutonici Aduocatus vero coram ipsis Nobilibus et ipsorum Successoribus opidi eiusdem
heredibus pro tempore existentibus citatus de se querentibus comparebit et Jure Theuto-
nico respondebit. Comparebunt et iudicabunt Cum aduocato pro tempore apud eos existenti
In omnibus causis predictis et aliis criminalibus et ciuilibus causis ac euentibus In opido
ipso et eius graniciebus contingentibus Judicandi Sentenciandi diffiniendi corrigendi
puniendi et plectendi damus facultatem plenariam prout hoc ipsum Jus Theutonicum in
suis capitulis punctis et articulis postulat et requirit. Preterea volentes vt huiusmodi
opidum conditionem habeat meliorem In ipso Nundinas seu fora Annalia pro festiui-
tatibus primum pro feria Secunda Conductus pasce aliud pro decem Millium Militum
tercium pro sancte Hedwigis festo et quartum pro feria Secunda proxima ante Sexagesima
gesima Septimanale vero forum quolibet Sabbato singulis annis Indicimus instituimus
et Imposuimus Instituimusque Indicimus et Imponimus per presentes decernentes fora predicta
in eorum opido absque tamen preiudicio Ciuitatum et opidorum et nostrorum et non nostrorum
in Terra ipsa existentium Per Mercatores et Negociatores vndecumque venientes
iuxta tenenda et habenda dantes et concedentes quibuslibet Mercatoribus vectoribus
aliisque omnibus et singulis cuiuscumque Status hominibus more aliorum opidorum Regni
nostri facultatem et libertatem vndecumque ad opidum predictum pro diebus fori cuiuslibet
predicti Negociatum veniendi In eoque opido res et merces cuiuscumque generis et
Mercimonii fuerint diebus fororum predictorum exponendi vendendi emendi Negoci-
andi res pro rebus commutandi et cambiendi alia que Mercature et Negociationis
genera libere exercendi nisi tales sint quos Jura non tuentur et quibus merito con-
sorcia fideliquorum denegantur. Que omnia premissa decernimus perpetuo duratura
Tenore presentium mediante. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum.
Actum in conuencione generali Lublinensi Sabbato proximo post festum sancti Mathie
apostoli Anno domini Millesimo quingentesimo [illegible] presentibus vt supra etc.

Bobrkowo

Anno et loco quibus supra feria sexta ante dominicam Reminiscere Datus
est consensus Nobili Stanislao Radeczky tenutario nostro eximendi villam
nostram Bobrkow in terra et districtu Calissiensi de manibus Nobilis Petri
de Paprotnia ita tamen quod in exemptione summa non excedat summam capitalem
in forma cancellarie

Dambrowka

Anno et Loco quibus supra feria sexta ante Reminiscere Datus est consen-
sus Nobili Stanislao Radeczky eximendi villam nostram Regalem
Dambrowka in terra et districtu Poznaniensi de manibus Nobilis Mathie
Goszczynczewsky ita tamen quod summa in exemptione non excedat summam ca-
pitalem in forma cancellarie

Debit

Alexander dei gratia rex etc. Significamus etc. Quia facta ratione cum Generoso Cle-
wosz Brzesztowsky familiari nostro super servitiis nobis et reipublice impensis fa-
ctum sibi debere Noningentos flor. per mediam sexagenam de quorum solutione
ipsum reddere securum volentes sibi eosdem in et super censibus proventibus et
redditibus nostris Capitaneatus Sandomiriensis assignandos decrevimus prout presenti
litterarum assignamus per Capitaneum nostrum successive aliquem per centum florenos
singulis annis ad festum Sancti Martini solvendos usque ad plenariam et in-
tegram prefatorum Noningentorum flor. solutionem quocirca tibi Magnifico Ja-
cobo de Szydlowyecz Castellano et Capitaneo Sandomiriensi regni nostri The-
saurario et aliis pro tempore Sandomiriensis Capitaneis committimus Mandantes
ut ad primam litterarum requisitionem ejus Generoso Brzeszthowsky ad com-
pletam Noningentorum florenorum summam successive ut premissum est
ad festum Sancti Martini per centum florenos per mediam sexagenam
annis singulis respondeatis et responderi faciatis Recipientes et cum effectu pro grata
servitia non facturi quittantiam ab eo nihilominus super hoc recepturi
quas vobis in ratione censuum et proventuum Capitaneatus predicti per nos
ac nostros computabimus harum quibus sigillum etc. Datum in Lublin
feria sexta proxima ante dominicam Letare Anno domini 1506

Scep Lubli

Anno et Loco quibus supra die dominico Oculi Datus est consen-
sus Nobili   Przeczenski recipiendi Frumentariam nostram alias
Szpiep Monasterij Lublinensis de manibus Nobilis Chrzanowski Boleslo-
wski Ita tamen quod in huiusmodi redemptione summe pecuniarum non
augeantur neque excedat summam Capitalem

Census super Judeis Crac

Alexander dei gratia Rex Polonie etc Significamus etc Quia ad peticio-
nem Reverendissimi in christo patris domini Andree Archiepiscopi Gnesnensis et
primatis etc Racione quod habemus serviciorum nobis et Serenissimo olim fra-
tri nostro Ioanni Alberto Regi exhibitorum Censum nostrum Centum florenorum
hungaricalium apud Judeos nostros Crac quem quotannis nobis pendere ad fe-
stum sancti Michaelis archangeli consueverunt et quem nuper ab ipso
olim domino Ioanne Alberto Rege quondam Magister Fredericus de Kolomin
... Cracoviensis donatum ad vitam habuit Egregio viro doctori Isaac
phisico ad vitam dedimus et donavimus Damus quod et donamus tenore presentium
litterarum per ipsum Isaac pleno iure tenendum habendum utifruendum
et quiete possidendum post mortem vero ipsius predictus Census ad
nos et nostros successores pleno iure redibit postquam autem ipse Isaac
predicti Census possessionem et usum assequitur extunc predictus Census
Judeorum quos a nobis alias ab ipso olim Ioanne Alberto Rege fratre
suo nostro in Russia habuit ad nos devolventur harum quibus Sigillum etc
Datum in Conventione generali Lublinensi feria feria quarta post dominicam
Reminiscere Anno domini 1506

Advocat Byecz

Alexander dei gratia etc Significamus etc Quia animadvertentes Generosi Iacobi
Szyklyczki Castellani Woyniczensis et advocati Byeczensis hereditarij sumptus
et impensas quas in structuris et edificiis murorum domus advocacie sue
Byeczensis impendit Maiores quod alias estimantes et preferentes illa impe-
sumus etc racione premium ac ut ipse tanto alacrius opus edificij

Mius continet sibi et suis successoribus legittimis in et super praefa
ta advocatia Biecensi ac domo eius in Civitate Biecensi sita cen
sus Marcas numeri et monete polonicalis quolibet in Marcam
quadraginta octo grossos computando dimidiam et infrascriptum dimi
dium dimidiam et infrascriptum tenoris praesentium mediante harum quibus
Sigillum nostrum subscribitur Datum in Lublino feria die dominica
dedit Anno domini 1 7 0 6 .

Rzeczicza Klina Zawadi Bobrowyecz Lang Luboschowi

Drzewiczk Consensus

Anno et Loco quibus supra feria sexta ante dominicam dedit datus
est Consensus Reverendo in Christo patri domino Mathiae Episcopo Przemisliensi
et Regni nostri Vicecancellario ac Generoso Adae de Drzewicza germano
excmech fratri suo bona nostra Regalia villae Rzeczicza Klyna Zawadi Bobrowyecz
Lang et Luboschowyecz in terra Lanciciensi et districtu Brzeziniensi sita
de manibus Generosorum et Nobilium Joannis Andreae et Jacobi
Dominikowycz germanorum de Woyslaw ac Benedicti de Lubyschowyecz et
Nicolai de Mrozkowycz quibus praedictas villas Luboschowyecz
et Bobrowyecz dicti germani de Woyslaw in dicto perpetuum summis
inscripserunt Ita tamen quod cum reemptionem et exemptionem summae in dictis
bonis non augeantur Rex sponte Can[cellarius] etc.

Canye
~~Alexander~~
Alexander dei gratia
Significamus te quod domini Nobilis Bregianus Sucholdski tenens
Valentyn pro ipsa minister ad praesentiam nostram veniens ad commissionem gravatam putens
bilimen ut iura et privilegia quae super bona Canye se habet praedic
dicit coram nobis reponerit admittente etiam tamen quod idem Bregianus
Lrab quod super bona Canye tantum repositum erat Commissarius
atque nostros consiliarios eaque iura et privilegia videnda quae Consiliariis
suis per nos deputatis tenoris quod iuribus et privilegiis recognoverunt
esse quod septenos Lrab omnes et inter terrestrium emptionem palmtiorum
et reformationem terrestrium praedictus Bregianus eciam ad produxit

quibus testimonium sufficiens perhibetur bona terrestria possessionis terrestris foro verum quoque sunt eidem Consiliariis nostris quod Magnificus ipse bona terrestria predicta pacifice possidere debeat tamdiu donec nos aliud testimonium in lesionem iuris sui ostenderimus harum quibus etc. Datum in conventione generali Lublinensi feria Sabbato in crastino sancte Dorothee Anno domini 1506

Leopol et Belz. telonea

Alexander etc. Significamus etc. Quod licet Leopoliensia et Belzensia thelonea nostra a festo purificationis Marie Anni domini 1507 ad aliud festum eiusdem Purificationis Marie Anni domini 1508 Judeo nostro Josko arendaverimus ratione cuius arende ipsum ab omnibus solucionibus annalibus quas nobis ratione persone domus et familie sue more aliorum Judeorum nostrorum impendere consueverant ac eundem Joskonem familiam suam et servitores ipsius de omnibus et singulis omnium et singulorum palatinorum Castellanorum Burgrabiorum Judicum subiudicum Ceterorumque dignitariorum et officialium nostrorum cuiuscumque status et conditionis existentium secularium per omne tempus istius unius anni exemerimus et absolveramus tamen quia ad instanciam ammonicionem et deliberacionem Consiliariorum nostrorum spiritualium et secularium nobis in presenti conventione congregatorum et Judeorum terrestrium arendam ipsam ab eodem Joskone alienavimus loco indempnitatis pro quo promoveamus Joskonem prefatum ab omni Leopoliensium et Belzensium thelonearum solucione quam a rebus et mercibus suis nobis impendere consueverunt ab omni quoque solucione annua quam more aliorum Judeorum racione persone familie domus et bonorum suorum nobis debet ac a Judiciis omnium palatinorum Castellanorum Capitaneorum Burgrabiorum Judicum subiudicum Ceterorumque dignitariorum et officialium secularium cuiuscumque status et conditionis existentium eundem Joskonem et familiam servitoresque et factores suos liberandum et eximendum duximus liberamusque et eximimus presentibus ad festum prefatum Purificationis Marie Anni predicti Millesimi quingentesimi octavi decernentes quod ipse Josko nulla thelonea Leopoliensium et Belzensium ac nullas soluciones annuas dabit aut solvet nec coram Judicibus prefatis ipse aut familia sua respondebit nisi coram nobis aut illo vel illis cui vel quibus literis specialibus nostris ipsum Judicandum commiserimus durante arenda prefata. Quapropter vobis Mandamus quorum interest aut interit universis quatenus Joskonem prefatum in premissa libertate nostra conservetis et conservari faciatis ad tempus prefatum aliud non facturi pro gratia nostra harum etc. Datum in conventione generali Lublinensi Sabbato ante Dominicam Invocavit Anno domini 1506

Mansionariorum ploczensium iudicis

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Ne gesta sub temporum
vicissitudinibus vetustas pariat detrimentum merito eadem munimentis ministerio
perennantur Proinde Nos Alexander et Siginiranus et Quia R dus
in christo pater dominus Erasmus Episcopus ploczensis exhibuit coram nobis et consi
liariis nostris privilegium Illustris olim Mazovie ducis domini Janussii dona
cionem triginta sexagenarum salarii continens per eundem dominum Mansiona
riis nuper fundatis et erectis in Ecclesia Cathedrali ploczensi factam sigil
lo quoque eius appenso munitum et firmatum supplicavit quod nobis ut huiusmodi
privilegium renovare confirmare quoque et approbare dignaremur Cuius tenor
de verbo ad verbum sequitur et est talis In Nomine domini Amen Ad perpe
tuam rei memoriam Joannes dei gratia dux Mazovie Russie terrarum quoque ploczensis
Ravensis Sochaczoviensis Wyszegradiensis Gostinensis Czyrchoviensis dominus et
heres Varsoviensis et Belsensis Sigismundus et quia tali animadvertentes et
in animo nostro ingiter revolventes et diligenter considerantes quod temporalia bona
que in hac vita misera mortali et brevi vita amantur cito pereunt
et corrumpuntur Illa quoque inmarcescibilis et perhennis celestis hereditas
et possessio opulenta quam toto conamine possidere haberi querere debemus non
nisi per Charitatis opera et multos labores que in largicione potissime
eorundem bonorum temporalium consistunt assequi et comprehendi valeat
quod etiam salutis eterne quilibet fidelium Catholicorum amonetur ipsis
rebus temporalibus et caducis non minime in hoc seculo fideliter terminis toto
viribus insistere et ea sedule operari in terris quorum fructus semper
permanent in celis qui enim ut ait apostolus parce seminaverit parce et
metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et
metet vitam eternam Proinde nos talibus premissis ac nostrorum ma
iorum progenitorum vestigiis inherentes et eosdem imitari cupientes
presertim in his que ipsi veluti Catholici principes et pietatis zelo et
affectu pro Ecclesiarum comodo et decore cultu quoque ac laude divine ma
iestatis hactenus fecisse noscuntur et perhibentur Ea tenus ad gloriam
et honorem omnipotentis dei eiusque intemerate et sanctissime virginis
Marie matris et Ecclesie nostre kathedralis ploczensis patrone et advocate sin
gularis de nostra ducali munificencia et liberalitate ex huiusmodi rebus
temporalibus et transitoriis nobis a deo summo et optimo deo concessis et
elargitis ob nostram et eorundem nostrorum progenitorum et predecessorum ac suc
cessorum animarum in salutem in remedium hac remissionem peccatorum
triginta sexagenas monete currentis communis decem de Namyslo
villa nostra nobis consueto solvi in Civitate ploczensi et decem Bylsko
et residuas decem in plonsko opidis nostris de pretoriis per consules
nostros singulis annis consuetas solvi pro sustentatione et relevamine
septem presbiterorum seu Mansionariorum perpetuorum nuper per Rdum in Christo
patrem dominum petrum Episcopum ploczensem ex devocione speciali ac nostra instanti
peticione Mansionaria seu Capella in predicta Ecclesia ploczensi que
in hoc hactenus defectuosa existerat in dextra eius parte seu latere

ac in loco per nos concesso et deputato una cum domo pro ipsis Man-
sionariis fundantes construentes edificandum, Christo duce, in brevi creando-
rum et instituendorum seu verius iam creatorum et institutorum pure
et libere ac ob amorem ipsius dei omnipotentis et eius genitricis Marie
cultu quoque ac laudis et officiorum divinorum ampliori augmento du-
ximus donandas et assignandas, damus quoque donamus et assignamus
in perpetuum ac in eorum incorporamus usum Mansionarie et Capellanie
et officiorum divinorum eiusdem per presentes. Mandamus igitur et districtissime
precipimus sub omnipotentis dei interminabili vindicta et sub nostra gravi
indignacione Navigatori nostro Ploczensi et Consulibus dictorum opidorum
Bielsko et Plonsko et quibuscumque nostris successoribus et successorum nostrorum
quatenus absque omni negligencia et cessacione predictas triginta sexa-
genas, Navigator Ploczensis Navis decem pro festo sancti Domini
confessoris venientis, et consules de Bielsko decem, et eciam consules
de opido Plonsko decem, pro festo sancti Martini eiusdem Mansio-
nariis et Capellanis dicte Mansionarie solvere et presentare in Ploczkam
annis singulis et temporibus perpetuis debeant et sint astricti. Alio-
quin si moniti et requisiti per dictos Capellanos Mansionarios
et per Notarium nostrum persolvere distulerint et solvere noluerint seu quoquo
negligentes extiterint, extunc ipsos et quemlibet eorum preter nostram indigna-
cionem et successorum nostrorum iurisdiccioni et correccioni et censure ecclesia-
stice in hac parte subicimus et per prefatum dominum Episcopum et suos
successores et officiales Ploczenses usque ad plenariam eorum solucionem
censurari. Ut autem nemo nostrorum successoribus, quod deus avertat,
et hoc opus tam pium et salutare seu beneficium nostram donacionem
pro nobis profuturam infringere et impedire voluerit, ipsorum
in hoc consciencias oneramus sub animarum periculo obligamus
et astringimus, ne talia velint attentare, alioquin pro benediccione quam
possent habere eternam malediccionem incurrant et vitam eternam amittant.
Sed quia beneficium datur propter officium, volumus eciam quod ipsi Capel-
lani Capellanie seu Mansionarii iuxta ordinacionem et disposicionem
prefati Reverendi in Christo patris domini Petri Episcopi Ploczensis in ipsa Ereccione descripta
Missam de assumpcione eiusdem virginis Marie ac horas seu cursum
eiusdem, videlicet Matutinam, primam, terciam, sextam, nonam, vesperas
et completorium horis congruis et competentibus in eadem nostra
Capella seu Mansionaria omnibus diebus et temporibus cantantes
voce canora ac communi et devote decantare et complere sint astri-
cti, alia quoque divina officia que et quo gracia spiritussancti inspira-
verit et que eis deputata fuerint in Ereccione peragere tene-
buntur sub eterna dampnacione et in eisdem Mansionariis seu
beneficiis personalem et continuam facere residenciam et per se cessante
legittimo impedimento servire debeant teneantur et sint astricti.
Nulla quoque alia beneficia curata cum eisdem Mansionariis recipere
aut retinere ipsi Mansionarii aliquo poterunt sub amissione earundem
suarum Mansionariarum et Capellaniarum. In cuius rei testimonium etc.
Actum et datum in Czyechanow feria quarta post dominicam Letare

proxima Anno domini M° D° VI° presentibus Joanne de Radzijeiowice Warszeviensi Jacobo de Bolijno Czyechanoviensi castellanis Zamsshio de Crmzacziz vexilifero Plocensi et Marsalko nostro Paulo de Wroblyewo Zuravanczanijs Nicolao de Campa tribuno Czyechanoviensi et alijs quampluribus testibus fidedignis circa premissa scriptum per manus venerabilis Stanislai de Lipijce Plocensis et Warszoviensis canonici vicecancellarij qui premissa habuit in commissis Nos igitur audita eius peticione et demum exaudita quia iustam et piam esse cognovimus Karam propterea ipsam literas approbavimus et confirmamus cum consiliarijs nostris predictum privilegium approbamus atque et confirmamus tenore presencium mediante decernimus ipsum robur perpetue obtinere firmitatis In cuius rei testimonium et datum in conventione generali Lublinensi feria quarta cinerum Anno domini 1506 presentibus ut supra

Podkamyenye

Anno et loco quibus supra feria tercia post dominicam Oculi datus et concessus Generoso Petro Slothsko filio bona nostra Regalia Pothkamyeniec in terra Lopoliensi sita de manibus Nobilis Czebrowsky Ita tamen quod summam non excedat summam capitalem in casu iusto inscriptam

Resignacio tribunatus Zidaczo[viensis]

Anno et loco quibus supra feria tercia post Oculi Generosus Joannes Swyrzczowsky tribunus Zidaczoviensis a tenutarius in Ropzynye fidelis noster dilectus tribunatum suum prefatum Zidaczoviensem quem possidebat Nobili Procopio Andree de Bosdzyecz resignavit in forma cancellarie

Qua causa ad differendum commissa Nobili Andree Lasczky vice capitaneo Chelmensi quo Nyekrasz coram eo questus est

Alexander dei gratia etc. Significamus etc. Quia constitutus personaliter
coram nobis Nobilis Paulus Pomyanowsky reproduxit literas nostras
scriptas petens eas per nos confirmari Quarum tenor sequitur Paulus
de Lasczenyecz Capitaneus Chelmensis tenore presentium significamus quod
providus Nyekrasz Jankowycz civis Chelmensis super Generosum
Paulum de Pomyanowo advocatum Chelmensem coram nobis Castrensi
Chelmensi questus est quia prefatus dominus Paulus Mellificia ipsius
exapiavit alias wylasszel que pater ipsius ex antiquo tenuit in an-
gulo dicto Wolczymyecz nullum ius ad prefata Mellificia habens Ex
adverso prefatus Paulus respondit nullum ius idem Nyekrasz ad pre-
fata mellificia habet neque Janko pater ipsius habebat sed antecesso-
res mei qui fuerunt prefato Jankoni admiserunt de bona voluntate
uti prefate Mellificijs ad ipsorum advocatorum voluntatem Ex eo
quod debent omnia Mellificia providendo prefati domini advocati et re-
gere ne damnum esset in eisdem quod probare volo antiquis qui prefatis
Regibus locavit et statuit providos viros Paulum fabrum Ni-
colaum Miska et Andream Lappa consules antiquos ad testifica-
dum in ea causa qui libere stantes uno verbo recognoverunt Quia
Nyekrasz et pater eius nullum ius habent ad prefata Mellifi-
cia sed eius antecessores prefati domini Pauli advocati libere admi-
serunt uti propter reformationem omnium mellificiorum Quo audito testi-
monio prefatus Paulus dixit omnia ea probari testimonio sufficienti quod
nullum ius habet neque mellificia prospicit neque ad utilitatem meam
convenit post mortem advocati ad indicari prefata mellificia Judicium
Quo audito sufficienti testimonio prefato Paulo prefata mellificia ad-
iudicavit pro quibus debet jure perpetuo pacem Et ipse Nyekrasz
perpetuum silentium super quo prefatus Paulus memorialia posuit quod
iudicium recepit In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est
subappensum Actum est hoc in Castro Chelmensi feria sexta post festum
Translationis sancte Crucis Anno domini 1505 presentibus Generosis
et Nobilibus Andrea Zassowsky Vicecapitaneo Chelmensi Andrea
Lakowsky procuratore in Causa Judice Luca Straszkowycz Subiudice
Joanne de Wereszyn Nicolao Sosznyensky et alijs quamplurimis fide
et honore dignis ad premissa testibus Nos itaque prenominatas literas
ratas habentes approbamus ratificamus et confirmamus approbamusque ratificamus
et confirmamus presentibus decernentes eas robur debite firmitatis obtine-
re In cuius etc. Datum in Lublyn feria sexta post Dorothee Anno domini 1506

Zydaczow Piscina

Alexander etc. Significamus etc. Quia volentes condicionem bonorum nostrorum
Zydaczoviensium condicionem facere meliorem et ipsi felici nostro regimini ad ubertatem
perpetuam condicionem consensimus Generosis Mikolao et Ioanni Czetrzesky fra-
tribus germanis de Pamyczow capitaneo Zydaczoviensi et Striensi in bonis
nostris tenute eorum scilicet Zydaczoviensi pertinentibus videlicet in Obmydrzecze
in Zurky Item in Lossatin in Orzechowcze in Suchorzedo Item in Volta
treze in Rogoszniyo cum molendino in Stagno Halicz restaurandi vero pisci-
nam sub castro Zydaczoviensi antiquam que dirupta iacet vacua vero:
quia intelleximus quod erectio piscinarum predictarum et antiquarum restaura-
tio non absque magnis sumptibus atque impensis fieri poterit
itaque germanorum predictorum indempnitati providere cupientes ipsis ipsi
ei et pueris inscribimus duas dimissiones piscinarum predictarum
hac condicione quod si germani ipsi certe piscinis predictis exempti
essent primum duas adminus earundem piscinarum demissionibus pero
porent eciam vigore presentis inscripcionis nostre duas demissiones
post exempcionem de qualibet piscinarum per vos in villis predictis demo
erectarum habebunt et alias pro eorum utilitate converterent Et
si duas demissiones post exempcionem illis dare voluerit debebit
nos successores quoque nostri debebunt eciam Mikolao et Ioanni Czetrzesky eorum
fratribus impensas pro erectione piscinarum novarum factas dissolvere
Si vero non fuerint de bonis illis non exempti eciam piscinas
opera et novas et antiquas cum demissionibus et piscibus omnibus quos
cara utilitate sint in bonis Zydaczow tenebunt tamdiu quousque
quando per nos successores quoque nostros non exementur quos in exempcione
bonorum fuerint factas piscinis illis in bonis predictis ad nos et suc-
cessores nostros devolventur pleno iure Iuribus nostris salvis exceptis
harum etc. Datum in Lublyn die dominica Reminiscere Anno domini 1746

Confirmacio donacionis villarum Szyeniza Zawissio Roza perpetua

Alexander dei gracia Rex polonie Magnus dux lithwanie
Russie prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium
vniuersis quibus expedit harum noticiam habituris Quia licet
seu priuilegium donacionis perpetue et concessionis bonorum seu villarum
Szieniza · Roszyna · wola Szieniczka et przykladow Omnium
aduocacia perpetua ibidem in Szieniza in terra Chelmensi
et districtu Crasnostaviensi consistencium olim serenissimi Regis et
Serenissimi domini Joannis Alberti polonie etc Regis germani et
predecessoris nostri sigillo eius munitas coram nostra Maiestate com
perte produxisset et ostensas vidimus et conspeximus Quarum
tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis In nomine
domini amen Ad perpetuam rei memoriam Quod solent acta
et prudencia attencius [conquisita] ut homini mortalium acta et gesta
que adeo eadem sunt et debita quod in tempore elapso
puncte abolerent nisi scripture suffragio et testium annotacione
in memoria perpetua conderentur Illa tamen expresso studio in
vetustate scribant condidimus commendare [illegible] que et Regalis
munificencia in bene sibi fidelis claruerit ac meritos et
plurimos optime merendi in dominos nostros prebetur exemplum
Proinde nos Joannes Albertus dei gracia Rex polonie nec non terrarum
Crac Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Mazovie Supremus
dux lithwanie Russie prussieque ac Culmen Elbingen et pomeranie
dominus et heres Significamus tenore presencium quibus
expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris
Quod habentes in prospectu puram fidei constanciam ac grata
et plurima nobis grata obsequia nostra Mathie Zawissii Rosa
de Korzyschowyce Succamerarii et capitanei nostri Chelmensis quibus
nos impendere et temporibus retroactis tam in aula nostra
[illegible] agerenique ac felicis recordacionis domino Casimiro geni
tori ac antecessori nostro meruit valebit et grata plane
voluit propterea condigna fauore regia mercede compensare
ac intuitum ad prospicere sibi et suis liberis successo
ribus villas nostras Szieniza Roszyna wola Szieniczka
et przykladow omnium aduocacia perpetua ibidem in Szieniza

in terra Chelmensi et districtu Hrubieschoviensi sitas aliis
retroactis predecessorum temporibus ad mensam regalem [illegible]
In quibus quidem villis [illegible] pertinentiis donatas et in aliquibus
sortibus earundem inscriptas [illegible] notabiles pecuniarum summas sibi
et suis predecessoribus per nos seu [illegible] per nostros antecessores factas
et inscriptas habuit. Quas coram nobis et consiliariis nostris [illegible]
scriptis exhibuit. Quorum ad hoc consilio et assensu accedente dictas
donationes [illegible] iure hereditario [illegible] pertinentia et [illegible] donamus
[illegible] pertinentiis et in eorum [illegible] apud [illegible] omnes
[illegible] successores cum omnibus et singulis iuribus, libertatibus,
censibus, theloneis, et [illegible] proventibus, redditibus,
[illegible] utilitatibus, [illegible] agris, campis, pratis,
silvis, [illegible] nemoribus, [illegible] venationibus,
[illegible], mellificiis, [illegible] Molendi-
nis constructis et construendis [illegible] aquis,
stagnis, lacubus, piscinis, piscaturis, [illegible] diversis
[illegible] rivulis, torrentibus, fluviis, fluminibus et earum decur-
sibus, [illegible] ac aliis [illegible] que nunc sunt vel in
futurum per humanam industriam fieri poterint, quibuscumque vocabulis
nominibus cum omni iure pleno dominio libertatibus ac pertinentiis
suis [illegible] dominii et proprietatis per nos et nostros successores
in eisdem reservatis [illegible] regali [illegible]
[illegible] iure hereditario [illegible] tenendas habendas
utifruendas [illegible] possidendas et obtinendas, dandas
donandas alienandas vendendas et commutandas ac in usus
suos beneplacitos convertendas prout sibi et sue posteritati melius
et utilius videbitur. Quemadmodum donationem [illegible]
[illegible] perpetuis temporibus obtinere. Harum quibus sigillum
nostrum est subappensum testimonio litterarum. Actum [illegible]
[illegible] Anno domini millesimo quingentesimo quadra-
gesimo sexto, Regni vero nostri anno [illegible]
[illegible] presentibus [illegible] Andrea [illegible]
[illegible] Mathia Chelmensi episcopo [illegible]
et generoso [illegible] de [illegible] cum Nicolao de [illegible]
[illegible] Jacobo de [illegible] Petro Kmitha

de Ostrorog regni nostri Marschalko Generali et Gnesnensi
Capitaneo Andrea de Schamotuli Calissiensi Nicolao de Crzeszow
Vislicensi Petro Myszkowski Sandomiriensi Petro de Szaya Radomiensi
Radomiensi Castellanis aliisque Consiliariis dignitariis et officia
libus Curie Sincere ac fidelibus dilectis nostris Datum
per manus venerabilis domini de Przeramb regni nostri vice
Cancellarii Sincere nobis dilecti etc.

Relatio eiusdem venerabilis domini
de Przeramb regni Poloniae vicecancellarii

Idem ipse dominus de Przeramb R P vicecancellarius eius
oppidi ipsius Quas quidem literas in eadem toto tenore fruitis roboris
valitudinis et permanentiae perpetuo volumus declaramusque In cuius
rei testimonium sigillum nostrum publicum presentibus subappendi
Datum in Conventione generali Lublinen sexta feria post dominicam oculi Anno
domini millesimo quingentesimo sexto presentibus et scripsit

Alexander etc. a bello

V Gn. Significamus tenore presentium ad petitionem Reverendi patris domini Nicolai
de Leszczyna Electi Chelmensis nobilem Jacobum Sznopkowski burgrabium
suum qui in Castro Skrzyniensi eiusdem domini Electi tempore
belli residere debeat ab omni expeditione bellica generali vel particulari
expeditionibus causa inducta et inducenda ad quam de bonis suis teneret
eximendum et liberandum duximus absolvimus et liberamus presentibus
hinc ad annos tres demum sequentes ita tamen quod satisfaciendo Laudo et
constitutioni in presenti Conventione Lublinensi facto talem expeditionem
nostram pro se facere debeat qualem faceret si ei propria in persona
interesset Mandamus vobis universis et singulis dignitariis et officia
libus Regni nostri et presertim expeditioni bellice presidentibus pro tempore
expeditionis nostre inmotescere Mandamus quatenus ipsum Jacobum
Sznopkowski pro nostra expeditione bellica personaliter non inquietetis
neque inquietari permittatis personam ipsius seu personas quas aut
quam misit expediendam vobiscum pro se ad bellum expedierit
in Bandera recipiendam quos benevole suscipiatis absque contradictione
Ratum aliud non facturi pro gratia nostra Datum in Lublin die dominica Reminiscere
Anno domini 1506

A bello

Alexander etc. Significamus etc. Quia postquam Magnifica Alexan-
dra relicta Magnifici olim Nicolai de Tanczin palatini Russie hic
coram nobis et consiliariis nostris Generosos Ioannem et Stanislaum suos
et eiusdem Nicolai palatini pueros statuisset petens ut eos a bellica
expedicione et ab instancia eorum tam in Iudiciis spiritualibus quam secula-
ribus contingente absolutos efficeremus ea racione quia eos extra regnum
nostrum capessendarum scienciarum gracia necessaria esset. Extunc nos
dictus Alexander consideratis eorum consiliariorum nostrorum peticio-
nibus annuentes suprascriptos pueros Ioannem et Stanislaum germanos
de Tanczin propter eorum innocenciam ab omni expedicione bellica
in Regno nostro ex quacunque causa instituta et instituenda Ita tamen
quod de bonis eorum eiusdem expedicio fiet prout debet servatur ac
a Iudiciis tam spiritualibus quam secularibus absolvendos et li-
berandos duximus ac de consensu eorundem consiliariorum nostrorum
spiritualium et secularium absolvimus et liberamus presentibus hinc ad de-
cursum quatuor annorum inclusive se sequencium eiusmodi tamen a Iu-
diciis spiritualibus absolucionem se intelligi volumus dummodo
acciones et cause eorum Ioannis et Stanislai mote seu movende non
essent seculares vel pro bonis hereditariis seu nostris Regalibus
tenute eorum que ~~intitulabantur~~ intitularentur tunc eandem
liberacionem nostram valere et robur habere decernimus. Quocirca
vobis universis et singulis dignitariis et officialibus bellice
expedicionem presidentibus Mandamus habere volentes quatenus prefatos
Ioannem et Stanislaum occasione expedicionis bellice in regno
tenus nec inquietari permittatis et pariter vobis Iudicibus Spi-
ritualibus et Secularibus ordinariis et extraordinariis inhibe-
mus districtius ne eosdem germanos ad instanciam quarumcunque perso-
narum iudicetis sed eos in presenti libertate nostra conservetis vos
Iudices spirituales ea condicione prout supra descripsimus hinc
usque ad tempus superscriptum aliud non facturi. Harum etc. Datum
in Conventione generali Lublinensi feria tercia proxima post festum
Sancti Valentini Anno domini 1506

[illegible]

Vp

Alexander dei gratia etc. Significamus quia dum nuper generosus Nicolaus de Schalaczow iudex terre Cracoviensis coram universa Nobilitate terre Cracoviensis ad iudicia post quatuor tempora Cinerum celebrata Cracovie proxime preterita officium iudicature sue iudicatus terrestris resignasset et tempore universa Nobilitas plurimum desiderasset ut istud officium Ge- neroso Jacobo Lubomiski conferremus quod similiter apud nos singularitate et speciali Illustrissimi principis domini ducis Sigismundi germani nostri Charissimi hic agens Cracovie intimavit nobis Cumque Illustrissimus ipse princeps dux Sigismundus petivisset a nobis pro eodem ad dictum officium instituendo optime licet vero quatenus Jacobo Lubomiski ad dictum officium in Nobilitati ad iudicia eligendum affirmo tamen ad eodem officium esse in Nobilitati ad iudicia celebrata congregatum prima fecerint facta et omnes in unum Jacobum Lubomiski vota collata Nos isto hoc respectu ac ad vota domini ducis predicti ad dictum iudicatus officium eo tunc vacans predictum Jacobum Lubomiski instituimus et investivimus ac illud sibi contulimus dignum instituimus quod conferre possimus ad ultima eiusdem Jacobi Lubomiski vite tempora Quod ad omnium quorum interest notitiam deducimus universis et singulis dignitariis officialibus et toti Nobilitati terre Cracoviensis Mandamus ut eundem Jacobum Lubomiski pro vero iudice terrestri habeatis sibi quod in omnibus ad auctoritatem sui officii pertinentibus pareatis et locum inter vos consignetis de omnibus quod ad eius officium spectant libere respondere respondeatis quod per alios fieri solet Harum etc. Datum in Parczow feria quinta ante dominicam Letare Anno domini 1506

Ostrowyecz

Vph

Datur etc. Consensus Nobili Stanislao Cziolo de Kamyenyecz exemendi bona nostra regalia Ostrowyecz in districtu Buscensi de manibus Nobilis Ostrowski et aliorum quorumcumque Nobilium bonorum nostrorum pre- dictorum tenutariorum sub eadem summa sue non obstante in ampliori sua forma Cum etc. Datum in Parczow feria quinta ante Letare Anno domini 1506

Przedbórz

Vp

Alexander etc. Significamus etc. Quia annuentes petitionibus Reverendi in Christo patris domini Erasmi Episcopi Plocensi sincere nobis dilecti de nobis et Republica benemeriti ... de certa scientia et gratia regie

nos bona nostra regalia videlicet oppidum Przedborz in terra Sandomiriensi situm cum villis ad illud quondam spectantibus de manibus Nobilis Joannis Cozgnowski redimendi consensimus et admisimus consentimusque et admittimus tenore presentium mediante summa certa pecunie in consimili redemptione summe pecuniarie nostre et legitime inscripte non integrantur, devenerint sub forma contentorum Datum in Lublin feria quarta post Dominicam oculi Anno domini 1506

Wyssina

Alexander dei gratia etc. Significamus etc. Quia ad petitionem ceterorum consiliariorum nostrorum Generosis Nicolao Venceslao et Stanislao germanis de Coszyrzek tenutarijs Dobrinensibus fidelibus nostris dilectis consensimus et admisimus consentimusque et admittimus villam nostram Wyssina tenute eorum in terra Dobrzinensi sitam ad Dobrzin spectantem Nobili Stanislao Golotski [illegible] in summa nongentorum florenorum hungaricalium in moneta quolibet florenorum per medium [illegible] computando inscribere et obligare ita tamen quod ipsa summa non sit maior summis in litteris originalibus ad hec bona datis nostre inscriptis per ipsum Stanislaum Golotski et ipsius legitimos successores villam prefatam Wyssina iuxta tenorem inscriptionum predictarum originalium super ipsam villam eandem nostre datarum tenendam habendam et possidendam pacifice usque ad redemptionem que per nos facta ad nos convertetur vel per ipsos de Coszyrzek germanos facta ad illos ac successores eorum devolvetur pleno iure [illegible] nostris semper salvis harum quibus etc. Datum in Conventione generali Lublinensi feria secunda ante Dominicam oculi Anno domini 1506

Anno quo supra dictus [illegible] feria [illegible]
[illegible] [illegible] Joanni [illegible]
[illegible] anno [illegible]